PHRYNICHI ECLOGAE NOMINUM ET VERBORUM ATTICORUM

CUM NOTIS

P. J. NUNNESII, D. HOESCHELII, J. SCALIGERI ET CORNELII DE PAUW

PARTIM INTEGRIS PARTIM CONTRACTIS

EDIDIT, EXPLICUIT

CHR. AUGUST. LOBECK

LITER. ANTIQ. IN ACADEMIA REGIMONTANA PROFESSOR.

ACCEDUNT

FRAGMENTUM HERODIANI ET NOTAE

PRAEFATIONES NUNNESII ET PAUWII

ET

PARERGA

DE VOCABULORUM TERMINATIONE ET COMPOSITIONE, DE AORISTIS VERBORUM AUTHYPOTACTORUM ETC.

LIPSIAE MDCCCXX

IN LIBRARIA WEIDMANNIA.

J. F. SCHLEUSNERO

THEOLOGO CELEBERRIMO

Ἀντίδωρον.

DE PHRYNICHO ET EJUS SCRIPTIS PRAEFATIO P. JO. NUNNESII.

Phrynichos multos fuisse accepimus ex Scholiis Aristophanis, et ex Suda, ut omittam, quae de Phrynichis ab Herodoto, Thucydide, et Aeliano traduntur. hic noster Sudae Sophista Bithynus fuisse dicitur: cui nomen Arabii adscriptum in fragmento Bibliothecae, quam Photius ex variis scriptoribus collegit. Sed cur illud adscriptum fuerit, nobis adhuc non liquet. Is igitur floruit M. Antonino et Commodo imperantibus, ut legitur in eodem fragmento, cujus nobis copiam fecit eruditissimus vir mihique amicissimus And. Schottus Antverpianus. Libros quidem τῆς παρασκευῆς σοφιστικῆς Commodo Caesari initio desponderat, post autem eos libros variis amicis inscripsit. nullum etiam scriptorem laudat, qui post Antoninorum imperium floruerit. Alexandrum namque extremum citat e Sophistis, quorum vitae a Philostrato litteris consignatae sunt. Viguerat autem Alexander, quo tempore Antoninus Pius et M. Philosophus imperium tenebant. in fragmento quoque Photii dicitur inscripsisse quosdam libros τῆς παρασκευῆς Aristocli, et alios Ruffino. quin et incidisse in orationes Aristidis, qui tum florebat. et a Marciano quodam dissensisse, qui omnes, ut constat ex Philostrato, saeculo Antoninorum floruerant. Phrynichus itaque scripserat παρασκευῆς σοφιστικῆς, id est, apparatus oratorii libros XLVII. aut certe LXXIIII. ut et refert Sudas, et in fragmento Photii proditur, pollicitum illum fuisse, quamvis Photius triginta solum et quinque illius se legisse tradat. ejus operis mentio fit in scholiis Εἰρήνης Aristophanis in nomine ἁμαρτωλίας, atque ἐν τοῖς ἐθνικοῖς Hermolai, sive Stephani ἐν τῷ ταμεῖον, et apud alios. Scripserat idem libros Atticorum nominum, sive duo illi fuerint, ut proditum est in Suda vulgato, atque etiam MS., sive tres, ut in hoc

exemplari, quod unicum nacti sumus, legitur: quamvis parum illud sit, quod e tertio libro reliquum est, et in eo multa e scriptoribus iterata. nam de secundo libro dubium non est, quin cohaereat cum primo, et sit secundus appellandus. atque etiam de tertio, ex exemplaris quidem nostri fide, in quo diserte, et eadem manu legitur τέλος τοῦ δευτέρου, ἀρχὴ τοῦ τρίτου. primus quidem liber praefert epistolam, ἔφοδον praeterea brevissimam, ut Plato et Aphthonius loquuntur, atque extremo libro epilogum brevem, post quem initio secundi adscriptum est in ora libri ejusdem librarii manu τοῦ αὐτοῦ ἐπιτομή, alio certe indice, atque hic liber vulgo inscribitur. ex quo, quia in nostro exemplari nullus erat index, et qui vulgo praeponitur, videbatur centonibus potius quam huic libro convenire, nos hunc reponendum curavimus: *Phrynichi epitomae Atticorum nominum libri tres.* nam quod secundus cohaereat cum primo, in nomine παρακαταθήκης quoque plane cernitur. primo namque libro scribit, eo nomine usum fuisse historicum quendam Ionicum, deque eo sententiam suam, in iis quae sequuntur, deinceps se pronuntiaturum: quod secundo libro omnino praestat, addito etiam nomine Herodoti, quem Ionicum historicum supra nominaverat. hoc ut ita sit, ut certe est, dubitari adhuc potest, sintne hi libri, quos Phrynichus conscripsit, an illorum epitoma: etiamsi Thomas Magister et Phavorinus, qui multa ex iis libris repetunt, omnia Phrynicho tribuant. Utut tamen sit, hos libros edi voluimus, quod videremus eos tertia amplius parte detracta divulgatos ab iis, qui illos κατὰ στοιχεῖον contraxerant: fortasse quod illum redundantem in multis fuisse, ut Photius, arbitrati essent, certe quae in hoc exemplari accessio facta est, utilissima videtur. Inscribuntur autem hi libri Corneliano cuidam. eum fuisse suspicor Attidium Cornelianum, quem Capitolinus in M. Antonino praefectum fuisse Syriae refert, noster autem Phrynichus Graeciae quoque praepositum addit, cum ab epistolis imperatorum M. Antonini et L. Veri, ut suspicor, primum, deinde Quaestor sacri palatii lectus fuisset. Sic enim πάρεδρον accipiendum puto, qui postea μέγας λογοθέτης honestiori nomine appellari coepit. Porro in iis libellis agitur de Atticorum nominum dilectu. Atticorum autem orato-

rum, ut ait M. Tullius, semper fuit prudens sincerumque judicium, nihil ut possent nisi incorruptum audire et elegans; et recte. Nam verborum dilectus, ut Caesar lib. 1. de ratione Latine loquendi scriptum reliquerat, quod legitur in Bruto Ciceronis, est origo Eloquentiae. quo etiam spectat illud Avieni apud Macrobium lib. 1. Saturn.: "ego enim id quod a C. Caesare, excellentis ingenii ac prudentiae viro, in primo de Analogia libro scriptum est, habeo semper in memoria, ut tanquam scopulum, sic fugiam infrequens atque insolens verbum." Conquirit ergo Phrynichus magno studio verba et genera dicendi Attica. propter quam causam, qui Ionice, Dorice, Aeolice scripserunt, quae reliqua genera sunt scriptorum Graecorum, nisi addere velis linguam illam communem ex iis confusam, quam minus probasset, non magnopere ei probantur: non quod emendate non scripserint, sed quod elegantiam sermonis Attici in suis scriptis non adhibuerint. multo vero minus exteri scriptores illi probantur, Macedones inquam, Alexandrini, Aegyptii, Bithyni, Asiani. Nam Syracusanos ad Dores referendos esse censent, qui de dialectis scripserunt. Jam vero, ut ad singula genera scriptorum veniamus, e Poëtis sequitur libentissime scriptores veteris Comoediae, omnibus tamen Aristophanem anteponit. a quo etiam discedit, cum per parodiam ludens aliquod verbum insolens, aut causa carminis usurpat. probat item tres viros illos Tragicos, Aeschylum, Sophoclem et Euripidem. ex historicis Thucydidem observat diligentissime. nec mirum; cum illius scripta saepius sua manu descripsisse Demosthenes ab Halicarnasseo et Luciano dicatur, ad elegantiam sermonis, quantum existimare licet, uberiorem comparandam. Ex Oratoribus Demosthenem inprimis colit: reliquos item novem Oratores Atticos studiose observat, sed ita ut Demostheni in sermonis elegantia cedant. e Philosophis Platonem unum maxime admiratur, atque Aeschinem Socraticum, praeterea fere neminem. vitat magno studio quaedam verba et genera dicendi Peripateticorum, Stoicorum, Medicorum, atque etiam Scriptorum novae Comoediae. e quibus Menandro est infensissimus. Pollux sane, ejusdem argumenti atque aetatis scriptor, negat se usurum verbis Menandri, nisi cum

nullum apud ceteros scriptores verbum occurret, quod posset in ea re commode adhiberi. Phavorinum quoque Philosophum Academicum et Sophistam insectatur acerrime. qui cum aliquando ab Hadriano etiam imperatore in simili argumento reprehenderetur, eique cederet, ab amicis irridebatur. fuerat certe Phavorinus sententiarum magis quam verborum studiosus, ut ex Agellio, qui eadem aetate floruit, constat. quo loco nequeo satis mirari hominum nostrae aetatis negligentiam, qui cum in singulos annos nova Lexica, novos Thesauros linguae Graecae proferant, non verentur quorumvis scriptorum testimonia, eorum etiam qui nunc sunt, in quo veterum multa suppetunt, laudare. quin, quod indignius, editis libris detrahere multum conantur de eorum Graecorum auctoritate, qui in hoc argumento elaboraverant. fuerunt autem multi et inprimis nobiles, ut apud unum Sudam, vel si ceteros taceam, legere licet, qui verba Attica et genera dicendi magno studio ex optimis quibusque scriptoribus conquisita in unum locum contulerant. Neque vero defuerunt, ut eo, unde abii, redeam, Phrynicho aemuli, quorum clarissimus fuit Orus Grammaticus Alexandrinus, si hic tamen Phrynichus sit, contra quem κατὰ στοιχεῖον scripsisse a Suda dicitur. Thomas Magister aliquot locis ab eo dissentit. Phavorinus uno, quod sciam, aut altero tantum. de quibus in notis a nobis disputatur. Fuit hic Phrynichus, ut existimat Photius, πολυμαθέστατος. accedet iis προλεγομένοις cumuli loco judicium Phrynichi de priscis scriptoribus Graecis, quod ex fragmentis illius, quae leguntur apud Photium, expressimus. Phrynichus ait, integri et puri et Attici sermonis normam esse Platonem, et Demosthenem, una cum novem oratoribus, itemque Thucydidem, Xenophontem, Aeschinem Lysaniae filium Socraticum, Critiam Callaeschri filium, Antisthenis orationes duas. Aristophanem vero, Sophoclem, Euripidem, Aeschylum his omnibus scriptoribus anteponit: auctores autem omni reprehensione liberos esse innuit Platonem, Demosthenem, Aeschinem in dialogis VII, quos quidam Socrati adscripserunt. de quibus lege Laertium in eodem Aeschine. de Herodiano lege nostras ad illius fragmentum notas.

EX BIBLIOTHECA PHOTII PATRIARCHAE CP. DE PHRYNICHO.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗΣΑΝ Φρυνίχου Ἀῤῥαβίου σοφιστικῆς παρασκευῆς λόγοι * λέ. ἔστι δὲ τὸ βιβλίον λέξεών τε συναγωγὴ, καὶ λόγων κομματικῶν, ἐνίων δὲ καὶ εἰς κῶλα παρατεινομένων τῶν χαριέντως τὲ καὶ καινοπρεπῶς εἰρημένων τὲ καὶ συντεταγμένων. πολλὰ δὲ αὐτῶν ἐστὶ καὶ ἐν τῇ Ἑλλαδίου τῶν λέξεων εὑρεῖν συλλογῇ. ἀλλ᾽ ἐκεῖ μὲν διεσπαρμένα ἐν τῷ πλήθει τῆς συναγωγῆς· ἐνταῦθα δὲ ὁμοῦ τὰ τοιαῦτα συνηγμένα· ἐπεὶ καὶ Φρυνίχῳ μὲν τὰ τοιαῦτα συναγαγεῖν γέγονε σκοπός· Ἑλλάδιος δὲ λέξεις ἀθροίζων ἁπλῶς, καὶ εἴτι τῶν τοιούτων, συνέταξε τῷ κοινῷ λόγῳ τῶν λέξεων, καὶ ταῦτα συμπεριειληφὼς ἐναπέθετο. κατὰ στοιχεῖον δὲ καὶ αὕτη ἡ συναγωγή. ἤκμασε δὲ ὁ ἀνὴρ ἐν τοῖς χρόνοις Μάρκου βασιλέως Ῥωμαίων, καὶ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ Κομμόδου, πρὸς ὃν καὶ τὴν * ἀρχὴν τοῦ συντάγματος ποιεῖται· ἐπιγράφων, Κομμόδῳ Καίσαρι Φρύνιχος χαίρειν. ἀλλὰ Κομμόδῳ τὸ βιβλίον προσφωνῶν, κἀκείνῳ προοιμιαζόμενος, καὶ παραίνεσιν φιλομαθείας κατατιθέμενος, καὶ ἐξαίρων τῷ λόγῳ τὸ βιβλίον· ἐν οἷς λέγει λζ´ αὐτῷ μέχρι τοῦ τότε καιροῦ συντετάχθαι λόγους, οὓς καὶ ἀναθέσθαι λέγει τῷ βασιλεῖ· ἐπαγγέλλεται καὶ ἄλλους τοσούτους φιλοπονήσασθαι, τῆς ζωῆς αὐτὸν οὐ καταλιμπανούσης. ἡμεῖς δὲ (ὡς ἔφημεν) ἓξ καὶ τριάκοντα μόνους * ἀνέγνωμεν ἀπὸ τοῦ ἄλφα περιλαμβάνοντας μέχρι τοῦ ὦ. ἀλλ᾽ εἰ καὶ τῷ βασιλεῖ φησὶ τοὺς λόγους ἀναθεῖναι, ὅμως διαφόροις αὐτοὺς φαίνεται προσπεφωνηκώς. καὶ αὐτίκα τὸν πρῶτον αὐτῶν τούτων λόγων Ἀριστοκλεῖ τινὶ γράφει, παιδιάν τινι τῇ γενεθλίῳ ἡμέρᾳ τοῦ Ἀριστοκλέους ἁρμόττουσαν φιλοτιμούμενος γενέσθαι τὴν γραφὴν, καὶ * συμπαίκτην ὑπάρχειν αὐτόν. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν δεύτερον λόγον αὐτῷ προσφωνεῖ, καὶ δὴ καὶ τὸν τρίτον. τὸν δὲ τέταρτον Ἰουλιανῷ τινὶ συμπολίτῃ καὶ φίλῳ προσφωνεῖ· καὶ φησὶν, ὅτι Ἀριστοκλεῖ μὲν ἐξ ἀρχῆς ὥριστο ἡ πραγματεία προσειρῆσθαι· ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος βασιλικῷ δόγματι τῆς ἐν Ῥώμῃ μεγάλης βουλῆς ἐγίνετο κοινωνὸς, τοῦτον ἀντ᾽ ἐκείνου φίλον καὶ συνουσιαστὴν τῶν καλῶν λαβεῖν, καὶ αὐτῷ καὶ κριτῇ καὶ ἐπιγνώμονι χρῆ-

PRAEFATIO
CORNELII DE PAUW.

Rarus est Phrynichi Libellus de Dictionibus Atticis cum Nunnesii et Hoeschelii Notis: Rarissimae sunt Scaligeri Notae in Phrynichum et Notas Nunnesii. Inde est, quod cum constituerim Graecos Scriptores minus obvios prelo iterum submittere, ut qui antea a paucis legebantur, mox ab omnibus legi possent; ad ea etiam edenda non gravate accesserim. Primus, qui Phrynichum in lucem protraxit, fuit Zacharias Calliergus, usus Codice non malo, sed minus locupleti, quam postea usus fuit Nunnesius: qui sane fallitur, cum ista Callergi pro Epitoma habuit; ac si ea, quae ex Libro suo edebat, Phrynichi Eclogas exhibere possent integras. Nam qui leviter modo et haec et illa considerat, videbit statim a Calliergo data non magis pro Epitoma habenda esse, quam data a Nunnesio: Liber Nunnesii, ut dixi, plura continuit, et in eo quaedam, quae sane opus integrius referunt; sed talia etiam in Libro Calliergi, ut quisque videt: Quare una est utriusque Editionis indoles, et Epitoma non magis haec, quam illa. Calliergus Alphabeti ordine Phrynichum edidit serie continua; quem in duos Libros divisum cum tertii initio promiscue edidit Nunnesius: Iste ordo Alphabeticus sitne a Calliergo, an a Calliergi Libro, incertum est: quanquam ubi ad ea attendo, quae ad V. *Ἡρακλέα*, *Αὐτότροφος*, *Ξύστραν*, *Ὀνδηποτοῦν*, *Φιλόλογος* noto, inclinat animus, ut eum a Calliergo esse suspicer. Illud certum, Librum Nunnesii sane negligenter concinnatum esse: Nam et Libri tertii initium continet, quae duobus Libris praecedentibus jam dicta erant, et in ipsis illis duobus praecedentibus extant etiam, quae male geminantur: Vide, quae ad V. *Βασίλισσαν* et V.

Γελάσιμον scribo. Unde non inepte colligi potest, et ea, quae Calliergus, et ea, quae Nunnesius dedit, excerpta esse ex integro opere, quae vel parcius, vel copiosius descripta sunt: Auctor, qui ipse opus suum condit, fatuus esset, si in eo ita se gereret. Quin et Liber primus ita finitur, ut ipsa confusio statim sese prodat, et non Auctorem, sed Excerptorem et quidem minus accuratum, nobis demonstret. Verba Phrynichi, paucis additamentis exceptis, ubique retenta esse credo, neque incongruum proinde est, quod ad V. Ἐντέχνως noto: ipsaque additamenta accessisse eo probabilius, quo de Excerptore simus magis certi. De eo etiam non dubitandum, quin multa in Libro Calliergi rectius scripta fuerint, quam in Libro Nunnesii; idque aperte evincunt ea, quae in Notis ad loca singula monuimus: Accurate scilicet Editionem Calliergi cum Editione Nunnesii contulimus, diversitatesque omnes exacte adeo notavimus, ut in hac Editione nostra illam Calliergi dederimus simul, nihilque in ea restet, quod jure desiderare possis: Id autem cum facere etiam debuisset Nunnesius, perperam ab eo neglectum est, eoque evenit, ut in locis quibusdam male cespitaverit, quae inoffenso pede facile transire potuisset, si Calliergi Editionem consuluisset. Notas quod attinet, eas scripsimus breves, quia Aliorum editae jam sunt satis prolixae; neque disputationes instituimus verbosas cum Phrynicho de vocibus singulis: Nam quid illis proficiamus contra Nasutulum, qui, ut alios non commemorem, Menandrum Atticismi credidit imperitum, et pro Auctore habuit minime bono? Committendi sunt illi Grammaticastri Genio suo irato, et qui Diis faventioribus nati sunt, istis contemtis sequi debent Auctores antiquos, qui Lingua patria scripserunt apte et concinne, servata ubique Linguae Analogia: Hoc dictum sit breviter, cum longe plurima, ut nemo nescit, ea de re dici possent. Atque hic finem Praefationi imponere possem; sed agendum mihi est iterum cum Orbiliolo Amstelaedamensi, qui anno praeterito tandem Librum in me edidit talem, qualem ab improbo et deliro Grammatico exspectabam. Videamus ea, quae sunt alicujus momenti, breviter et animo vultuque sereno: Indignus enim est homullus, cui vel ego, vel alius quisquam succenseat paulo generosior. Scis Ma-

gistellulum edixisse publice, se post Deliaca DOCUMENTIS CERTISSIMIS COMMONSTRATURUM, *Auctorem Versionis Epigrammatis Graeci ad Sapphus res facientis, et Scriptorem Epistolae de aetate Codicis Philae,* NON ESSE EUM, *quem Joan. Corn. Pauw in Aristaeneti Epistolarum praefatione* TEMERE ET MALIGNE COMMINISCITUR. Idne praestitit tandem in Vanno et Vanni Epilogo? Dicam audacter et vere: Ea, quae probanda in se susceperat, non modo non probavit, sed etiam probare ne quidem potuit: Id luce meridiana clarius constat ex Theophrastea praefatione mea. Et quid igitur videtur, Lector? An non meretur Grammaticaster, ut ab omnibus honestis et probis habeatur pro pessimo Sycophanta, et perpetua notatus infamia inter improbos et intestabiles oberret? *Scriptorem Epistolae temere et maligne comminisci,* facinus est atrox: id mihi objecit publice; id *documentis certissimis* se probaturum spopondit publice: Quam *temere,* quam *maligne,* una Vlamingii Epistola evidentissime probat: Aequissimum igitur, ut saltem poenam subeat improbus, quam mitiora Legum decreta in ejusmodi Sycophantas statuunt. Quae de literis datis ad me et Clericum scribit, nunc nova non videbuntur cuiquam: Qui nec honestatem, nec humanitatem norunt, ita loqui, ita agere solent. Inter officia, quibus me obstrinxerit misellus, illud commemorat pag. 7. Vanni: *Obtuleram quoque collationem ejusdem Poëtae* (Anacreontis) *a me ad antiquissimam et fere unicam membranam Vaticanam institutam: indicaramque multas J. Barnesio et aliis incognitas lectiones in ea observatas. quam tamen Pavum, ut librariorum solummodo aberrationes continentem, temere sprevisse suo loco adparebit.* Quam honeste et vere, apparet ex his verbis Epistolae Orbilii, quam post missum Anacreontis exemplar ab eo accepi: *Gratias habeo pro munere musteo. Si praevidere potuissem, te collationem Vaticanam adeo mutilam possidere, vel si me de talibus auxiliis compellasses, quaedam in commune conferre potuissem.* Quid ais, Lector? Potuitne turpius mentiri Sycophanta? Atque hoc mendacium ejus manifestum noto lubens, ut videas, quid reliquis hominis pessimi narratiunculis tribuendum sit: quae, ut nihil acerbius dicam, nunc sane omnes tibi falsi suspe-

ctae esse debent, nisi probationes accedant perspicuae et indubitatae: Id ratio suadet, et aequitas postulat: Sic eas refellere non necesse. Unum illud verbo monendum: In praefatione Theophrastea scripsi, Orbilium id *artibus sibi ingenitis effecisse, ut oratio*, in funere Clerici a Wetsteinio habita, *descripta fere typis, suppressa et strangulata sit, ne laudes Viri defuncti, quas pauci Amstelaedami audiverant, omnes ubique legerent.* Id *merum mendacium, mera calumnia* est, si improbum audias in Vanni Epilogo pag. 635. *Alio plane*, inquit, *spectavit: et quodcunque illius* Sermonis *argumentum fuisset, eadem acta fuissent.* Cur illud *alio* non explicuit, et *quo spectavit* verbis perspicuis non dixit? Sic de mendacio et calumnia judicare potuisses, Lector. Quae acta sunt, scio, et cujus rogatu acta sunt: Ea autem faciunt, ut credam, *alio* non spectasse revera, quam quo spectasse scripsi. Progredior ad Epigramma Anonymi in Sapphonem, cujus facies nunc plane mutata est, et in quo pro *ineptiis* nunc summam elegantiam quaerit Orbiliolus. *Pag.* 39. *Vanni* scribit homo: *Musas hic loqui et Sapphonem dormientem induci, quisque ad lectionem primam perspicit, et sic ego et Cl. Wolfius accepimus.* Ne credas, Lector: Sic de *Μοῖσα* in Versu primo non cogitasset, et in Appendice *μάθες* saltem de vitio habuisset suspectum. *pag.* 25. legimus, *quod confirmat, me non adeo absurde conjecisse, hic ab Auctore inscriptionis et appendicis lectum fuisse Μοῖσα pro Μοῖρα, quamvis ego, ut patet, probavi semper Μοῖρα: cum haec vocabula centies a Librariis commutata sint, et* ALIOQUIN NON ADPAREAT, UNDE INSCRIPTIO ET APPENDIX FINGI POTUERINT. *Nam in* TOTO EPIGRAMMATE NIHIL DE MUSIS, UT HODIE EXSTAT, MEMORATUR, *et ab ipso Auctore appendix et inscriptio profectae esse mecum Pavoni non videntur. circa quam tamen suspicionem quoque οὐκ ἄρτια βάζει.* Si inscriptio et appendix fictae sint ex *Μοῖσα*, nihil in illis, quod ad Musas loquentes pertinere possit; et is, qui inscriptionem et appendicem ex *Μοῖσα* finxit, de Musis loquentibus cogitare non potuit: id enim prohibebat omnino *Μοῖσα* in ipso Epigrammate extans. Retento autem *Μοῖρα, in toto Epigrammate*, inquit Orbilius, *nihil de Musis memora-*

tur: Et unde igitur perspicacissimus Magistellus produxit Musas loquentes, quas ex inscriptione et appendice, prout eas intellexit, producere non potuit? Hic hominem mendacissimum aperte tenemus, qui Musas in Epigrammate loqui tunc primum scivit, quum inscriptionem a me recte explicitam vidit: De illis loquentibus antea ne somniavit quidem, et ἐν ἁμῖν ex hypothesi sua non potuit alio referre melius, quam ad ipsos Graecos: qui scilicet loquebantur in Epigrammate, non Musae. Nugas, quas de inscriptione Epigrammatis effutit barbatulus, mitto: Illud perridiculum est et sane notandum, quod *Εἰς Σαπφὼ κοιμωμένην, παρὰ τῶν Μουσῶν* hic probasset eo, quo explicui, sensu, improbet vero *Εἰς Σαπφὼ παρὰ τῶν Μουσῶν, κοιμωμένην*: ac si ista positio vocum differentiam induceret, et tale Hyperbaton, si Hyperbaton sit, tolerari posset nullo modo: Alia magis implicita occurrunt saepe apud ipsos politiores, quae enodanda, non improbanda, si sapiamus. Inscriptio porro sine dubio vel ab ipso Auctore est, vel ad illam ipsius Auctoris accommodata fuit ab alio: Appendix vero mihi videtur alterius, hominis recentioris et ineptuli, cui ego absque ullo metu tribuere audeo *Μοῖσ' ἔμαθον δ' εὖ, ὅς μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος:* Sic de his ἄρτια βάζω, et missis ineptiis scribo, quae nemo improbabit, cui sanum est sinciput. *Οὐκ ἄρα σοί γε ὀλίζον' ἐπὶ κλέος ὤπασε Μοῖρα Ἤματα, τῷ πρῶτον φῶς ἴδες ἀελίου.* Soloecum dixi *Ἤματα, τῷ:* id ita explicat Orbilius, ac si voluissem *ἤματα, τοῖς*: Hominem ineptiorem non novi: qui pro *ἤματι, τῷ* ita ut hic legitur in Libris, scribit *ἤματα, τῷ*, eum pro lectione bona dare lectionem soloecam, tunc dixi et nunc dico. Quid autem Magistellulus? *ἤματα, τῷ* soloecum esse negat, et *τῷ* pro *ᾧ*, *ἐν ᾧ χρόνῳ* positum esse scribit advocato Bosio: Perquam stolide et inepte: An quod bonum est alibi, bonum quoque est hic? Ostendat Orbiliolus locum, ubi praecedente temporis nota et ipso *ἦμαρ*, ita subaudiatur et subaudiri possit *χρόνῳ*: sic in admittenda Ellipsi non erimus difficiles: quam nunc absque ullo judicio allegans, errorem errore pueriliter cumulat. *ἐπὶ κλέος*. Hoc rectum: alterum *ἔτι κλέος* ineptum et pravum: Quis *οὐκ ἔτι σοί* vertat Graece doctus *non aliis, sed etiam tibi?* Nemo, nemo: Sic tamen Orbiliolus, qui ut commentum insulsum statu-

minet, *encomium hoc in peplo aliorum Epigrammatum in Poetas collocatum* suspicatur, *ut revera medium invenitur inter Epigramma in Alcaeum et alterum in Homerum*, et inde vim istam vocis ἔτι accersit: Stulte et ridicule: Nam ubi ita connectuntur Epigrammata? ubi particula ἔτι ita ἁπλῶς a persona ad personam transitur? Nullibi, nullibi certe. Lepidum vero, quod ex ipso ordine sequitur: Praecedit, ut ipse Orbiliolus monet, Epigramma istud in Alcaeum, Ἀλκαίου τάφος οὗτος, ὃν ἔκτανεν ἡ πλατύφυλλος Τιμωρὸς μοιχῶν γῆς θυγάτηρ ῥάφανος: quod scilicet egregium Poetae continet encomium, et cui proinde alterum hoc Epigramma in Poetriam cum connectente ἔτι perbelle subjicitur. Qui ais? Nonne cum deliris sapiunt, qui talia conscribillant caperata fronte? Aliud: ἤματα οὐκ ὀλίζονα ἐπὶ κλέος ὤπασε, quod ego jure improbavi, Grammaticaster explicat *victuram semper gloriam tribuit*: Vidistine ineptius, ubi vim praepositionis ἐπὶ tenent ipsi pueri? At mox subjungit, *sed minus placet propter ambiguam sententiam, qua et possit his versibus indicari, videri longam vitam futuram Sapphoni: cum de ejus longaevitate mihi non constet: imo contrarium fiat verisimile.* Una et sola est verborum sententia, quam *ambiguam* vocat Magistellus post alteram commentitiam: Hoc ridiculum profecto. Sed magis, imo maxime ridiculum, quod sequitur, *Quicquid sit, nihil hic a me peccatum, et semper Poëta Graecus dicit, quod Latinus vates, qui cecinit, Quem tu, Melpomene etc.* Nam quid hic Musa, quid hic Melpomene, ubi Μοῖρα in Graecis explicat? Scilicet cum haec scriberet, plane iterum deliravit miser, et quid scriberet, nescivit ipse: Apparet etiam ex comparatione, de qua notula sequenti. ὤπασε Μοῖρα. Hoc optimum: ὤπασε Μοῖσα pessimum: Nam Parcarum munia nemo unquam tribuit Musis. Id tamen comparat Orbiliolus cum istis Horatianis, *Quem tu, Melpomene etc.* Quid censes, Lector? Nonne in comparando est perquam facetus? tibi sane, ut mihi, ista videbuntur longe dissimillima. Sed cum manu mollicula ista pingeret Magistellus, non erat, ut dixi, apud se. Versu tertio κρίσιν ἄφθιτον, quod in Libris est, non muto. Poëta sine *judicio* infans est, et κρίσιν in Poëtria absque dubio laudare potuit Epigram-

κρὸς, δειλοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἐλάφους. Notissimum quoque illud Philostrati in Heroicis, τὸ δὲ λῆμα τοῦ Ἀχιλλέως δηλοῦσθαί φησι καὶ παρὰ τοῦ αὐχένος· εἶναι γὰρ δὴ ὀρθὸν καὶ ἀνεστηκότα. Ea aliaque gemella ante oculos habens, praecedentia ista de nutu et voce ἐρισφάραγος scripsi: Recte sine dubio et decore: At vide Lector, quot deliramenta inde enata sint Orbiliolo. Ego ea referre nolo, ne tempus male perdam: tu lege, et ride. Unum tamen non possum, quin adscribam: Paulo enim occultius, et longe facetissimum est. De cane legitur apud Calabrum Lib. 14. V. 282. ἐὸν σπαργεῦσα γάλακτι: ubi cum Dausquejus scripturiret σφαραγεῦσα pro σπαργεῦσα, dixi *σπαργεῖν et σπαργᾶν magis trita esse et nota, quam σφαραγεῖν*: eo nempe sensu, de mammis lacte distentis: quod cum apertissimum sit, delirans Magistellulus istis meis allevit haec bella: *At, Pavo, si vox σφαραγεῖν tibi inter minus nota, quidquamne te in Graecis scire credemus? vox enim passim obvia et notissima. pro qua Theocr. Idyl. XVII. 94. ἀσφαραγεῖν de* armorum sono *habet*. Mammas scilicet *strepentes* et *sonoras* novit Polyhistor, easque, cum peregre abesset, tractavit, credo, aliquoties: Utinam locum designaret! multi eo contenderent, opinor, ut sonum istum prodigiosum auribus acciperent. Versu quinto. *Μέλψαι δ' ἐν πάντεσσιν*. Dixi homullum rogantem, *Quid sibi vult Μέλψαι? an posuit pro Μέλψα, et id pro Μέλψη*? ignorasse imperativum perquam notum: id negat ille, scribens pag. 34. *Solemus ita de locis corruptis loqui, ut tu ipse Pavo, qui bene scribendi etc.* Corruptum scilicet est μέλψαι, et de ejus intellectu aliquis paulo humanior dubitare potest, praesertim si Musas loquentes in Epigrammate sibi observaverit: Nihil stultius aut impudentius unquam vidi. Pergit tamen pag. 35. *At Graeci sermonis non ignaro lectori omnino hic requiri futurum sedebit, nec ullum locum habere posse imperativum. futura enim in utraque lingua saepe quidem pro imperativis: at non imperativi pro futuris ponuntur. quod si pergat pugnare laudatus Cloacius Verus pro suo imperativo, novus tertiusque candidatus suffragium meum feret, nempe Aoristus infinitivi activi: cui forte et ipse favisset, si magis novisset, quam infinitivum εἶμεν ab εἰμί. nam hic infinitivus posset obtinere locum impe-*

rativi Pavonini. Sed omnino nego imperativo locum hic esse. series sententiae futurum requirit. Quis talia legens, a cachinnis abstineat? Ita cornicari solent Magistelluli, cum velum vitreum ignorantiae suae praetendunt. *M... μάθες, θεῖος μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος.* Scribendum esse *ἔμαθον*, certius est certo: *θεῖος* ineptit, et Musis loquentibus regeri non potest: *ὅς μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος* apertum est et bonum. Qui nugas amat, de his etiam Orbiliolum legat p. 59. Vanni. Et haec iterum de Epigrammate isto: De aliis Epigrammatibus, quae in Vanno adducit Paedagogus. agemus alias opportunius. Pergamus: *ἀλέντων* ab *ἀλίσκω* deducens, errorem infantilem commisisse videor Orbilio: *Vann. pag.* 61. Ineptit Magistellulus: Harpocration in Lexico, *Νεαλής, Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος· εἰ γνήσιος. ὁ νεωστὶ ἑαλωκὼς οὕτως ἐλέγετο κατὰ μεταφορὰν. τὴν ἀπὸ τῶν ἰχθύων.* Etymolog. M. *Νεαλής, ὁ νεωστὶ ἑαλωκὼς ἰχθῦς.* Eustathius ad *οὐδ' ἅλα δοίης* Homeri Odyss. P. *λέγουσι δέ τινες παρὰ τὸν ἅλα, καὶ νεαλὲς τὸ ἁλσὶ νεωστὶ πεπασμένον. οἱ δέ γε περὶ προσφάτου καὶ νεαροῦ καὶ νεαλοῦς γράψαντες, καὶ ἑτεροιόν τι τὸ νεαλὲς οἴδασι. πρόσφατον μὲν κρέας φάμενοι, παρὰ τὸ φάσαι ἤγουν φονεῦσαι, ὅθεν καὶ φάσγανον. νεαρὸν δὲ ὕδωρ, τοῦ ἀρύειν ἐγκειμένου τῇ λέξει. νεαλὲς δὲ, τὸ νεωστὶ ἑαλωκός.* Hesychius in Lexico, *Νεάλης, νεωστὶ ἁλούσης.* Gujetus ibi, *An νεαλοῦς, vel νεαλῆς, a νεαλὴς seu νεαλὸς, quod ex νέος et ἅλω, unde ἅλωμι, ἁλίσκω etc.?* Recte: *ἁλίσκω* est ab *ἅλω*, et non potest esse ab *ἁλόω*: *ἅλω, ἁλίσκω*: *ἅλω, ἁλόω*. Neque dubitandum, quin ipsum *ἁλέω* pro *ἀθροίζω* etiam sit ab *ἅλω*: *ἅλω, ἀλέω*, ut *ἅλω, ἀλόω*: *ἀλέω, vito*, et *ἄλημι, erro*, istam significationem promere non possunt. Fuerunt inter Grammaticos antiquos, qui *ἁλέντων, ἀθροισθέντων*, adspirabant: illi ab *ἅλω* et *ἁλέω* participium deduxerunt mecum: Et ista adspiratio adhuc frequens in Libris nostris: Videbimus alibi distinctius. In Anacreonticis Od. 9. V. 35. pro *ἄπελθε* scripsi *ἄπελθε*: id etiam propuerili errato habet Orbiliolus: Vann. *pag.* 64. Nihil ineptius et puerilius unquam legi: Nam ita ubique Graeci: Chorus in Euripidis Medea V. 1273. *Ἀκούεις βοάν; ἀκούεις τέκνων; Ἰὼ τλᾶμον, ἰὼ κακοτυχὲς γύναι. Παρέλθω δόμους· ἀρῆξαι φόνον Δοκεῖ μοι τέκνοις.* Alia non adscribo, ne ipsi pueri me rideant, ut hic possunt et debent certe Magistellulum. Alius

Pavoni canere licet, libetque. Quid ais, Lector? Nonne dignus est Heros, cum quo homo integrae frontis et sanae mentis serio litiget? *Pag.* 88. Vanni. διὰ μέσου καθίζειν, quod in Horapolline scripsi, barbarum censet. Me miseret Magistelluli: εἰς μέσον παριέναι est *in publicum prodire:* idque adduxi, ut διὰ μέσου illustrarem: Recte. Nam si μέσου ita in διὰ μέσου accipiatur, statim καθίζειν διὰ μέσου perspicuum est, et *collocare in publico* vel *publicum* significat: Similiter quippe διὰ accipitur in notissima illa Grammaticorum locutione, διὰ μέσου κεῖται, διὰ μέσου τίθεται: de qua videre potes Henricum Stephanum in Proparasceue ad lectionem Schol. Thucydidis. *Pag.* 103. Vanni. *Sed infeliciter philosophatur et alio loco circa rosam. Carm.* 53. *Anacreont. vers.* 41. *legimus:* Μακάρων θεῶν ὅμιλος Ἀνέτειλεν ἐξ ἀκάνθης Τὸ ῥόδον. coetus deorum rosam oriri fecit ex spina. *contra quod corollarium ita insurgit Dialecticus noster:* „Sed an eo posito recte sequitur etc." Hic quoque improbum et ineptum se prodit Orbiliolus: Nam ad ἤνθισε, quo Crisis mea nititur, non attendit, et verbum illud Poëtae cum verbis meis eo pertinentibus neglexit pessima fide: Inspice Notas, et Magistelluli improbitatem et stultitiam ride. Quae eadem *pag.* scribit de istis Anacreonticis, Ἴδε πῶς ἔαρος φανέντος Χάριτες ῥόδα βρύουσι, inepta quoque sunt, et Crisin meam ne leviter quidem tangunt: Vident, qui judicio valent, et ista Grammaticastri superant captum. *Pag.* 108. Vanni. *Erras ergo crasse, et cum* ἀὴρ *caligo efferri masculine, et cum* ἀὴρ *aer negas feminine recte adhiberi.* Stephanum sequor in Thesauro, Etymologici M. Auctorem, alios: Eustathius ad Iliad. *E.* illo ipso loco, quem hic mihi opponit Orbiliolus, Ἰστέον δὲ, ὅτι οἰκεῖον τῇ Ἥρᾳ, τὸ ἠέρα πουλὺν χεύειν, περὶ ἧς καὶ ἀλλαχοῦ ῥηθήσεται· ὅτι ἠέρα πίτνα πρόσθε βαθεῖαν, ἀορασίαν δηλαδή τινα ἐξ ὁμίχλης, ἥτις ἐπιταθεῖσα, καὶ νυκτὶ ἔοικε. θηλυκοῦ δὲ γένους Ἰωνικῶς κἀνταῦθα εἶναί φασιν οἱ παλαιοὶ τὸ ἠέρα πουλύν. τοιοῦτον δέ που καὶ τὸ θῆλυς ἐέρση, καὶ ἡδὺς ἀϋτμή. Stultus est homo. *Pag.* 230. Vanni. *Et primo* ἄλην *conjicit, quae vox rursus peccat, ut vox* ἀλιώτερος etc. ἄλη vox simplicissima, disconvenit Socco: Nihil ridiculum magis. Non legit Magistellulus, quae nasutus Phrynichus de vocibus Menandreis scribit,

neque differentiam tenet, quae est inter Comoediam antiquam et novam. Ea judicium etiam requirunt subactum, quo plane destituitur misellus. *P.* 251. Vanni. *Dum propudiosis istis* ἐπιμελέω *et* περιμελέω *intenti fuimus, neglesimus aliud vitium in Graeca Rudimenta commissum: ibi enim ab eodem* περιμελέω *deducit* περιμελέτωσαν, *quod inde etc.* Ita perperam editum: ipse scripseram περιμελείτωσαν. In isto opusculo errores sunt in Graecis plures: notabo quosdam. pag. 16. pro ὁ νοῦς γάρ ἐστιν λαλήσων θεός scribendum ὁ νοῦς γάρ ἐστιν ὁ λαλήσων θεός. pag. 19. pro *Σ majusculo*, *S majusculo*. p. 22. pro Ὡς οὐκ ἂν ἐκδοίη θυγατέρ' ἀσμένως, Ὡς οὐκ ἂν ἐκδοίη θυγατέρ' ἂν ἀσμένως. pag. 44. pro τῷ βορέᾳ ἐπιτιμήσας, τῷ βορέᾳ 'πιτιμήσας. p. 49. pro ὡς ἔχειν καλῶς, ὡς ἕξειν καλῶς. p. 60. pro Εἰς ἴσον δ' ὄγκον σφόδρ' ἔρχετ' εὐτελεῖ, Εἰς τὸν ἴσον δ' ὄγκον τῷ σφόδρ' ἔρχετ' εὐτελεῖ. p. 107. pro — — Σοφῶν Ἀνδρῶν (ἐστι) τὸ τοῖς φίλοις λέγειν τἀναγκαῖα, — σοφῶν ἀνδρῶν (ἐστι) τὸ τοῖς φίλοις λέγειν τἀναγκαῖα. p. 108. pro Ἄνθρωπ' *pro* ἀνθρώπῳ, ἄνθρωπ' *pro* ἄνθρωπε. p. 127. pro ἔτι με ταῦτα προσετιθὴν ἀκηκοώς, ἔτι γε ταῦτα προσετίθην ἀκηκοώς. p. 132. pro Σὺ λαλεῖς ἐν ἀνθρώποισιν οὐκ ἄνθρωπος ὤν, Σὺ λαλεῖς ἐν ἀνθρώποισιν ὡς ἄνθρωπος ὤν. pag. 143. pro Ἀπόλωλεν· ἐν ἑαυτῷ γ' ἐὰν σκοπῇ, Ἀπόλωλεν· ἐν ἑαυτῷ γ' ἐὰν τοῦτο σκοπῇ. et eadem pag. pro *cui similis est alter Num.* 54. Τί κακὸν ἀφαιρεῖ, τἀγαθὸν δὲ λαμβάνει, *cui similis est alter Num.* 54. Κεκύηκέ τις, οὐ κεκύηκέ τις· ἠτύχηκέ τις. pag. 146. pro Εἴ ποί, ter Εἴποι. *Pag.* 255. Vanni. *Imo plus dicam: ἕκτῳ καὶ δεκάτῳ, quod tu substituis, eo sensu est barbarum. nam ἕκτῳ καὶ δεκάτῳ non significabit* sexto decimo loco, *sed* sexto loco et decimo loco. *dicendum* ἑκκαιδεκάτῳ. *quis unquam etc.* Ipse Agathias Epigrammate in Eustorgium Lib. 3. Anthol. Μηδὲν ἀπαγγείλειας ἐς Ἀντιόχειαν, ὁδῖτα, Μὴ πάλιν οἰμώξῃ χεύματα Κασταλίης. Οὕνεκεν ἐξαπίνης Εὐστόργιος ἔλλιπε μοῦσαν, Θεσμῶν τ' Αὐσονίων ἐλπίδα μαψιδίην, Ἑβδόματον δέκατόν τε λαχὼν ἔτος, ἐς δὲ κονίην Ἠμείφθη κενεὴν εὔσταχυς ἡλικίη. et Epigrammate in Eustathium eodem Lib. 3. Πέμπτον καὶ δέκατον γὰρ ἐπιψαύσας ἐνιαυτοῦ, Τετράκις ἓξ μούνους ἔδρακες ἠελίους. de quo Disticho alias. Auctor Etymologici M. in Διχόμηνος, ἔστι καὶ διχόμηνις, διχομήνιδος, διχομήνιδι· ἡ αἰτιατικὴ διχομήνιδα. ἔστι δὲ ἡ πέμπτη καὶ δεκάτη. Alia inter legendum tibi occurrent,

λυκοῦ, ὀλουμένη· καὶ ὑπερθέσει, οὐλομένη· ἢ ἀπὸ τοῦ ὄλω τὸ ἀπολλύω· καὶ πλεονασμῷ τοῦ υ· καὶ ἔστι μετοχὴ ἀντὶ ἐπιθετικοῦ ὀνόματος τοῦ ὀλοή. ὄλω antiquum pro ὄλλυμι: inde πατρόλης et πατρώλης, vocabula bona et analogice facta. πατρώλης autem active sumtum, ut ἐξώλης: Aristophanes in Pluto Versu 442. Πενία γάρ ἐστιν, ὦ 'πόνηρ'· ἧς οὐδαμοῦ Οὐδὲν πέφυκε ζῶον ἐξωλέστερον. et in Ecclesiazus. Vers. 1045. Τοῦτο γὰρ ἐκείνου τὸ κακὸν ἐξωλέστερον. cui similis est Versus sequens 1062. *Inscitius* igitur *non potuit* ipse Magistellulus, qui in Graecis nec antiqua intelligit, nec nova. *Pag.* 292. Vanni. Orbilius: *ab* ἁβρός, ἁβραμὶς, piscis, *quam vocem animadvertit Senftlebius, et inde* ἁβραμίας, *ut a* πηλὸς, πηλαμίς. Ineptit Paedagogulus: Ab adjectivo ἁβρὸς non potest fieri ἁβραμίς: id certum. πηλαμὶς a substantivo πηλὸς, aliud: Unde vero apparet, id factum esse ab uno πηλός? Grammaticus in Etymologico M. Πηλαμὺς, παρὰ τὸ ἐν τῷ πηλῷ μύειν. πηλαμὺς ille pro πηλαμὶς, aliter de Etymo sentiens, quam Magistellulus noster: Et sane vix ac ne vix credo, ita Graecos formasse vocem, ut a πηλὸς sit πηλαμίς. Aliud latet, si Grammaticum istum non audiamus: Visne suspicionem? πηλαμὶς dictum, ut σκωραμίς: σκωραμὶς vas, in quo σκῶρ: πηλαμὶς vas, in quo πηλός: illud nomen autem datum minori thynno, quia moratur et pascitur in luto. Ad rem apprime Plinius lib. 9. hist. natural. cap. 15. *Thynni mares sub ventre non habent pinnam. Intrant a magno mari Pontum verno tempore gregatim, nec alibi foetificant. Cordyla appellantur partus, qui foetas redeuntes in mare autumno comitatur. Limosae vero a luto pelamides incipiunt vocari, et cum annuum excessere tempus, thynni. Limosas* nomen Graecum pulchre exprimit, et piscem denotat, qui ex luto quasi conflatus est, ideoque *vas luti* dicitur non illepide: Hoc quisque sentit. ἁβραμὶς similiter dictum esse pro ἁβρὰ ἀμὶς de pisce Nilotico, neutiquam mihi fit probabile: Quare nomen illud semper pro peregrino et Aegyptiaco habui: quod cum a ludo Graeco sit remotius, levissima mutatione ἅβρα Μυίας scripsi, et sic *barbara* cum *Graecis* commutavi: Facinus enorme et stultum, si misellum Grammaticastrum sequaris. *Pag.* 293. Vanni. *Inscite praeterea* κικκὸς . . . . . κλέπτης, διαχώρησις *mutat, nesciens* κικκὸς *ejusdem ori-*

ginis esse cum κιξάλης. quam vocem Hesych. bis φῶρ, κλέπτης etc. Etymologus iterum ridiculus: κιξάλης non est a κικκός, sed a κίχω, quod πορεύομαι, καταλαμβάνω, φέρω, significat: Vide ipsum Hesychium in Κίξαντες et Κίξατο, ut et Etymologum in Κιχάνω. κικκὸς plane aliud, et κίξιος dictus τέττιξ a voce. Non *inscite* igitur, sed *scite*, κλέπτης mutavi in illo loco. Salmasius, ut notum, praeiverat. De ὅ τε καὶ, quod in Suidae Lexico restitui, Vannus *pag.* 295. *non ignorant pueri, τε hic locum nullum habere posse, et hominem cum putida emendatione sua exsibilant.* Misellum ista scribentem ego cum pueris exsibilo: τε sine dubio locum habet, et διττὸς οὖν ὁ κύβος· ἀναῤῥιπτούμενος, εἴτε κενὸς, εἴτε πλήρης εἴη· καὶ ἰδίως ὁ κενὸς scabrum est, legendumque esset saltem, si ipsum εἴτε abesset, διττὸς οὖν ὁ κύβος· ὁ ἀναῤῥιπτούμενος, εἴτε κενὸς etc. *Id*, dicam denuo, *pueri decennes sciunt.* *Pag.* 296. Vanni. *Dein inepte* Ἀχιλεὺς δύω *praefert τῷ* Ἀχιλλεὺς δύο. *nam dactylus centies in tertio pede locum habet. mallet etc.* Delirat, delirat miser: mea inspice modo. Sic autem saepius ille, ut videbis, si ea, quae scripsi, sedulo cum Orbilianis compares. Quae eadem *pag.* subjungit, ut Bentlejum in Menandreis male corrigentem, Καὶ περιθειωσάτωσαν σ'. ἀπὸ κρουνῶν τριῶν, defendat, adeo improba sunt et inepta, ut nihil revera improbius et ineptius excogitari posset. Ipse Bentlejus Dactylum in loco quarto Versus Iambici admiserit? Absit, absit: Nam ita nemo, cui innotuerunt Iamborum leges. Adducit tamen Morio ex Aristophanis Ecclesias. Iambum istum, Τῆς τεσσαρακοστῆς, ἣν εὐπόρισ' Εὐριπίδης: ac si res inaudita exemplo stabiliri posset uno, et quidem depravato: Sine dubio enim cum Viro Erudito ibi legendum ἐπόρισ' Εὐριπίδης pro εὐπόρισ' Εὐριπίδης. Vannus *pag.* 311. 312. 313. 314. Ut miles Petronianus, hic umbras caedit lepidissimus Magistellulus. φληναφῆς, quod Sermonis Analogia mihi suggessit, pro φλήναφος in Libris hodie non occurrat, idcone errorem commiserim notandum ab eruditiorum quoquam? Nihil ridiculum magis et scholasticum: In eo autem solo haereret error: Nam in aliis ne erroris quidem sunt vestigia. Dicam breviter; σκιραφῆς, an σκίραφος sumas, res eodem redit: Nam a Σκίρος et ἅπτομαι est σκίραφος, ut a θάπτω, ἄταφος, a ῥάπτω,

ἄῤῥαφος, a βάπτω; ἄβαφος etc. ἀνέπαφος norunt etiam omnes, ab ἅπτομαι, tango. σκίραφος igitur idem, quod σκιραφὴς et σκιραπτός. Ut autem φλήναφος et nugas et nugatorem notat, ita σκίραφος et improbum et improbitatem: quin et eodem errore Grammatici ex σκίραφος appellativo, quod alcatorem notat in genere, sibi *perperam* (pueriliter errat Orbiliolus, verba mea perspicua non intelligens) confinxerint Σκίραφος proprium, quo id factum suspicabar ex σκιραφής: Haec omnes intelligunt, et suspiciones meas non subvertunt, sed erigunt. Pessime Grammaticaster in voce σκίραφος *ultimam partem modo esse terminationis productionem* existimat, ut in φλήναφος a φληνὸς, ἔδαφος ab ἔδος, ἔπαφος ab ἔπος, ἔλαφος ab ἔλος: Nam si ita sentias, σκίραφος nunquam vel aleatorem, vel aleatoris nequitiam significare potuit: idem quippe σκίραφος, quod Σκίρος, sicuti ἔδαφος idem, quod ἔδος, ἔπαφος idem, quod ἔπος etc.: Quid autem ineptius? Aliter se res habet, et sicuti in σκίραφος, ita in aliis turpiter hallucinatur Magistellulus: φλήναφος venit a φληνὰ et ἅπτεσθαι: φλέω, φλενὸς, φληνὸς, ut δέω, δενὸς, δεινός: Auctor Etymolog. M. in V. φλήναφος. hoc evidens satis. Unde ἔδαφος? id ego etiam ad ἅπτεσθαι. refero: Nam proprie *pavimentum* sonat ἔδαφος, id quod solo cohaeret et cum solo connexum est. Quid ἔπαφος et unde? Necio: an etiam ab ἐφάπτομαι forte venit, ut ἀνέπαφος? Junge Galeum ad Apollodori Bibliothecam Lib. 2, C. 1. Ab ἔπος certe cum lepidulo deducere nolim. Restat ἔλαφος: id idem, quod ἔλος, si Orbiliolum audias: quidni? Apud Hesychium legit, Τέλμα, τόπος πηλώδης, ἔλαφος, πλὲξ, ἰλύς. quae (vide Vann. p. 489.) ille solus autumat sana, et alii Viri Eruditi corrigunt certatim: phy ineptiae! Apud Etymologum in V. Ἔλαφος legimus inter alia de vocis origine, ἢ ἀπὸ τοῦ ἔλος, ἔλαφος: ubi ἔλαφος est *cervus*, et ultima pars vocis pro terminatione producta haberi non potest, sed aliquid haud dubie intelligendum, quod praeter ἔλος vocem ἔλαφος composuerit: Illum tamen locum inepte adducit ineptulus: qui et de ψηλαφῶ addit tandem, quod nemo paulo eruditior probet: Egregia haec omnia et vere Orbiliana. *Pag.* 523. 524. 525. 526. 327. 528. Vanni, de caesura ex professo agit Scholasticorum decus, quia in Menandreis scripserim, *nam quod tu forte ignoras, ego una*

cum Eruditioribus scio, ultima in τοὐναντίον producitur propter spiritum asperum in voce ἀλίσκεται, et vim caesurae. Ego, unde illud *et vim caesurae* accesserit, nescio: In meo Autographo certe non habetur, et de caesura, ut ut accipias, in Iambicis nunquam cogitavi: id audacter et vere assevero. *Pag.* 329. Vanni. *Ex ejusdem ignorantiae fonte et alios turpissimos homini natos esse animadverti. caesurae enim vi vocula que apud Latinos, et τὲ apud Graecos producitur, sive etc. pag.* 330. 331. 332. 333. 334. 335. Caesura non potest habere locum in Monosyllabis: id certum et perspicuum, quicquid Orbiliolus, quicquid alii Grammatici garriunt: et frustra proinde syllabae productio in illis adscribitur vi caesurae, quae sine dubio, si vera sit productio, ab alia causa venire debet: Dico, si vera sit productio: Ea de re enim dubito et dubitavi semper, saltem in illis, quae apud Homerum extant, propter testimonium insigne Masurii Sabini, quod Athenaeus habet Lib. 14. Convivii, ὅτι δὲ πρὸς τὴν μουσικὴν οἰκειότατα διέκειντο οἱ ἀρχαῖοι, δῆλον καὶ ἐξ Ὁμήρου, ὃς διὰ τὸ μεμελοποιηκέναι πᾶσαν ἑαυτοῦ τὴν ποίησιν, ἀφροντιστὶ τοὺς πολλοὺς ἀκεφάλους ποιεῖ στίχους, καὶ λαγαροὺς, ἔτι δὲ μειούρους. Ξενοφάνης δὲ καὶ Σόλων, καὶ Θέογνις, καὶ Φωκυλίδης, ἔτι δὲ Περίανδρος ὁ Κορίνθιος ἐλεγειοποιὸς, καὶ τῶν λοιπῶν οἱ μὴ προσάγοντες πρὸς τὰ ποιήματα μελῳδίαν, ἐκπονοῦσι τοὺς στίχους τοῖς ἀριθμοῖς καὶ τῇ τάξει τῶν μέτρων, καὶ σκοποῦσιν ὅπως αὐτῶν μηθεὶς ἀκέφαλος ἔσται, μήτε λαγαρὸς, μήτε μείουρος. Locus est egregius Musici egregii: Propter μελῳδίαν et numeros Musicos Homerus saepe neglexit Metrum proprie dictum: cujus observantissimi fuerunt secuti Poëtae, qui, μελῳδία et numeris Musicis neglectis, unius versus et pedum contra habuerunt curam. Unde sequitur, longe majorem licentiam esse in scriptis Homeri, quam in scriptis aliorum Poëtarum, neque ea, quae apud Homerum licentiora occurrunt, aliis etiam Poëtis tribui posse. Et quid igitur? τε in magno Opere revera breve esse suspicor, neque de ejus productione laboro: Melodia enim supplevit, quod syllabae deerat. In scriptis aliorum, ubi Melodiae ea non habita fuit ratio, τε breve esse non potuit, et aliquid accedere debuit, quo longum evaderet: id vero, quia caesura efficere non poterat, quae in Monosyllabis revera nulla, alia jure tentavi,

nec tamen, quia res incertior, quicquam decrevi. Plura de his, et istis Masurii alibi: id, Lector, tibi promitto data dextra. Illud unum hic addendum: Quod de τε noto, pertinet etiam ad γὰρ, neque de Monosyllabo hoc aliter sentiendum, quam de illo: Quo respiciens, ad Calabrum Lib. 1. V. 287. scripsi, *Ἐν γάρ et hic et alibi in his Libris Spondeus est: An vi spiritus asperi? Ita etc.* Calabri γάρ οἱ tacite distinguens ab Homerico γάρ οἳ, de cujus productione non ita dubitassem: Orbiliolus, qui aliter accipit, facit quod solet: vide Vannum pag. 391. Ubique obvium γάρ οἱ ego ignoraverim: Ride, ride, Lector: res est lepida. *Pag.* 336. Vanni. *optimi Codd. passim πτόλεμος, πτόλις, et similia exhibent. quamvis saepe variant. sed unus tenor servandus.* Quis docuit Praeceptorculum, unum tenorem esse servandum, praesertim si optimi Codices saepe variant? Nihil stultius. Ego non dubito, quin ipsi Auctores saepe variaverint, et sqni etiam ratio habita fuerit saepe. Qui sunt liberiore ingenio, mihi adsentientur; alios non curo. *Pag.* 338. Vanni. *Eodem Libro 14. Vers. 350. legitur pessime θῆκε θεὸς θαῦμα μέγα etc.* Festinans scripsi, *Nam γα in μέγα per caesuram producto, Versus non est pravus,* pro *Nam μα in θαῦμα per caesuram producto, Versus non est pravus:* Inde triumphus Misello. *Pag.* 340. Vanni. *Scilicet Calaber vel ullus Poëta versus minus jucundos sine necessitate pangeret? quantum est sapere!* Ineptus est Criticus, qui in Scriptis Veterum venustati ubique studet: Nam sic saepissime mutat, quae ipsi Auctores scripserunt manu sua. Apparet ex illis, quae hodie prodeunt in lucem, dum Auctores vivunt et spirant, nihilque notius vere eruditis. Sed haec frustra narrantur Magistellulo, qui a regulis suis pendens, sanae rationi bellum indixit perpetuum. *Ead. pag.* Vanni. *Verum quid designat Lib. 9. V. 101. Μήτε τιν' ἄλλον Ἀχαιῶν ὑποτρομέειν περὶ πάτρης? Rhodomannus simpliciter et vere etc.* Decepit me minus attentum casus quartus Μαρναμένους: Casus primus Μαρνάμενοι in ista constructione frequentior est et elegantior. τρομέειν autem convenientius sententiae, quam ὑποτρομέειν: Quare si conjectura mea in Libris extaret, eam cum lectione vulgata non commutarem. Quod de altero Calabri loco Lib. 12. Vers. 29. addit Orbiliolus, falsis-

simum esse, tibi apparebit statim, ubi Notas meas ibi consulueris. *Pag*. 343. Vanni. *Sed porro ineptulo obstat, quod Juno hic dicatur sedisse in ἀλωῇ, etc.* Lepidissima sunt, quae de ἀλωῇ Jovis et frugibus in coelo hic narrat Magistellulus. Ego, αὐλῇ legendum esse, nunc persuasissimum habeo: Ex ea prospectus haud dubie in totum terrarum orbem et omnes mortalium tribus. αὐλῇ vel atrium palatii, vel ipsum palatium. *Pag*. 346. Vanni. *Vidimus Trochaeum p.* 176. Πρᾶτος ἦν Μούσαις ποικίλος ὑμνοθέτας. Ita operae: ipse scripseram Πρᾶτός τ' ἦν etc. *Ead. pag*. Vanni. *Jam videamus aliquot Amphimacros etc.* Amphimacrum in Versu Hexametro veteres et recentiores admittunt multi: Eos sequar, quoties praeeunt Libri, et sententia Amphimacrum prae Dactylo vel Spondeo diligit. *Pag*. 551. Vanni. *Crediderim autem nunquam Hexametrum fuisse conditum ab Homero vel alio poëta, cui tempus deesset ex ipsius poëtae calculo: Grammaticos autem ignorantes, nec etc.* Ineptit Magistellulus: Ego cum Masurio Sabino Versus ἀκεφάλους Homeri τῆς μελῳδίας ῥυθμῷ adscribo, eumque in eo secutos auguror alios, quia, sicuti in syllaba postrema, ita in syllaba prima Versus videbatur aliquid plus licere, quam in syllabis mediis: Alibi ea de re distinctius. *Pag*. 553. Vanni. *Δινήεις pro Ξάνθος apud Calabrum peccat, et stabilire nequeunt, quae Orbiliolus adfert: id vident omnes, qui sunt paulo perspicaciores: Sed objicit mihi ineptulus: Lib. XIV.* 641. *κελάδοντες et χείμαῤῥοι absolute pro ποταμοὶ κελάδοντες et χείμαῤῥοι. quod ipsi Pavunculo non displicet.* Et mox: *hic nobis e conjectura sua obtrudit adjectivum pro substantivo, id quod in hoc L. IX. in Codd. exstans recipere non vult, quia alius etc.* Ac si primo, ista sibi gemella essent; ubi Lib. 14. praecedit, Ἀλλ' ἄρ' ἀπ' Ἰδαίων ὀρέων μάλα πάντα ῥέεθρα Εἰς ἕνα χῶρον ἄγεσκε, et inter illa ῥέεθρα μάλα πάντα haud dubie erant plura, quae nomine carebant: cum Lib. 9. de uno fluvio sit sermo, qui celebrior et nomen habebat, et nomine erat designandus. Deiu, ac si ibi ita probassem adjectiva, ut differentiam, quae est inter unum et alterum locum, non indicassem aperte satis Lectori oculato: cum tamen diserte notula mea habeat, *Epithetum autem pro nomine HIC non displicet mihi, ubi χείμαῤῥοι distincte sequitur, et generalius praecedit μάλα*.

[illegible] *erratum errat errorem, quem exsibilan-* [illegible] διχρόνων mensura fuit ambigua, [illegible] dubio in ea variarunt saepe Antiqui: [illegible] producam, quod omni est exceptione ma- [illegible] *certamen*, primam corripit vulgo: at So- [illegible] semel, Euripides quater producit primam: Lo- [illegible] Sophoclis est in Electra Vers. 1625. loca Euripidis in Oreste Vers. 859. in Phoeniss. Vers. 591. in Supplic. Vers. [illegible]54. in Hercul. Fur. Vers. 1189. Alia praetereo non ignota, et facile mihi persuadeo, longe plurima istius rei exempla nobis suppetitura, si temporis invidia non careremus plerisque Poëtis. Atque *hinc* est, quod difficilior sim in corrigendo, quoties *δίχρονον* alia mensura offendo, quam quae vulgo obtinet, et Librorum auctoritatem libentius sequar, quam spernam. *δίχρονον* in *ἄμυδις* producit Scholiastes: eum praeeundem sequor, et si non praeivisset, ita sentirem absque ullo metu: De mensura vocis *θρασὺς* dubitavi in Epigrammate Simonidis eadem de causa: In his ipsis Notis ad Phrynichum p. 68. *μηνύσειεν* propter illud ambiguum in Versu Iambico reliqui eo loco, quo id collocat Euripidis Scholiastes, et nihil mutavi, etiamsi facile potuissem: In aliis gemellis eundem ubique servabo tenorem: Quod Eruditiores non improbabunt, et si Magistelluli cum suo Antesignano rideant, non aegre profecto feram: Rident enim illi, quae non intelligunt. Lectio editionis Florentinae, *Ἑπτά μοι δὶς τριάκοντα βασιλεὺς σχεδὸν*, inepta est: Quis ita ambigue numerum designet? *τριάκοντα δὶς ἑπτὰ* Orbiliolus vertit et explicat *triginta bis septem, id est, quadraginta quatuor:* quo jure? Dicam ego, *ἑπτὰ δὶς τριάκοντα* esse *septem bis triginta*, id est, *sexaginta septem*, neque minus persuadebo: Apage, apage nugas Orbiliano ingenio dignas. *Pag.* 372. Vanni. In illis, quae ad Hephaestionem pag. 119. scripsi, *illud nomen* (*ἱστίη*) *secundam corripit, quando pro ipsa Dea sumitur; ideo εὐξείνων mutavimus in εὐξείνων: si secundam produceret, ut solet vulgo, quando aedes denotat, Versiculum etc.*, de Ionismo cogitavi, et distinxi inter *ἱστίη* pro *domo*, et *ἱστίη* pro *dea*, quia in Odyssea Homeri *ἱστίη* pro *domo* mediam habet productam, in Hymnis vero, qui Homero adscribuntur, *ἱστίη* pro *dea* mediam habet correptam. Istam autem distinctionem ad Doricum *ἱστία* applicui,

quia, si terminationem demas, in ἱστίη et ἱστία conspirant Dores et Iones, ut ex Etymologico M. constat. De Atticismo et communi ἑστία cogitare non potui, quia ejus mensura notissima est ipsis pueris: Excidit autem vocula in ista Annotatiuncula mea, et editum oportuerat, *illud nomen Ionice secundam corripit:* quem errorem ad marginem statim correxi: Quin et illis, *Videndum, an exempla reperiantur,* adscripsi mox Versum Hesiodeum ex Theogonia, Ἱστίην, Δήμητρα, καὶ Ἥρην χρυσοπέδιλον: qui locus hactenus est unicus, ubi Ionicum ἱστίη pro *dea* producta media offendi. Clamet, clamet Magistellulus, quantum velit: haec adeo illepida non sunt. *Pag.* 376. Vanni. *At ad Lib. IX.* 540. *adeo miranda comminiscitur, ut vix alio loco mirabilior sit Pavus. Legitur,* Ἀλλὰ δμωῖδεσσὶ παρευνάζοντο γυναιξί. *Pavum audi,* an forte (*attende Lector*) scribendum δμωῖδεσσι, ut circumflectendo syllaba brevis evadat longa? *Concurrite omnes Grammatici et Grammaticastri: rem novam etc.* Egregie imperitiam suam hic etiam prodit Orbiliolus: Dicam tribus verbis: Oxytona disyllaba foeminina in ις, quae penultimam habent natura longam, ι in obliquis producere solent: Ad quam classem cum pertineat δμωΐς, nullum mihi est dubium, quin penultima in δμωΐδος et antepenultima in δμωΐδεσσι recte produci possint. Porro apud Graecos saepe circumflexus est signum syllabae productae, et id operatur vi sua, ut syllabam, quae, si cum acuto scribatur, brevis est, longam efficiat, dum in pronunciando spiritum protendit: Ut alia omittam; vide quae ad Phrynichum in V. Κνημῖδα noto ex Eustathio, iisque junge, quae Athenaeus scribit Lib. 3. p. 105. et 106. Homerus V. 359. Iliad. *E.* φίλε κασίγνητε, ἐκκόμισαί τέ με, δὸς δέ μοι ἵππους. ubi opportune admodum Eustathius, τὸ φίλε ἐκτείνει καὶ ἐνταῦθα τὸ τῆς ἀρχούσης δίχρονον, ὡς καὶ ἐν τῇ γ. ῥαψῳδίᾳ· φησὶ γὰρ, φίλε κασίγνητε κόμισαί τέ με, δὸς δέ μοι ἵππους. διὸ καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης, φασὶ, περιέσπα τὸ φί. Ptolemaeus Ascalonites pro φίλε legebat φῖλε, ut syllabae mensuram produceret: eadem de causa ego δμωῖδεσσι pro δμωΐδεσσι, cujus syllaba antepenultima, quae anceps esse potest, commode circumflectendo ex brevi fit longa: neque dubito, quin Ascalonites fecisset, quod ego feci, si longam requiri existimasset. Id autem breviter monui, et regu-

κάκω nemo mutabit, si sapiat. Idem in Theogonia V. 657. Ἀλκτὴρ δ' ἀθανάτοισιν ἀρῆς γένεο κρυεροῖο: recte ἀρῆς: nam ea erat certa, si Titanes vincerent: ἄρεος plane marcesceret, et ἀρῆς κρυεροῖο Ionismus est purus putus. Ipse Homerus Odyss. P. V. 538. οὐ γὰρ ἔπ' ἀνὴρ, Οἷος Ὀδυσσεὺς ἔσκεν ἀρὴν ἀπὸ οἴκου ἀμῦναι: praecedentia ἄρην excludunt, et faciunt, ut de ἀρὴν dubitare possit nemo. Isto autem loco stabilitur alter ille Odyss. X. V. 208. Μέντορ, ἄμυνον ἀρὴν, μνῆσαι δ' ἑτάροιο φίλοιο: quem ita legit et accepit Porphyrius, ut antea vidimus: Et ibi ἄρην sane marcesceret, si rem omnem et verba Agelai sequentia rite perpendas. Orpheus de Lapidib, in Ostrite V. 27. Καὶ θεὸν ὡς ἐπ' ἀρῆσιν ἀρεσσάμενος θυέεσσι. Aeschylus pag. 56. 102. 103. 106. 214. 219. 220. 226. 234. 254. Edit. Steph. Sophocles in Ajac. V. 511. Oedip. Tyrann. V. 284. 503. 426. 656. 764. 840. Oedip. Colon. V. 1006. 1459. 1448. 1453. 1471. 1514. Trachin. V. 48. 1256. Euripides in Phoeniss. V. 67. 477. 772. 883. 1375. 1435. Medea V. 608. Hippolyt. V. 1241. 1362. Iphigen. in Aul. V. 60. Iphigen. in Taur. V. 778. In quibus Tragicorum locis prima in ἀρὰ et aliis inde deductis corripitur. Orbiliolum cum suis inaniis et fallaciis ad pueros ablego: *In primis*, inquit Magistellulus pag. 391., *miraculo est, hominem in hac voce adeo crasse erravisse, cum ipse jam ad Menandrum p.* 127. *Clericum condemnare coactus fuerit, qui* κατάρατος *in ultimo Iambo pede posuerat.* Deliramentum egregium et Orbilianum ex asse: Nam κατάρατος cum Bentlejo habui pro Paeone tertio, et ejus antepenultimam, ut primam in ἀρητὸς, brevem esse statui: Non poterat miser delirare pejus. *Pag.* 400. Vanni. *Quas cava succutiens Baubo manu, nam puerilis.* Ita Canterus, Paulus Leopardus, Salmasius, Heraldus, aliique omnes, praeter unum Heinsium. De ipso loco cum Grammaticastro deliro contendere nolo. Unum illud a me notatis addam: Io solo tactu Jovis ex vacca iterum facta est mulier: Aeschylus in Prometheo pag. 51. Ἐνταῦθα δή σε Ζεὺς τίθησιν ἔμφρονα Ἐπαφῶν ἀταρβεῖ χειρὶ καὶ ΘΙΓΩΝ ΜΟΝΟΝ. Scholiastes, ἔμφρονα, ἀνθρωπόμορφον. *Pag.* 414. Vanni. *antequam pergamus, discere cupio, quale sit illud, quod literis Giganteis in titulo lego ΗΦΑΙΣΤΙΩΝΩΣ.* Dicam Suaviculo: Ita Turnebi Editio per errorem, quem operae retinuerunt.

Pag. 416. Vanni. *Ἅλς ἐπάγη ῥιπῇσιν ἐωσμένος ἠελίοιο.* Hic mire iterum delirat Magistellulus. Quod posui, ex Libris suis edidit Turnebus, idque perspicuum est et bonum: *Sal concretus est solis radiis pulsus, trusus:* ἐωσμένος ῥιπῇσιν ἠελίοιο scilicet explicat ipsam πῆξιν ἁλὸς, quam siccando et cogendo efficit sol et solis calor: Sciunt omnes, qui non ignorant, quid sit πῆξις, et Philosophum aliquando consuluerunt Meteorologicor. Lib. 4. Quae πήγνυνται, ea συνέρχονται: et ipsum illud συνέρχεσθαι vi solis, poëtice et eleganter dictum hic ὠθεῖσθαι ἠελίοιο ῥιπῇσιν: Nihil apertius. Quid jam Orbiliolus? Perquam urbane et lepide primo scribit, *vellem scire, quid Pavunculus fecerit de ἐωσμένος. procul dubio aliquod participium a verbo ignorabili:* dein missis jocis subjungit, *ut serio de participio ἐωσμένος loquamur, nullo modo hic locum habere potest. quid enim notabit* sal concretus fuit, impetu *propulsus* solis? et ut egregiam suam eruditionem ostentet, ex editione Florentina legit, *Ἅλς ἐπάγη ῥιπῇσιν, ἕως μένος ἠελίοιο,* id est, eo commentatore et interprete, *mare Boreae impetu fuit concretum, donec vis solis illud solveret.* Vidistine stultiora? *Pag.* 422. Vanni. *Sed quid? an Scholiastes in metricum auctorem scribens, ignoravit, quod πεποίηκε* cecinit, versificavit, *significet?* Ineptit, ineptit miser: Vide notulam meam ad πεποίηκε pag. 104. et verborum cohaerentiam considera; sic in fumum abeunt omnia hic scripta, et ipsum κατηγορῶν stabilitur aperte. *Pag.* 424. Vanni. *cui nec unicus de suo locus in hanc sententiam suppetat. fortean fallor. alia praeteriit. at etc.* Nihil suavius aut ridiculum magis: Duo exempla certa mihi sufficiunt: Plura notanda relinquo Grammaticastris et Orbiliolis. Ubi ista exemplorum congeries in scriptis Virorum Eruditorum, qui seculo sextodecimo et septimidecimi initio floruerunt? Riderent, riderent hercule illi, si reviviscerent, Commentarios, qui hodie prodeunt; praesertim si Indices et alia imperitorum adjumenta conspicerent, quibus floridior illa aetas carebat. *Pag.* 428. Vanni. *Sequitur locus omnium consideratione dignissimus, et de quo judicium Lectori aequo relinquam. ego simpliciter factum narrabo. in Turnebiana exstat, etc.* Dicam breviter: Hoc primum falsissimum est, et sic ei superstructa falsissima quoque sunt: Cor-

rexi, ὁ δὲ ἀνάπαιστος διαλελυμένην ποιεῖ τὴν φράσιν διὰ το τετράσημον. ἰαμβοποιοὶ μέν τοι καὶ τραγῳδιοποιοὶ, ὡς μὴ ὄντες τοιοῦτοι, οὐ συνεχῶς κέχρηνται. οὐ ab operis male omissum, in Turnebiana extat: Vide Notas. Addam verbo: Aristaenetus expressus est ad quartam editionem, cujus pagellae Typothetarum manibus commaculatae, adhuc penes me sunt: Neque aliter intelligenda verba ista Praefationis meae, *Has Epistolas, cujuscunque demum sint, comtas satis et elegantes, post Sambucum ter ab ipso Mercero editas, ex editione postrema hic tibi damus cum Notis ejus integris:* Si de tertia Merceri cogitassem, scripsissem *ex editione ejus postrema:* quartam esse *postremam*, omnes sciunt, neque eam accuratius designare erat necesse. Ista deliramenta et sycophantiae improbi Grammaticastri me vere delectant: Quid autem aequus Lector, quem compellat, ad haec? *Pag.* 436. Vanni. *J. Christian. Wolfius in Sapphicis recte quoque conjecit Sapphus esse ex verbis Demetrii Phalerei de Elocutione etc.* Nihil incertius: Una voce θυρωρὸς suspicio nititur: Nam ne leviter quidem constat haec esse Sapphus: Ita Viri Eruditi saepe ridicule satis. Non absimile est, quod de illo loco, "Εστι μοι καλὰ πάϊς etc., scribitur: Sappho filiam habuit Cleidem: Ergo κλεῒς ἀγαπητὰ de ea accipi debet, et locus non potest esse alterius, quam ipsius Sapphus: Bella conclusiuncula. Ego in istis jure meo utor, et Orbiliolos obstrepentes non moror. *Pag.* 440. Vanni. *Jam pueri norunt, Anapaesticos versus cujuscunque generis amare pedes dissolutos: id est, ut singuli etc.* Ut peritia Metrici insignis ipsis pueris innotescat, cum Aristophanicis hic adductis conferant Versus Aristophanis sequentes; V. 519. Pluti. V. 273. 964. 968. 974. Nubium. V. 1065. Ranar. V. 505. 513. 771. 1518. 1520. Equitum. V. 628. Acharnens. V. 550. 571. 577. 609. 678. 704. 710. 1042. Vespar. V. 736. 742. Pacis. V. 552. 567. 688. Avium. V. 643. 660. 677. 678. Concionatric. V. 802. Thesmophoriaz. V. 510. 519. Lysistrat. Perquam facetus est Magistellulus, et illud inprimis suave, quod ejus confidentia ubique ejus imperitiam aequet. *Pag.* 448. Vanni. *At legendum procul dubio*, 'Ολέσαι κάποτεμεῖν ὀξέϊ χαλκῷ κεφαλάν. Sed inepte junguntur ὀλέσαι κἀποτεμεῖν κεφαλὰν, et quod de particula γε scribit Orbiliolus, puerorum meretur cachinnos: in Tragoe-

dia enim et Comoedia nihil frequentius. ὀξεῖ χαλκῷ κεφαλὰν a sequentibus pependit. *Pag.* 449. Vanni. *At malum: qui libri! unicus Turnebianus scilicet.* Unde novit Magistellulus, Turnebum non habuisse, nisi Librum unicum? *Pag.* 450. Vanni. Παρὰ δ' ἦυτε πυθόμαν δὲ κατέδυν ἔρωτα φεύγων. *hic rursus se plane rudem rei metricae monstrat. Hephaestion hoc metrum dicit esse factum etc.* Suaviculus hic me docet, quid sit ἀνάκλασις: ἄνω ποταμῶν χωροῦσι πηγαί. Dicam breviter: De omni ἀνακλάσει generaliter non locutus sum ibi, sed speciatim de ἀνακλάσει istius Versus: Vide Notas pag. 133. 134. 135. In illis male editum *quo admisso, pedem amittimus,* pro *quo admisso, pedem etiam amittimus*: Πυθόμανδρος, ut Πυθαγόρας, a πυθέσθαι, *percontari, sciscitari,* deduco, et sic primam ejus syllabam brevem esse statuo: πυθαγόρας, qui *fori,* πυθόμανδρος, qui *stabuli* curiosus est, et in res stabuli ac fori *sciscitando* inquirit diligenter. In πυθαγόρας tres breves concurrunt: in πυθόμανδρος duae: nulla igitur productio ea de causa in hac, ut in illa, voce. Addam verbo hic: Quod de ἀνακλάσει hujus Versus noto, perquam probabile est, si ad ipsum nomen attendas: γαλλιαμβικὸς scilicet dicitur a metro haud dubie Iambico et pedibus Iambicis: Jam autem non est aut esse potest talis, nisi ἀνάκλασις fiat in pede quarto: Nam ad digitos modo exige: Παρὰ δ' ἦυτε πυθόμαν δὲ κατέδυν ἔρωτα φεύγων Iambicum efficit, παρὰ δ' ἦυτε Πυθόμανδρον κατέδυν ἔρωτα φεύγων vero, ut vulgo accipitur, nihil minus, quam Iambicum: Hoc diligenter considera, Lector. *Pag.* 454. Vanni. Σοὶ μὲν εὔιππος, εὔπωλος, ἐγχέσπαλος *etc. — Sed en recidivam patitur.* An forte Simmias scripserat εὔιππος, εὔκωλος? κῶλα sunt membra. *At indocte — nescis haec ipsa verba jungi a Sophocle etc.* εὔιππος, εὔκωλος recte dicitur de regione et loco: de Marte ita loquatur nemo, inprimis ubi simile quid dicitur hisce Simmiae. εὔκωλος igitur adhuc placet, analogicum et bonum. *Pag.* 456. Vanni. *Mihi autem longe probabilissimum fit, legendum esse* ἃ μή μοι θίγῃς κυπασίσκῳ. Mireris, mireris, Lector, ingenii Orbiliani acumen, quod vitiosum editionis Florentinae κυπαρίσκῳ ad conjecturam adeo abstrusam deflexit: κυπασίσκῳ scilicet haud protritum est, et ἄνθη θίγειν κυπασίσκῳ minus adhuc protritum, itaque revera compara-

tum, ut serio dubitaturus sis, an unquam sic locutus sit quisquam: *θίγειν* quippe *ἱματίῳ* vix ac ne vix apte dicitur eo sensu: Sed Orbiliana auctoritas sufficit. Potuisset Criticorum princeps eodem sensu scribere, *ἅ μή μοι θίγῃς κυπαιρίσκῳ:* Sed sic eruditionem suam non ostentasset in rarissima voce *κυπασίσκῳ*. Inquies, cur τῷ *κυπαιρίσκῳ* non probavit ita acceptum, ut tu dixisti, ubi pag. 416. in "*Αλς ἐπάγη ῥιπῇσιν ἕως μένος ἠελίοιο* et praecedentia et sequentia advocare necesse habuit satis nove? Nescio, idque ὁ *πάνυ* tibi explicet ipse. *Pag.* 460. Vanni. *Nescis in μελιχρὸς, πενιχρὸς, et similibus illud χρὸς modo esse terminationem, et nihil significare.* μελάγχρος sine dubio dictum pro *μελάγχρως*, ut *χρος* non sit terminatio, sed pars dimidia vocis: Similiter *μελίχρος* dictum fuerit pro *μελίχρως:* nihil in eo, quod peccat. *χρὼς* autem et corpus et cutis, ut nemo nescit Graece doctus. Ibid. *recte animadvertit Arnaldus ἄξιον non dici pro ἀξίως.* Quare non, ubi adjectivis passim ita utuntur Graeci? Sed et legi poterat, idque ad marginem etiam mihi notaveram, *Μέλαγχρον αἰδῶς ἄξιον ἐς πόλιν.* Sequitur, *Quid enim? non novi* Melanchrum Tyrannum *Mitylenae, quem Pittacus interemit, adiutantibus fratribus etc.* Risum mihi incutit homullus: Ista satis obvia notari potuissent, si de Auctore fragminis constaret: De quo Orbilio non magis constat, quam mihi: Nam Ursinus, qui Versum *Χαῖρε Κυλλάνας ὁ μέδων· σὲ γάρ μοι*, ab Hephaestione Alcaeo, ut videtur, adscriptum, cum his jungit, ipso fatente Magistellulo errat: Sufficiebat igitur notare, *Μελάγχρῳ* nomen proprium esse viri. *Pag.* 462. Vanni. *rursus desipit, cum ait, "Εννη* nomen proprium est, quod apud Gruterum etiam invenitur in magno opere: alia omitto. *Nam dejerare ausim vocem etc.* *Enna* nomen Romanum, an non potuit esse nomen Graecum, ubi *Enna* Siciliae notissima est, et ab urbibus etc. saepe sumuntur nomina? Adhaec, *ἔννη* pro *ἔνη* appellativum est, quod pro nomine proprio adhiberi potuit: *ἔννος, ἔννη:* Vide Stephanum in Append. Thesaur. Quid autem dixerit Grammaticaster de illo loco Pausaniae Lib. 10. Cap. 26. *Κλυμένην μὲν οὖν Στησίχορος ἐν Ἰλίου Περσίδι κατηρίθμηκεν ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις· ὡσαύτως δὲ καὶ Ἀριστομάχην ἐποίησεν "Εννος θυγατέρα μὲν Πριάμου, Κριτολάου δὲ γυναῖκα εἶναι τοῦ Ἱκε-*

τάονος? Desipit, ut vides, ipse misellus suo more. *Pag.* 464. Vanni. χρειόγελως *est barbarum*, χρηστόγελως *dicendum esset.* Barbara vocat Magistellulus sibi ignota: Diserte Eustathius ad V. 169. Iliad. *B.* Σημείωσαι δὲ, ὅτι τοῦ ἀχρεῖος τὸ ἁπλοῦν εὕρηται παρὰ τῷ εἰπόντι τὸ, ἀνὴρ εἰς οὐδὲν χρεῖος, ἤτοι χρειώδης εἰς οὐδέν· εἰ οὖν χρεῖος ὁ χρειώδης, δῆλον ὡς ἀχρεῖος ὁ μὴ χρειώδης. et Thomas Magister in Eclogis, Χρεία, καὶ χρήσιμος, Ἀττικοί. ὁ χρεῖος δὲ ἤγουν ὁ χρήσιμος, καὶ τὸ χρεῖον, φιλοσόφων καὶ ποιητῶν. Σοφοκλῆς· χρεῖ' ἢ λέγειν. ἤγουν χρήσιμα. Subjungit homullus pag. seq. *Porro* ὅμιλος *confirmat exemplo Hesychiano* συνόμιλος. *quasi in solo Hesychio vox superesset* (Etymologi non memini brevitatis causa) *vel quidquam faceret ad ostendendum,* ὅμιλος *posse poni pro* ὁμιλητής. *quod nunquam docebit.* Hesychianum συνόμιλος id satis aperte docet: Si συνόμιλος sit συνομιλητής, ὅμιλος potest esse ὁμιλητής, quam σημασίαν sententia et versus postremus manifesto statuminant: Pueri vident, neque dubitare possunt. Editionem Florentinam non curo: ea, paucis exceptis, vitiosissima est, ideoque sine dubio ab Hadriano Turnebo plane fuit neglecta. *Pag.* 468. Vanni. *Certe furiosus inconsideratius loqui non potest:* τον *hic positione non erit* et sequentia *pag.* 469. 470. 471. *ambigua* pro *indifferens*, *Versiculi postrema* pro *membri postrema* usus sum, et idem revera dixi, quod Orbiliolus dicit: Hic certe non delirat, sed furit ipse Grammaticaster λογομάχος: Vide meas Notas, easque perpende modo leviter. Ut de Versu Catalectico constet, βωτον revera signandum, ut Trochaeus: in Acatalectis id non necesse, quia pes integer adest; ideoque δυςπαιπάλους recte signatur, ut Creticus. Positionis hic ratio habetur nulla propter ipsum ἀσυνάρτητον, quod κῶλα separat: Recteque monui, errasse Scholiastam pag. 59. ad Versum istum Δεῦρο δεῦτε Μοῖσαι χρύσεον λιποῖσαι scribentem, φαμὲν οὖν ὅτι, ἐὰν ἅμα συναρτήσωμεν τὰ δύο τροχαϊκὰ, εὑρίσκεται ἐν τῇ τρίτῃ χώρᾳ τῇ περιττῇ σπονδεῖος ἐν τροχαϊκῇ, ὅπερ ἐστιν ἄτοπον. Nam de vero Spondeo perperam cogitat, neque subtilior distinctio inter *syllabam ambiguam* et *indifferentem* in istis Graecis locum habet. Quin et *Versiculi postrema* ibi certe non peccat: Nam apud ipsum Hephaestionem praecedit τὰ ἐξ ἰθυφαλλικῶν δύο: omniaque ἀσυνάρτητα revera Versiculi sunt duo: Pueri sentiunt, et ineptio, dum ineptias

illas refello. Illud etiam perquam ridiculum est, quod de θεοὶ πολύ notat Misellus: Vide modo Enchiridii Articulum περὶ συνεκφωνήσεως, ubi notae similes, non omittendae. *Pag.* 473. *et seqq.* Vanni. *Nam Alcaeum ponit vivum vigentemque tempore Gelonis jam tyranni. jam illi etc.* Haec omnia falsissima et ineptissima sunt: In Notula mea, *hunc tangere potuit Alcaeus* Dinomenem, non Gelonem, respicit, et nihil revera vel ibi vel in sequentibus est, ex quo colligi potest, me Alcaeum posuisse vivum vigentemque *tempore Gelonis jam tyranni*: Lege et relege singula. Alcaeus senex potuit videre Dinomenem virum juvenem, diu ante ipsum Gelonem natum: Dinomenes ille ditior, diu etiam ante ipsum Gelonem natum res novas moliri potuit, ideoque perstringi ab Alcaeo: Istis positis, ut poni possunt, et a me posita sunt, id omne concidit statim, quod garrulus de violata ratione chronologica crepat, et verissima esse potest suspicio mea. Ditiorem produnt ea, Τὤρμενα λαμπρὰ κέατ' ἐν μυρσινήῳ, et Dinomeni, prout eum describimus, pulchre conveniunt: Nihil etiam naturalius, quam ditiores ipsis divitiis suis ad res novas moliendas impelli, filiosque, si id egerit pater, ad similia tentanda ejus exemplo exstimulari. Ex quibus apparet, rationi etiam perquam consentaneum esse, quod suspicabamur. Sed ubi urbs Τιρακίη vel Τυρακίη? eam a Cluverio et Holstenio sumsi, qui propter Plinii *Tiracienses* nomen urbis ita probabiliter fingunt, et in eo adjuvantur ab hoc ipso loco. At quo modo Τυρακῆος fiat a Τυρακία? De eo non laborandum sane: Τυρακία, Τυρακεία, Τυρακεῖος, Τυρακῆος: talia multa apud Stephanum Ethnicographum: inspice ex. gr. V. Παῤῥασία, Λυκώρεια, Ἰναχία, Κορώνεια, Αντιόχεια, Ἀκμόνια, Διομήδεια, Γλαυκία. Vides, ut in fumum abeunt omnes Grammaticastri miselli calumniae? Nam quod ex Herodoto adfert, ut probet, Dinomenem dici non potuisse *Tyraciensem*, nullam meretur hercule attentionem: cum quia in loco Herodoti nihil de Dinomene, qui secundum ipsum Herodotum revera Tyraciae potuit esse natus; tum quia Alcaeus de solo ejus natali scribere potuit, quae non scripsisset Herodotus: In istis sciunt omnes, qui literas nostras a limine modo salutarunt, quanta sit saepe Auctorum dissensio. De loco Athenaei verbum addam: Satis obscurus ibi

est Dinomenes: Ursinus, qui Versui ita scripto, Ἐκ δὲ ποτηρίων πώνης Δεινομένει παρίσδω, adjecit *Dinomenis et alibi meminit Alcaeus*, ad hunc locum Hephaestionis haud dubie respexit. Fors egregie errant, qui ibi Δεινομένει legunt: Verba recte intelligi possunt, ne litera mutata et punctulo modo τῷ πώνης subdito: Ἐκ δὲ ποτηρίων πώνῃς δινvομένη παρίσδον, id est, *Post pocula vero doloribus agitata adsidebam.* πώνῃς pro ποινῆς et ποιναῖς: quod *doloribus* verto: Hesychius, Πῶννα, γραφίον, λύπη: πῶννα pro πῶνα vel πώνα, nisi πωνά mavis: nam de accentu non disputo, qui variare potuit, et nullius est apud me momenti. Vertere etiam potes *poenis*, quin et *Furiis*: sed minus bene. δινvομένη pro δινομένη, ut κίννομαι, et alia id genus. Potest etiam legi, Ἐκ δὲ ποτηρίων πώνῃς δινvομένῃ παρίσδον, *doloribus agitatae adsedi*: idque verius fortasse, saltem sensu convenientius: Vide et judica. Sic ibi Dinomenes plane exulat. *Pag.* 491. Vanni. *Pavunculus*, γέρεια pro γέρατα Idiotismus est satis notus: *Sed illum satis notum idiotismum porro explicitum oportebat. ego talem idiotismum me etc.* γέρεα pro γέρατα Idiotismus est perquam notus: ι autem insertum ob Metrum, ut in χρεῖα pro χρέα apud Orpheum in Argonautic. V. 402. Male vero citat mea Orbiliolus: Nam ipse dederam, γέρεα *et* γέρεια *pro* γέρατα *Idiotismus est satis notus*: Ita ubique integerrimus ille Grammaticaster. *Pag.* 492. Vanni. γλουκοῦ *appellativum verius videtur.* An ita Boeoti et Aeoles ου pro υ in fine vocum? Dubitarem, nisi Magistellus egregius adesset cum Editione egregia. *Pag.* 496. Vanni. *Pavus pro auctoritate.* ὑψοῖ *idem quod* ὑψοῦ. Cur non? terminatio illa satis frequens in istis, et mere Aeolica fortasse: Nam pro ου illi amabant οι, ut ipsi pueri sciunt. *Pag.* 499. Vanni. σάλεσσι *corrigit. metrum, ut paucis id tangam primo loco, ait etc.* Versum ἀσυνάρτητον a Libris mihi oblatum non aspernor, neque σάλεσιν etiam pro σάλοισιν: ὁ σάλος et τὸ σάλος, ut ὁ σκότος et τὸ σκότος, ὁ τάριχος et τὸ τάριχος, ὁ σκύφος et τὸ σκύφος, et alia id genus. σάλος autem sine dubio locus in litore vel ad litus, ubi naves in anchoris stare possunt: id enim aperte docent ista Polybii, καθώρμισαν πρός τι πολισμάτιον τῶν ὑπ' αὐτοὺς ταττομένων, ἀλίμενον μὲν, σάλους δὲ ἔχον καὶ προβολὰς περικλειούσας ἐκ τῆς γῆς εὐφυεῖς, a Stephano adducta

in Thesauro: quem adeas rogo, ut videas, quam lepide improbulus distinguenda confundat; eique junge Casaubonum ad Strabon. Lib. 3. pag. 75. ἐν τῷ σάλῳ συνέζανον etiam ἥμενος ἐν σάλεσιν statuminat plane, eaque gemella sunt sibi: id nemo in dubium vocabit praeter unum Orbiliolum, qui in istis caecutire maluit cum Porto, quam veritati lippientes oculos aperire. ἐν σάλῃσι κείμενος, ἐν τάκησι πολλοῖς κείμενος, conjecturae sunt hominis ineptissimi ingeniolo dignissimae: id vident omnes, qui aliquid vident: in σάλεσιν Libri conspirant, quotquot prostant. Apollonii Dyscoli Excerpta, quae nuper in publicum prodierunt Diligentissimi Reitzii opera, quam depravata sunt, nemo nostrum ignorat: Magis autem nunc placet mihi σάλεσσιν et omnis illa suspicio mea, quia locus est Alcmanis Lyrici, ut ista Excerpta perhibent: in quibus etiam est σάκεσιν. *Pag.* 504. Vanni. *Mox Arnaldus recte improbat* ξεναγός. *quod non animadvertit Pavo secundam corripere. forte* ξυναγῆς, *ut* ἀαγής. Quid? cuditne Magistellulus vocem novam, et quae nullibi occurrit? Suspicor, de Dorico ξεναγὸς cogitasse Graeculum. *Ead. pag.* Οἴστρος] haec arcte cohaerent] *At optime Arnaldus ex Prisciano ostendit legendum,* Ἴστρος τοιαύτας παρθένους λοχεύεται. Ut nihil aliud dicam, quis *Amazones* commemorat ad Istri ripas? Bonum est, quod Libri Hephaestionis habent, eosque secutus sum et hic, et alibi, quoties nulla erat mutandi necessitas: Enchiridion scilicet Technici edebam, non Veterum Poëtarum reliquias, et omnia proinde, quae de illis notari poterant, congerere nec debui, nec volui: Hoc dictum sit semel propter mellitos verborum globulos, quibus et hic, et alibi passim meam in istis ignaviam taxat Suaviculus. *Pag.* 505. Vanni. ἐξώληθείη] *sic etiam in ipso textu gemino accentu fulget haec vox: an potius duae voces, quas etc.* ἐξώληθείη pro ἐξωληθείη error est operarum: Orbiliolum hic habemus iterum misere delirantem more suo. Addam verbo: ἐριόλη non indigemus ad statuminandum πατρόλης: id enim satis statuminat Sermonis Analogia: vidimus supra. Pro ἐριόλη, quod apud Helladium est, imperite ἐριώλη reponit Magistellulus: Nam sic distinctio est minor inter ἐριόλη eo significatu, et ἐριώλη pro *vento noxio:* Melius autem ἐριόλη convenit Dionysii et Euphorionis indoli, quam ἐριώλη, quia abs-

trusius est et antiquum magis: Quae ratio facit, ut in jactus nomine etiam *κατρόλης* magis revera probem, quam *κατρώλης*: Nomina ista *δημοτικὰ* sunt et vere antiqua haud dubie. In Versu Aristophanis in Vespis, *Οὐκοῦν ἐριώλην δῆτ' ἐχρῆν ταύτην καλεῖν*, meliori jure ego rescripserim *ἐριόλην*: Sic enim Comice Dionysium propter ipsam illam vocem perstringit Comicus. *ἐριόλη* per se bonum est, sed absolute pro *χλαῖνα κακόζηλον* videbatur Helladio: id diligenter observandum, ne cum Grammaticastro misello ineptias. In fine Animadversionis mirificae scribit homullus, *Arnaldus*: „locus intricatus et adhuc intricatior ejus, quam dat Cl. Pauw, expositio." *Ejus ingeniosam διόρθωσιν amplector.* Itane? Ego vehementer dubito, an istam *διόρθωσιν* nunc probat ipse Arnaldus. *εἶθ' Ἱππώνακτος τὸ μέτρον, οὗ μοι μέλει* sine dubio intelligendum, ut dixi: *porro Hipponactis metrum quod attinet, id ego non curo*, vel omissa distinctione post *μέτρον*, *porro Hipponactis metrum ego non curo. τὸ ἠξίωσε* paulo aliter accipiendum, quam vulgo accipi solet: Significat enim *ἐπισημασίας ἠξίωσε*, *fecit ut dignum sit observatu: fecit ut observare possimus digne: ἐπισημασίας ἄξιον ἐποίησε*: Sic locus est apertus. Si verbum *ἠξίωσε* displiceat eo sensu, scribendum est plane, *Ῥίνθωνος μὲν γὰρ καὶ ἐν ἰάμβῳ ἐπισημασίας ἠξίωσα τὸ τοιοῦτον*. Hoc verbo hic. *Pag.* 511. Vanni. *Ἐπειὴ ἑὰς νῆάς τε καὶ ἑλλήσποντον ἵκοντο. Dii boni, quale monstrum Spondiacum!* Delirat Miser: *Ἐπειὴ* hic in principio Hexametri, ut *Ζεφυρείη* Vers. 119. Odyss. *Η.* Vide Schol. Hephaestionis pag. 93. *ἑὰς* autem contracte hic, ut olim in Vers. 160 Batrachyom. *Φύλλοις μὲν μαλάχης ἑὰς κνήμας ἀμφεκάλυψαν*: Periti sciunt. Non dubito, quin olim in Libris comparuerit lectio, quam posui: *διττογραφίαι* in Homero innumerae. In Arnaldi conjectura *δὲ* peccat, quia *αὐτὰρ* praecedit: Nam *αὐτὰρ δὲ ἐκ παραλλήλου* poni non memini. *Pag. 513. primum enim H hic non est* (sunt verba Arnaldi ab Orbiliolo transcripta de Versu Corinnae, *Η διανέχοισ' εὕδεις, οὐ μὰν πάρος ἦσθα Κόριννα*, quem ita constitueram) *ἦ*, quae, *ut credidit: sed ἤ*, sane. *alias Corinna, Dorica utens Dialecto, scripsisset ἆ.* Sed in fragmentis, quae ita apud Auctores antiquos occurrunt, non solent Viri Eruditi, quorum exemplum sequor, Idiotismum anxie restituere:

cor plane, Ὡρανία χελιδόνων ὀροφή: *excelsum tectum, sub quo nidulari amant hirundines:* ὡρανία pro οὐρανία: *excelsa:* Similiter σφαῖρα οὐρανία dicitur, et ἵππον οὐράνια βρέμοντα est apud Euripidem in Troadib. V. 519. Cui simile Aristophanicum in Ranis V. 793. ἀνεβόα οὐράνιόν γ' ὅσον: quod antiquus Interpres ibi exponit, ἀντὶ τοῦ πολὺ καὶ μεγάλως ἐβόησεν. Neque dissimile illud Comici in Vespis V. 1483. Σκέλος οὐράνιόν γ' ἐκλακτίζων. et V. 1520. Ῥίπτε σκέλος οὐράνιον: Alia praetereo. χελιδόνων ὑπωροφίην μολπὴν ex Nonni Dionysiacis norunt Eruditi, et ista Ovidii in Fastis, *Tum blandi soles, ignotaque prodit hirundo, Et luteum celsa sub trabe fingit opus,* tenent ipsi pueri. ῥησίδιον est ex aliquo Poeta, quod sine interpretamento recensetur, ut alia id genus plura. *Pag.* 532. Vanni. διὸ καὶ σώματα, φόρον ἐτέλουν Ῥωμαίοις εἰς τοῦτο. οἱ τοιοῦτοι δὲ ἱερεῖς εἰσι Δήμητρος] *duo hic animadvertit pro sua doctrinula Philologus noster. In prius membrum notat,* Nescio an hoc ullibi scriptum: *At si id nescis, nescis rem notissimam, et etc.* Nihil stultius et futilius unquam vidi: An locus Lampridii probat, aut probare potest, quod scribit? An Patres Ecclesiae, si simile quid factum fuisset, id silentio praeteriissent, et non objecissent gentibus? Nugae, nugarum nugae. Pergit: *Secunda animadversio est non minus erudita, in secundum membrum:* Κυβέλης dixisset potius: nam illam colebant Galli. *Gallos esse Matris Magnae sacerdotes pueri norunt. at pueraster noster ignorat Cererem et Matrem Magnam esse eandem Deam. At id etc.* Et hoc etiam adeo stultum, ut nihil magis: Nam sic omnia facile misceri possunt in Gentilium Sacris: Mirum, quod locum illum Apuleji notissimum non adduxerit Magistellulus, *Me primigenii Phryges Pessinunticam nominant Deûm Matrem; hinc Autochthones Attici Cecropiam Minervam; illinc fluctuantes Cyprii Paphiam Venerem; Cretes sagittiferi Dictynnam Dianam; Siculi trilingues Stygiam Proserpinam; Eleusinii vetustam Deam Cererem; Junonem alii, alii etc.* Ut postea vidi, Josephus Scaliger in Animadversion. ad Chronicon Eusebii pag. 122. de hoc loco Scholiastae non aliter sensit, quam ego sentio: Postquam enim verba attulerat, illis adscribit breviter: *imo* Ἰδαίας μητρός. *nugae:* quibus Grammaticaster Philologus se delectet, non ego, aut

alius quisquam, qui judicii modo est paululum. *Pag.* 534. Vanni. τὸ α, ἀντὶ μακρᾶς] *homo corrigit sana. Nam Syntaxin esse nullam ait, cum etc.* Cum ferula adsit Paedagogus, qui collegam propter errorem puerilem castiget. *Pag.* 537. Vanni. παραβέβασται] legendum παραβέβηται. — *Sed nisi ipse pueri instar saperet, vidisset legendum* παραβεβίασται. — παραβεβίβασται *alii forte scribendum duxerint.* Stephanum vide in Thesauro, et Grammaticastrum ride: Suidas in V. Παραβιβάζεσθαι explicat παραβαίνεσθαι. Addit miser, *vellem autem sequentia mihi verba explicuisset: quae me non intelligere fateor.* Et hoc adeo ridiculum, ut nihil magis: Non intelligit, quae ipsi pueri in Glyconiis intelligunt. Dicam uno verbo: καὶ πεντήκοντ' peccat in syllaba postrema, quae brevis esse debet: nam prima est indifferens, et vel longa vel brevis esse potest: Vide Hephaestionem pag. 32. et Scholiastem pag. 35. *Pag.* 540. Vanni. Ὀρνίθων πτερίσματα] a πτερίζω, πτέρισμα. pro etc. *Vide Sycophantae artes, quibus —. verum a* πτέρυξ *est* πτερύσσω, *at* πτέρις, *longe aliud sonans, non progenerat verbum.* Quis sanus eo sensu πτερίζω a πτέρις deducat? a πτερὸν est πτερίζω, ut ab ὅπλον ὁπλίζω, a μῆλον μηλίζω, a ξύλον ξυλίζω, a δένδρον δενδρίζω, etc.: idque idem plane, quod πτερύσσω, neque adeo mutandum a quoquam, qui Linguae Analogiam intelligit: Sed quid de Linguae Analogia loquor homini, cui omnes Linguae Analogiam sectantes cluunt *Hottentotti?* Egregius Grammaticus, praesertim in tanta Librorum strage! Rideant, rideant omnes, qui nati sunt Musis paulo faventioribus. Quid de Salmasio sentiat Orbiliolus, qui, si hoc ejus judicium sequamur longe stolidissimum, Hottentottorum hercule princeps? *Pag.* 546. Vanni. Locus haud dubie est corruptus, quem diu etc.: *At nonne hoc dixerunt aperte Junius et Caussinus et alii ad Jul. Pollucis etc.* Ista notavi ad ἀγνοοῦντες respiciens, in quo ineptiae sunt aniles, quas tamen retinet Sycophanta anilis, omittens etiam reliqua verba Pindari Commentatorum a me emendata, quae suspiciones meas vel praecipue firmant: Nihil est in toto Libello, quod non indignum sit hominis ingenui calamo. *Pag.* 547. Vanni. ὀγδόῃ] requiritur εἰκοστῇ: *imo sic Mercerus.* Scripsi, εἰκοστῇ *pro* ὀγδόῃ *requiritur haud dubie, se-*

que probavi Merceri conjecturam: Id pro plagio mihi imputatum, quia Mercerum scilicet non nominavi, cujus notula stat suo loco: Quid ais? Nonne delirus et improbus est homo? Dico semel: Nam ita Misellus saepius. *Pag.* 548. Vanni. *Porro in Aldino cum sit διάφραντες, forte διαφράξαντες scriptum fuisse conjicio.* Euge, euge! διαφράξαντες est *septo interposito separantes*, *obstruentes*, ut ipsi pueri norunt: sic igitur aqua commode potuisset exire. Stultior Grammaticaster non vivit: Hoc unum commentum id satis etiam probat. *Pag.* 549. Vanni. *quod autem addit* ob numerum Syllabarum *posteriores Graecos usos fuisse* Medfis: *id plane vapido homine dignum.* Vide Salmasium de Ling. Hellenistic. pag. 390. 591. 592. et Vossium de Poëmat. cant. et virib. Rhythm. pag. 44. 45. 46. Ista Magistelluli superant captum. *Pag.* 551. Vanni. ὕφαιμον ὀφθαλμὸν] *Pavoni* non arridet. cujus iste subcruentus. *amoveatur itaque. scribendum suspicatur etc.: At quis, ne de cetera stribligine loquar. quis unquam ὑπαὶ in prosa offendit?* Id non mirum in Auctoribus. qualis est Philippus. ὕφαιμον subsistere non potest: *oculum* enim *impudentem* notat: vide Philippum Lib. 2. Cap. 101. ὑπ' αὐτῇ ὀφθαλμὸν longius abiisset: alias id praetulissem. *Pag.* 553. Vanni. Hic non delirat, sed insanit, ut saepe, Grammaticaster: Non monerem, nisi amicum illum Custeri, qui apud Aristophanem in Avibus pro λαῖμα scripserat δ' αἷμα, me αὐτόπατον esse fingeret: Id enim adeo falsum, ut nihil falsius: et patet ex Notula, quam carpit fatuus: In ea enim Custeri amicum refuto. Idem subinnuerat pag. 425. *Pag.* 556. Vanni. *Dupondius Literator hic, non intelligens, quid sit ῥίπτειν τὴν ἄκανθαν. nempe non etc.* Mercerus ῥίπτει τὴν ἄκανθαν vertit *spinam abjicit*: quod ad ipsum Horapollinem temperare volui: Male: Nam sine dubio ineptissimum est, et temperari potest nullo modo. Sententiam igitur mutans ad Philen, τύπτει vel ἵπτει τῇ ἀκάνθᾳ scribendum monui: quod homo miserrimus nunc arrodit miserrime. ῥίπτειν τὴν ἄκανθαν scilicet intelligere potes, si intelligas. quid sit ῥίπτειν ἄγκυραν, ῥίπτειν βέλος: Nam, Grammaticastro credas, ita plane ῥίπτεται ἄκανθα, ut ῥίπτεσθαι solet ἄγκυρα, solet βέλος: Quid censes? Nonne sapit cum Sapientum octavo? Nihil ineptius unquam

vidi. Sed in ἴπτει irruit Criticus Andabata: Id bonum non potest esse, quia *ἴπτομαι dicitur, idque ipsum verbum Poëticum est*, neque ἴπτω *apud auctorem classicum* ostendam: De Auctore Classico non laboro, ubi res mihi cum Philippo: Adferam tibi Grammaticorum testimonia, quae sufficiant: Verbum activum vide apud Hesychium in V. *Ἶψαι. Ἶψας. Ἴψας.* Etymologici M. Auctorem in V. *Αἶψα. Δίψα. Ἰαπετός. Ἶψ.* Eustathium ad V. 3. Iliad. *Α.* et V. 393. Odyss. *Φ.* Phavorinum in V. *Ἦψεν.* In quibus haud dubie, quae ex Auctoribus desumta sunt: Et legi, credo: sed quis talia annotet, si tironibus erudiendis non det operam? Aliter literas tractant ingenui, aliter Orbilioli. *Pag.* 567. Vanni. *Fragm. XXIX.* Turnebus versus separavit, eumque secuti sumus in Editione Nostra. *Turnebum forte hoc fecisse credas in Adversariis. ita in Turnebiana etc.* Hic misere iterum delirat Magistellulus: Turnebus in sua Hephaestionis Editione duobus versiculis interposuit καὶ οὗτος ὅμοιος, ac si non cohaesissent, sed ex locis diversis petiti essent: eumque secuti sumus in Editione nostra. Quid hoc commune habet cum Morionis deliramento? Alii versus istos arcte jungunt, et ita, ut exhibent, cohaesisse putant. *Pag.* 569. Vanni. *Sed quid te moror, Lector? Omnia furatus, quaecunque bona, sunt tamen admodum pauca, quae in Anacreonte Pavonino leguntur. certe ex CIX Fragmentis, quae adponit, non unum debetur industriae Pavoninae. Omnia jam apud alios Editores, et praecipue apud Barnesium leguntur. omnia ex iisdem fontibus petita sunt. nec ullo modo vereor adfirmare, in omnibus locis, ex quibus fragmenta adduxit, et ex quibus illustrat, ne unum quidem esse, quem non sublegerit Barnesio aut Maittairio aut alii Interpreti hujus Poëtae, ut manifestius et inpudentius furtum literarium a renatis literis vix commissum arbitrer.* Nihil vidi Orbilianum magis, et cachinnos mihi incutit Suaviculus. Tu, Lector, junge cum his verba mea in Praefatione Anacreontica: *Et haec de Odariis Anacreonticis et eorum mensura. Illis ego subjeci omnia Anacreontis fragmenta, quae Stephanus, et post Stephanum alii Viri Eruditi conquisiverunt sedulo: Idque eo lubentius, quia plura haud dubie sunt in illis, quae ipsum Anacreontem aucto-*

rem habent, et a lepidissimo illo Corculo profecta sunt. Ea autem posui, ut etc. quae forte non observasses, ideoque non illibens tibi describo et indico. *Pag.* 571. Vanni. *Inspiciat Ionismi principem Herodotum statim Lib.* 1. *Cap.* 5. *τὰ δ' ἐπ' ἐμεῦ.* Non ignorant pueri: *ἐμέο, ἐμεῦ, σέο, σεῦ,* sunt apud Herodotum: sed quis credat, ita variasse Auctorem, et quidem in una eademque aliquando Periodo? Nugae, nugae. Ego non dubito, quin Amanuenses erraverint, et pro *σέο* et *μέο* saepe scripserint *σεῦ* et *μεῦ*, quae Dorica sunt, non Ionica: Adstipulantur Grammatici antiqui, qui *σέο, μέο* Ionibus, *σεῦ, μεῦ* Doribus adscribunt: Phavorinus in V. *'Εγὼν,* Etymologici M. Auctor in *'Εμεῖο,* alii. In Excerptis Apollonii Dyscoli, fateor, est: *'Εμεῦ κοινὴ 'Ιώνων καὶ Δωριέων. ἐμεῦ δ' ἕλετο μέγαν ὅρκον. ''Ακουε νῦν καὶ ἐμεῦ ῥώγκα. Σώφρων. καὶ Φερεκύδης ἐν τῇ Θεολογίᾳ, καὶ ἔτι Δημόκριτος ἐν τῷ περὶ 'Αστρονομίας.* Sed Excerpta ista adeo depravata sunt et mutila, ut eorum exigua sane sit apud me auctoritas. Quid autem Sophron? Illene Scriptor Ionicus? Adhaec, cur Pherecydis, cur Democriti meminit, neglecto Herodoto, illo Ionismi principe, ut ipse Orbiliolus scribit, si *σεῦ, μεῦ* toties olim occurrebant in ejus Scriptis? Haec male cohaerent sane: et pejus adhuc cohaerebunt, si illis adtexueris, *καὶ ἐν τοῖς ὑπολειπομένοις συντάγμασι συνεχέστερον χρῶνται τῇ ἐμεῦ, καὶ ἔτι τῇ ἐμέο. διὸ καὶ ὁλοκληροτέραν ἄν τις αὐτὴν ὑπολάβοι τῆς ἐμεῖο, καὶ σεῖο, καθὸ οἱ πεζολόγοι διὰ τοῦ ι οὐκ ἐχρήσαντο· τῇ δὲ διὰ τοῦ ε. καίτοι τῶν περὶ Τρύφωνα οὐκ ἀπιθάνοις λόγοις προσκεχρημένων ὑπὲρ τοῦ τὴν ἐμεῖο ἐντελεστέραν εἶναι,* quae Salmasius habet ad Solinum pag. 591. Nam Pherecydem et Democritum in *ἐμεῦ* et *ἐμέο* male etiam vacillantes proponunt nobis. Ut dicam, quod sentio: ista etiam ex Librorum corruptela enata puto, quae semper magna in Idiotismis exprimendis; et apud Pherecydem et Democritum, ut apud Herodotum, ab Amanuensibus pro *σέο, μέο* scriptum fuisse credo aliquoties *σεῦ, μεῦ*: id quod Grammaticum decepit, qui Excerpta ista ita adornavit. *ἐμεῦ δ' ἕλετο μέγαν ὅρκον,* sunt verba Homeri, qui *ἐμεῦ* utitur saepius, quia non modo ita Dores, sed etiam Aeoles. Iones, si ab *ἐμέο, σέο* recessissent, *ἐμοῦ, σοῦ* haud dubie usurpassent, quia ita Attici, quorum sermonem illi imitabantur potissimum, ut Aeoles sermonem imita-

bantur Dorum: Res est nota Eruditis. Orbiliolus in Dialectis, de quibus loquitur, ac si eas ad unguem teneret, puer est. *Pag.* 572. Vanni. *nescivitne Eubuli hos versus apud Pollucem Lib. X.* 26. 120. — *λύε τάλαβαστία etc.* In Oda XV. Anacreont. inter alia id suspectum videbatur mihi, quod unius ὑπήνης meminerit Auctor in unctione: Id ut aptum et conveniens probet Misellus, fragmentum Eubuli adducit ex Polluce: quo scilicet commode illustrari potest locus integer: Notum quippe bardo, nihil de κροτάφῳ et capite ab Eubulo dictum fuisse in sequentibus: Rideant, rideant ipsi pueri. Sed Psalmo CXXXII. 2. legerat etiam Grammaticaster, *ὡς ΜΥΡΟΝ ἐπὶ κεφαλῆς τὸ καταβαῖνον ἐπὶ ΠΩΓΩΝΑ, τὸν πώγωνα τὸν Ἀαρὼν, τὸ καταβαῖνον ἐπὶ τὴν ᾤαν τοῦ ἐνδύματος αὐτοῦ:* quod nempe mire facit ad stabiliendam ejus sententiam: Me miseret homulli: Nam *κεφαλὴ,* quod ego in Anacreonticis requiro, ibi adest palam, et si *ΕΠΙ ΚΕΦΑΛΗΣ* literis majusculis edidisset, non potuisset quicquam adducere, quo Crisin meam justissimam ipse stabiliret magis. Addit tamen: *Quid? si idem Monachus in Ergastulo suo etiam Psalmum hunc totum adornarit? Harduini assec lis hoc probabile valde fiet.* Poteratne stultius? Sed aliud sequitur: *certe Odarium saltem multum de pretio suo amiserit, quod hujus antiquissimi et Judaici moris meminerit: uti p.* 115. *Oda XXVIII.* multum de pretio suo amittit, *quia locutio Euangelica ἀπέχει in ea occurrit.* Et hoc non stultum modo, sed etiam improbum iterum ostentat: Ut scilicet apud eos, qui cum aniculis sapiunt, in suspicionem violatae religionis me adduceret, egregium illud de *locutione Euangelica* commentus est Orbiliolus. Sciunt Eruditi, quid de stylo Novi Foederis Beza, Salmasius, Gatakerus, et ut alios recentiores non commemorem, scripserunt ipsi Ecclesiae Patres; et sic non poterunt digne satis ridere Grammaticastri deliri malitiam pessimam: inprimis ubi in Indice conspiciunt illa, *Locutiones S. Scripturae improbat.* 572. 573. Id facere scilicet est αἵρεσις plane intolerabilis Viro adeo pio et Christiano, ut est piissimus et Christianissimus ille Orbilius. Pergit improbus Morio: *Eadem ratione forte etiam Oda XXXII. displicere possit, ubi* numerus arenae maris *ponitur pro* numero non definiendo. *Ei* ἠμαθόεις. εὑρεῖν Τὸ

τῆς ὅλης θαλάσσης. *nam et illa locutio in sacris literis obvia. Josuae XI. 4. Καὶ etc.* In quibus se porro deridendum praebet omnibus: κακόζηλον et ineptum est εὑρεῖν τὸ τῆς ὅλης θαλάσσης ἠμαθῶδες: idne occurrit in istis Sacrae Scripturae locis? Legere discat Miser: ἄμμος τῆς θαλάσσης τῷ πλήθει in illis occurrit simpliciter, idque bonum nec a quoquam improbandum; non ἄμμον τῆς ὅλης θαλάσσης εὑρεῖν, quod pravum et improbandum ab omnibus, qui sapiunt, quia ad eam numerandam nullus ne minimus datur accessus: Diximus aperte et perspicue: Id tamen distorquet etiam improbulus: Nam inde statim mutilatum istud, *ubi numerus arenae maris ponitur pro numero non definiendo*, omisso et suppresso εὑρεῖν: Technas homulli perspiciunt omnes, et haec sola produnt ingeniolum et mores ejus pessimos. Rideo autem, cum Virgilium, et cum Virgilio Nicolaum Heinsium citet, ut locutionem ἄμμον τῆς ὅλης θαλάσσης εὑρεῖν evincat esse aptam et bonam: Nam ut dem, adducta Virgilii et Heinsii esse gemella: iisne locutio inepta evadere potest apta? Sic sentiunt Grammaticastri, qui omnia non modo probant, quae apud Antiquos extant, sed etiam aperta eorum vitia sequuntur libenter, et eos, qui tam patiente animo imitantur Antiquos, suspiciunt et laudibus in coelum evehunt: Aliter Viri Cordati, qui rectae rationi plus tribuunt, quam toti antiquitati, et Antiquos homines fuisse existimantes, quales nos sumus, in illis modo eos imitantur, quae apta sunt rectaeque rationi conveniunt; relinquunt vero sibi in illis, quae sunt inepta et rectae rationi adversantur: Hi literis humanioribus honorem, illi literis humanioribus faciunt contumeliam, et in causa sunt, ut a lepidioribus, qui ingenio et judicio valent, saepe cum ipsis cultoribus suis rideantur: Non ignota narro, sed quae omnes sciunt, qui in vita non sunt hospites. Locutus igitur ita sit Virgilius, locutus ita sit eum imitans Heinsius: Eo non dimovear ego ab improbanda locutione per se inepta: Nam recta ratio plus valet apud me, quam centum Virgilii, centum Heinsii, et tota Grammaticorum phalanx. Non tempore mihi, Lector Cordate, quominus hac occasione tibi describam verba elegantissimi Broukhusii ad Sannazarii Eclogam 5. Vers. 70. Plane enim hic ad rem nostram pertinent: Ita ille ibi, *Quatuor insulas hic*

commemorat poëta, (quarum singulae singulis Diis gratae ac sacrae) Cyprum Veneris, Cretam Jovis, Samum Junonis, Lemnum Vulcani. Deinde ut Aenariam cuivis earum exaequet, dicit illam habitari ab Hyale, nec, quamdiu istic futura sit Hyale, cessuram vel Samo, vel Lemno. vitium est in anacephaleosi: nam cum quatuor nominaverit initio, duas in fine omittit: quod factum non oportuit: et tamen eundem errat errorem in sequentibus versibus. opinor a prava Virgilii imitatione, (ignoscite, eruditi, voci liberae) qui Ecloga septima bis itidem quatuor arbores nominat, quarum non nisi duas repetit in fine: Populus Alcidae gratissima, etc. *nam quod interpretes duas reliquas subintelligi volunt, id sane nimis quam acutum est.* Virgilium errasse; Sannazarium Virgilium errantem male imitatum fuisse, Vir Eruditus haud dubie verissime scribit: Sed quam subtimide id facit, interjiciens ista, *ignoscite, eruditi, voci liberae?* Grammaticastros nempe noverat, qui *vocem liberam* audire nolunt: et miles, qui in bello non metuerat hostium gladios, metuebat in literis imbellium stylos: Res non ferenda ingenuo: Ego sane eos metuere desii ab eo tempore, quo judicium nactus fui maturius, et rectam rationem secutus ducem, et literas et alia humana quaevis pretio suo aestimare coepi: neque eorum vanam et sine viribus iram unquam vel minimi faciam: Literas colo, non pullatam literatorum turbam, et voce libera saepe utor, ineptias ineptias vocans, etiam quando proficiscuntur a Viris Eruditissimis, si illi eodem modo de aliorum commentis locuti fuerint: Lex talionis semper justissima visa fuit: Et ea in me utantur etiam alii: non aegre feram: De syllabis enim et syllabarum partibus plerumque agitur, rebusque levioribus, in quibus errare peccatum est leve: quod proinde, etiamsi acrius paululum, reprehenditur sine noxa. Et sic apparet, quid sentiendum sit de *Indice atro,* quem in Vanno contexuit homo quavis Sithonia nive candidior: Liberius loquor, sed si singula ad loca sua referas, exceptis pauculis, videbis, non errantes, sed ipsos errores a me taxari. Alia longe atrociora sunt in aliorum Commentariis: id nemo adeo hospes est in literis, qui nesciat. Visne aliud, quod ego in Calabro reprehendi, et Magistellulus noster tuetur? Versu 456.

Lib. 10. legimus de Alcimedonte, *Ειρκεν ἄνω· τὸν δ' αἶψα διηερίη φέρεν οἶμος*: ubi noto, *Ac si volasset, non per scalam ascendisset: Inepta hominis Scholastici ἔννοια.* Recte: Nam quis apte loquens *οἶμον ἀερίην* dixerit *scalam?* Rhodomannus in versione, *eumque sine mora iter aerium effert:* quod locutionis ineptias omnium oculis exponit statim: *οἶμος διηερίη* est via per aërem, non via per scalam, et ut haec hominibus, ita illa volucribus convenit: Nihil certius, si attendas. Quid tamen miser? *οἶμον διηερίην* per *scalam* istis Papinii Statii it stabilitum, *Ardua mox torvo metitur culmina visu, Innumerosque gradus, gemina latus arbore clusus,* Aerium *sibi portat* iter: Poëtamque haud dubie propter illam quoque locutionem vocat Poëtam magni spiritus. Ridete, ridete omnes, qui Bonam Mentem colere instituistis unquam: Si quis hodie eum, qui *portat magnam scalam,* diceret *portare aerium iter,* nonne ad ineptientes summo jure amandaretur statim? At hoc elegantissimum et laude dignum in Auctore antiquo. Arundines paulo altius excrescentes *διηερίην ἀταρπὸν κατεῖν* dicuntur Oppiano: id apprime etiam elegans, et in rem Calabri: Geminetur, geminetur risus, et ciconia pingatur Grammaticastro ita desipienti. Istae locutiones plane sunt ineptae, et qui Magistelli munere fungitur, peccat, si juvenes ejus curae commissos non doceat ab illis, tanquam a totidem scopulis, sibi cavere sedulo: Verba grandia in Poëtis amo, sed quae non inepte tument; et naturam imitantur, non temerant, aut male superant: Ea enim sunt lallantium, non loquentium. Unde est, quod etiam probaturus sim nunquam illud Calabri Lib. 14. V. 457. *Οἷον ὅτε στεροπῇσιν ἐπιβρέμει ἄσπετος αἰθὴρ,* etiamsi centena adducerentur exempla similia; quae omnia habebo eodem loco ac numero; quia natura non fert, ut sonus adscribatur fulguri, et ineptiunt proinde, qui talia contra naturam effutiunt lingua stolida. Grammaticaster misellus ea de re pag. 595. suo more: *πρηστῆρι δυσηχέι* ex Oppiano nihil ad rem: Nam *πρηστὴρ* est turbo igneus, non fulmen, de quo loquitur Quintus: Vide Aristotel. de Mundo, Senecam Quaest. Natur. Lib. 5. Cap. 13. Plinium Lib. 2. Cap. 48. et 49. Hist. Natur. Scholiastes Oppiani recte, *πρηστῆρι, ἀνέμῳ*: cui apponitur congrue *δυσηχέι.* In Luciani Timone *ἐρισμάραγος*

ἀστραπὴ vertendum *coruscum fulgur*: σμαραγεῖν est λάμπειν: Vide Etymologici M. Auctorem in V. Σμαραγεῖ, et Eustathium ad Iliad. *B.* Pessime vertitur vulgo *magnicrepum fulgur*, ubi βαρύβρομος βροντὴ sequitur: Id enim sonum a fulgure arcet ipsa praesentia sua: Vident omnes, qui vel modice attendunt: Fulgur, tonitru et fulmen ibi distinguuntur rite. Virgilii *vibratus ab aethere fulgur Cum sonitu venit*, ne puer mihi objiciat, qui Servium modo inspexerit: et tamen id mihi objicit Magistellulus, qui ita eruditione sibi videtur florens, ut post obitum Excellentissimi Burmanni Cathedram Lugduno-Batavam jam occupaverit animo: Ridete, ridete, quotquot in literis estis: pueri, juvenes, viri, senes. Et hoc verbo etiam de istis. In altero Calabri loco διηερίη φέρε κλίμαξ aptum fuisset: Nam scala excelsa, et quae gradientes altius fert sursum, recte ἠερίη et διηερίη dicitur κλίμαξ: Quare probo etiam illud ex Anthologia, ἠερίην κλίμακα μησάμενος: ut et ἠερίη Γεράνεια pro *Geranea excelsa* in alio Epigrammate apud Holstenium: Similiter οὐρανίη ὀροφὴ explicuimus antea in Hesychio. At οἶμος διηερίη longe aliud, et inepte tumens, ideoque ineptientibus relinquendum: Quod Paedagogulus non vidit, judicii penuria longe diversissima pessime miscens. *Pag.* 575. Vanni. *Si unquam stolida crisis instituta fuit, sane haec est.* Delirat miser: Quod de Niobe dixi, adeo certum et perspicuum est, ut de eo dubitare possit nemo, cui cor recte salit: Niobe formam non mutavit, sed in saxum diriguit: Quid illa ad amantem, qui in quaslibet formas mutari cupit, ut quibuslibet modis potiatur amata? Nihil hercule, nihil: Hoc pueri sentiunt. Aptior mutatio in Pandionis filia: sed quid in ea etiam, quod ad amantis vota pertineat? Ipsane tristitia, et summum, quod mutationi ansam praebuit, infortunium? Nugae, nugarum nugae. In Niobes exemplo causa, ob quam mutata est mulier, ineptias quoque inducit: Delinquens in saxum diriguit Niobe poenae loco: Id commode alleget amans, qui amoris causa mutationes sibi exoptat quaslibet animo laeto? Stulti sunt, qui ita sentiunt. Protei et Periclymeni exempla haud dubie sumeret Poëta bonus: Illi enim facere poterant, quod facere in votis habebat amans: Utinam liceret mihi, quod Proteo, quod Periclymeno licuit; mox, o suavi-

cula, ἔσοπτρον εἴην, ὅπως ἀεὶ βλέπῃς με· ἐγὼ etc.: Haec casta et bona; neque ambigat quisquam. Quod de exemplis a mulierculis perperam ductis scribo, rectum quoque et rationi consentaneum, quoties exempla suppetunt, quae a viris aeque commode et aeque signate duci possunt: Ea si deficiant, alia muliercularum veniunt in subsidium: Thyas recte sumitur in viris, quia in Bacchi comitatu non erant mares ita furentes, et ipse furor Thyadum furores alios facile superabat: Exemplum igitur simile a maribus peti non poterat. Exempla ab animalibus sumta huc non pertinent. In his judicio opus est exacto, quo cum destituatur plane Orbiliolus, frustra de illis cum eo contendam. *Pag.* 580. Vanni. — τῆς δ' οὔτι πέλει σχεδὸν οὔτε γενέθλη. Οὐ γὰρ ἐὸν πτολίεθρον. *G. Canterus L. I. Var. Lect.* 7. *p.* 42. *legit certa conjectura*, τῆς δ' οὔτε πόλις σχεδὸν οὔτε γενέθλη. Certa conjectura? At nihil mutandum: οὔτι est οὐ τὶ, *nihil:* τῆς δ' οὐ τὶ πέλει σχεδὸν, οὔτε γενέθλη: *hujus autem non est quidquam, neque familia prope:* τὶ res, γενέθλη personas respicit: neque *bona* hic habet, neque *propinquos:* Sic apte sequitur, Οὐ γὰρ ἐὸν πτολίεθρον· ὑπὲρ ξείνοιο δ' ἄνακτος etc. neque πόλις ante πτολίεθρον offendit. Porro Lectorem inspicere jubet Orbiliolus Canteri Libros Variarum Lectionum. ut sciat, quam supine negligens fuerim, quod ejus conjecturas non retulerim suis locis: Idem ego rogo, sed ut scias, Lector, qua impudentia sit Magistellulus. qui ista scripsit. *Pag.* 582. Vanni. *Hesychius,* ἀθλεύεται. *inde apparet — desipit, si non vidit legendum ibi esse* ἀθέλβεται, *vel* ἀθέλδεται, *vel* ἀθέλγεται. διηθεῖται, percolatur. *ut recte ultimam vocem exhibet Favorinus.* Bellus Criticus, qui in Hesychio voces primas tam facile mutat! Eruditi sciunt. Rectum est, quod editur, et διήθηται scriptum pro ἐδιήθηται: Non dubito enim, quin ἀθλεύεται sit desumtum ex Auctore antiquo, qui id pro διηθεῖται et ἐδιήθηται adhibuerat, secretius et audacius: ἀθλεύεσθαι, *exercitari:* inde significatio illa remotior: Talia in Hesychio millena, quae Grammaticastri non capiunt. Si aliud lateret, scriberem, Ἀθλεύεται, διηττᾶται, vel διήττηται pro ἐδιήττηται: ἠττᾶσθαι notum est: inde διηττᾶται: quod voci explicandae apprime convenit: Sed prius ego sequor. *Pag.* 583. Vanni. Μήτοι] *Rhod.* μήτει. *Pav.* μήτι *pro* μήτιϊ. — *Sed*

ait μήτει *esse* generis neutrius. *at ego a* μῆτις μήτιος, μήτεως, μήτει *venire posse statuo, ut a* πόλις, πόλιος, πόλεως, πόλει. Similiter μήτεα Hesychii a μῆτις deducat: In istis perquam facetus est Magistellulus. Unde etiam novit, μῆτις facere μήτεως? *Pag.* 600. Vanni. εἴθε τοίνυν, ἐμὸν γάνος, σὺ μὲν ταύτην ἐκ τῆς φύσεως ἔχοις τὴν νίκην. — *est locus corruptus, et legendus sic.* εἴθε τοίνυν, ἐμὸν γάνος, σὺ μὲν ταύτην ἐκ τῆς κρίσεως ἔχοις τὴν νίκην. *perlege Epistolam et non dubitabis.* Inepta Crisis: νίκην illam ἐκ τῆς φύσεως habebat amata, ipsamque φύσιν judicium amantis habebat pro fundamento suo: Nihil apertius ex tota Epistola: Si amans dixisset, quod Magistellus eum dixisse fingit, tantum sibi ineptulus in formae negotio tribuisset, quantum ineptissimus ille sibi tribuit in literis: ἔχοις votum continet, et νίκην ἐκ φύσεως perpetuam vovet amatae: id Misellus non vidit: Scis, quid morbi et alia faciunt saepe. *Ead. pag. Lib.* 1. *habet Sambuc.* μελάντατοι. *ubi jam obtinet* μελάντατοι κόραι. *Atqui* te oportebat scire, O Archipaedagoge, Pave, Atticum hoc vel maxime esse, *ut te verbis compellem, quibus etc.* Venustum nempe fuisset, τὸ δὲ μέλαν αὐτῶν, αἱ κόραι μελάντατοι· καὶ τὸ κύκλῳ λευκὸν, αἴγλην λευκότατάι: Ita legat Grammaticaster, μελάντατοι in textu Quarta editio, quam expressi. *Pag.* 602. Vanni. *Facile fero non adnotatum in Sambucinana esse* Εὐτυχήδην. *nam — at minime aequo animo feret Lector, mox ab ipso editum contra etc.* In adumbrando operae fuerunt paulo negligentiores, et in corrigendo ego etiam fui paulo negligentior: Inde triumphum sibi ducat Magistellus lepidulus: οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ: et homulli stultitiam ridebunt Viri Cordati. *Pag.* 607. Vanni. *Ait,* pro παραξοροῦσιν in aliis Apographis Apostolii scriptum erat ἀναξυροῦσιν] *At homo mentitur. Pantinus perspicuis verbis ait, pro quo etc.* Nihil stultius stulto Grammaticastro: An libri excusi non dantur ex libris manu scriptis? Aliud ibi: *Antea paulo inpudente bucca adseverat in Aristophanis Tagenistis scriptum fuisse,* πάντα *etc.*: conjectans scilicet: Praemitto ipse, *Dicam, quod suspicor* etc.: Et hoc verbo uno etiam in specimen: Ita ubique Miser. *Ead. pag. Si magis quid velis mutare, lege* τῇ πρῶτον αὐτίκα φανείσῃ: *quod dicit margo libri mei, habens* τὴν πρῶτον. Ita nempe πρῶτον αὐτίκα

jungitur apud Graecos: Ineptit Paedagogus, et de conjectura mea nemo dubitabit, qui ad sententiam et indolem loci vel leviter attendat. Quod de Schemate Alcmanico addit, risum mihi incutit blandum: Ita puer, se metiens pede suo. *Pag.* 608. Vanni. *imo non sic leginus, sed cum viro docto πλοκίων.* Id nemo probabit, ubi et ὅρμος et ἐπιδέῤῥαιον adsunt. *Pag.* 609. Vanni. *Visne aliquid re vera Asininum, re vera Pavoninum alius generis etc.* Haec cachinnos mihi incutiunt solutos: Mercerus edidit in Contextu et in Notis ἐπ' ἀρότρῳ: id ego non correxi: Scis, quare? Qui Linguam aliquam sibi reddiderunt perquam familiarem, ea, quae male scripta sunt, legere solent, ut scribi debuissent, et vident animo, quod oculis non vident: Idem mihi, idem Mercero accidit. Pedanteriam stultissimi Magistelluli ridebunt, scio, omnes. Qui eam in rem tot verba insumit, Asinus est; et qui talia operosius emendat, parum etiam ab Asino distat: Eruditis tales errores non sunt errores, puerisque illi obesse possunt solis. *Pag.* 613. Vanni. *Barbare corrigit προσερεῖσον μοι.* Ita homo barbarus: ἐρείδειν et προσερείδειν sumuntur etiam passive: Res est nota ex uno Stephani Thesauro. *Ead. pag.* ἐγὼ τάλαν] *a manu docta — At Pavo, ego te misera? rogem scilicet te mederi malo meo. Vidistine aliquid putidius?* Nihil sane putidius vidi hac homulli Notula: Vitio Typographico *misera* male editum est pro *miser*: Id vident omnes, qui distinctionem a me mutatam vident: Id delirus Grammaticaster videre non potuit. *Pag.* 615. Vanni. πυκνὰ παλλομένης — *Quid autem ipse? Ex Scapula locum, quem etc.* Misellus facit, quod solet: Locus Platonis suspicionem meam stabilit certo: τέγγεσθαι est humectari, perfundi: inde pro liquescere, emolliri, macerari, cedere, succumbere sumitur. Philosophi μὴ τέγγεσθαι ὑπὸ κακοδοξίας non male vertitur apud Stephanum in Thesauro, *non emolliri infamia.* Aeschylus in Prometheo Vincto pag. 60. *Λέγων ἔοικα πολλὰ καὶ μάτην ἐρεῖν. Τέγγῃ γὰρ οὐδὲν οὐδὲ μαλθάσσῃ λιταῖς 'Εμαῖς· δακὼν δὲ στόμιον ὡς νεοζυγὴς Πῶλος, βιάζῃ καὶ πρὸς ἡνίας μάχῃ.* Accommodate etiam Hesychius, *Τέγγεσθαι, εἴκειν, ἐνδιδόναι.* Pueri vident. Quid jam Paedagogulus? Scribit, καὶ δεινῶς ἐκπηδᾷν καὶ φθέγγεσθαί μοι δοκεῖ νειόθεν: In quo nihil est, quod

ejus indolem non referat: Nam quid φθέγγεσθαι ἁπλῶς? idne doloris significatum inducit, et cor dolens nobis exhibet? Delirat homo: In gaudio, ut in dolore, φθέγγεσθαι potest cor figurate: Nota igitur addit, oportet, qua dolor in molestis, ut gaudium in hilaris, significatur: ea vero nulla hic: et proinde verbum hic ineptum plane. At ὑλακτεῖν dicitur cor Ulyssis, neque ὑλακτεῖν et φθέγγεσθαι differunt: Concedo, si de Orbiliolo accipias, qui latrat, cum loquitur: de Ulysse et omnibus aliis nego. Idem vitium, quod in φθέγγεσθαι est, etiam est in νειόθεν: Nam et dolor summus, et gaudium summum facit, ut, quod cor emittat, ex imo et profundissimo veniat. ἀνεστονάχιζ' Ἀγαμέμνων Νειόθεν ἐκ κραδίης usum loquendi docere potuisset Magistellulum, si stupidior non esset Praxillae Adonide: Alia similia praetereo. Utinam bonus illam Pergeri conjecturam, a Wolfio in Anecdotis Graecis Tom. IV. pag. 172. relatam, vidisset, πυκνὰ παλλομένης ἐφάπτομαι τῆς καρδίας, καὶ δεινῶς ἐκπηδᾷν καὶ φθέγγεθαί μοι δοκεῖ ἅ, εἶα: Fallor, aut eam propter eruditionem singularem probasset. Ego talia, et alia longe meliora, saepissime praetereo, ne Notulae meae incassum crescant; et si animo morem gererem, ea referrem sola, quae mihi de Auctorum locis videntur, ut, si Eruditis placerent, reciperentur; sin minus, eo ablegarentur, quo prava quaevis: Sic Notarum strues Auctores antiquos non premeret, et Lectoris commodo nihil etiam decederet: Vere enim eruditi habent in numerato ea, quae absunt: Semi autem eruditis, quia de illis judicare non possunt, adducta usui revera sunt nulli. *Pag.* 616. Vanni. τί ποτε ἄρα μοι πεφύτηκεν] quid vero mihi genuit intus?. *Pavo. Mercerus — Intelligisne illud Pavoninum? ego sane nullus.* Ubi ὦ γλυκύτατον πῦρ praecedit, non intelligit Miser illud meum Graeca referens exacte! Sed verbum insolens πεφύτηκεν non placebat homini: Grammaticastri scilicet nil nisi trita amant, et cum vere eruditi Linguam ditiorem reddere cupiunt omnibus modis, illi contra Linguae opes accidere student omnibus modis: Notissimum est ἐφυτήσατο ex Theogonia Hesiodi. Ipse Orbiliolus primo πέφυκεν conjicit: quod male γλυκύτατον πῦρ relinquit sibi, et verborum cohaerentiam tollit: Dein ex prava Viri Docti conjectura effingit suam adhuc deteriorem, τίς σέ ποτε ἄρα μοι πεφύσηκεν ἔνδον:

Nihil enim revera pejus, ubi de eo, qui ignem amoris in pectus sibi immiserat, Citharoedo nempe amabili, dubitatio erat nulla Parthenidi: Vide Epistolam, et stultum ride. *Ead. pag.* κεχυμένου] *Tollius* — *ut ipsi condonem illud* σεσευμένου. Ita operae: ipse scripseram σεσυμένου: Nec tamen alterius me puderet: Id enim a σεύω, apprime bonum: Hesychius in Lexico, Σεσεύανται, ὡρμήκασιν: Scribendum Σεσεύαται. *Pag.* 619. Vanni. τείχων. *increpuimus merito inscitiam puerilem hominis, qui hic* τείχων *etc.* τείχων pro τοίχων edidit Mercerus, *parietibus* recte vertens: id ego non correxi: Et de isto errore bis agit Magistellulus: Quid ais, Lector cordate? Nonne dignus est homo, qui ferulam portet? Talia ubique, et mox hac ead. pag. in ἐφύσατο. Vellem talem paedagogulum mihi nancisci possem, qui exempla corrigeret: Sic ea, quae sunt alicujus momenti, ipse curans, in aliis levissimis opera homulli egregia uterer libenter. *Pag.* 620. Vanni. *cum modo una litera mutata legendum sit,* τοιγαροῦν, ὦ Μέλισσα ἐμή. Id mihi non placuit, quia sic nihil de se dicit amans: quod utique factum, et faciendum, ubi sequitur σὺ δὲ ἀπὸ τῶν ὀμμάτων τῇ θέᾳ γανυμένους ἄγεις ΗΜΑΣ. Maneat igitur ἐμὲ ἁρπάζεις, quod sententiae necessarium, et Magistellum judicio destitutum, non plorare, sed vannare jube. *Pag.* 632. Epilogi. *At ut Galli, Germani, Britanni, Belgae, in unius hominis vituperio etc.* Nonne diceres, nationes integras in me conspirasse? Ex istis tamen montibus non prodit, nisi mus ridiculus: Agitur enim de Menstruorum, Actorum, Bibliothecarum etc. Auctoribus, Viris omnigena eruditione refertis ad ipsam Epiglottidem, qui si ante seculum et sesquiseculum de literis nostris scripsissent, quae nunc scribunt, Senatus Literarii decreto solenni ad τὴν Μακαρίαν fuissent ablegati, ut ibi umbras chartulis suis suaviculis oblectarent, ipsique fierent μάκαρες. Hi tamen animadversiunculas in me scriptas vocant *mortificantes:* Ac si ab istis bellulis aliquid proficisci posset, quod hominem paulo eruditiorem *mortificet:* Et hoc suave profecto. Quid tamen Orbiliolus? Ille pag. 558. Vanni istis facetiis apponit, *ΕΞΕΤΑΣΙΣ* MEA NONDUM TAMEN PRODIERAT: quae scilicet *mortificantibus* illis longe adhuc *mortificantior:* Et hoc suavius primo suavi: Nam

nihil stultius unquam visum ista '*Ἐξετάσει*, ut nunc sciunt omnes. Visne tertium omnium suavissimum? Bonus Magistellulus nactus, ut putat, Cinagorae Epigramma locupletius ex Libris locupletioribus, ob eam rem non modo magnifice se effert, sed etiam inter alia haec egregia mihi impingit pag. 185. Vanni: *prehendi durum, fateor, in tam aperto flagitio. an forte audes tibi hanc appendicem esse suspectam praetexere? an corruptum tertium versiculum causaris? an Iambos hexametris et pentametris immixtos proscribes, ut obreptitios? Quid horum? quin capite obvoluto ploratum potius abis. ne tamen ceu Sphinx, soluto aenigmate, prae desperatione de saxo vel turri Trajectina desilias. vive, vive, Pave, ut diu Eumenidibus adhuc tuis ludicrum praebeas, oro:* Ac si frustum Epigrammatii visum vel non visum tanti esse posset viro cordato, qui propter totam antiquitatem, et omnes Libros antiquos, quotquot sunt, animi sui tranquillitate ne unam quidem dieculam carere vellet: Et hoc omnium, ut dixi, suavissimum, neque in eo genere quicquam par aut secundum ullibi: Haec verba scilicet sola Archipedantum Archipedantissimum nobis repraesentant, et propter verba haec sola dignissimus est miser Magistellulus, qui pro tali habeatur ab omnibus non insulsis. *Pag.* 648. 649. *etc.* Epilogi. Asinus ad Lyram est Grammaticaster: Dicam paucis, quod res est, et male rudentem exponet omnium, qui in re Musica aliquid intelligunt, risui. Cum Cithara a Terpandro septima chorda fuit aucta, ex simplici facta est duplex, et *duo tetrachorda per mesen fuerunt conjuncta:* Primum enim Systema consonum est *tetrachordum:* a quo ad alterum *tetrachordum* proceditur vel conjuncte, vel disjuncte: Conjuncte, si *mese* sex aliis chordis interponatur: Disjuncte, si praeter *mesen* sex illis etiam interponatur *paramese:* Unum *tetrachordum duplex συνημμένον*, alterum *tetrachordum duplex διεζευγμένον* constituit. Res est nota ex Boethio aliisque Musicis: Hoc primum. Alterum, quod ex primo illo sequitur: Quot in Cithara erant chordae, tot in Cithara erant nomi: Nomorum enim numerus chordarum numerum sequebatur: quia nomi singuli suas habebant chordas, a quibus incipiebant, et in quibus saepe desinebant: Et hoc ex Musicis etiam satis

notum. Vide, ne alios commemorem, Joannem Wallisium ad Ptolemaei Harmonica, qui multa de his collata Clave Hodierna. Septem nomos Citharoedicos Terpandri commemorat Plutarchus: Ex illorum numero colligere licet certo, Citharam Terpandri chordarum fuisse septem: Nam id ex praemissis sequitur indubie: Atque hinc Cithara non modo *ἑπτάχορδος*, sed etiam *ἑπτάτονος* dicitur: *τόνος* et *νόμος* eodem pertinent: Quot chordas habebat Cithara, tot *τόνους* habebat sive *νόμους*. Apposite Philostratus in Amphione, *φιλότιμοι καὶ ἡδεῖς οἱ λίθοι, καὶ θητεύοντες μουσικῇ· τὸ δὲ τεῖχος ἑπτάπυλον, ὅσοι τῆς λύρας οἱ τόνοι. τόνοι* pro *χορδαὶ* etiam dixit, et cum Musicis locutus fuit, prout decet. Haec certa sunt, et convelli non possunt a quoquam. Quid jam porro? Septem nomos Auloedicos Clonae commemorat idem Plutarchus: Et ex horum numero colligere etiam licet certo, tibiam Clonae foraminum fuisse septem: Nam ut in Cithara tot chordae, quot nomi; ita in tibia tot foramina, quot nomi: Quisque enim nomus habebat suum foramen, a quo inciperet et in quo saepenumero desineret, neque alia hic ratio tibiae, quam Citharae. Ex quibus manifesto sane constat, quod de Cithara Terpandri dicitur, nos optimo jure ad tibiam Clonae potuisse transferre: Nomi Citharae fuerunt duplicati, cum Cithara fuit duplicata: Idem in tibia factum: Primum systema consonum fuit tetrachordum, constans ex quatuor nomis: id non magis ad Citharam, quam ad tibiam pertinuit: et quemadmodum primum illud systema in Cithara habebat chordas quatuor, ita similiter in tibia habuit foramina quatuor: quae cum ad numerum septenarium ascendissent, geminata est tibia, ut geminata est Cithara, et ex systemate simplici ortum est systema duplex, vel conjunctum vel disjunctum, tono vel tonis intermediis. *διπλοῦσθαι* tantum non exigit Marmoris exesi intervallum: *νόμους* Marmor habet perspicue, *αὐλητὰς* non minus perspicue: Hinc rogo omnes, qui in rebus Musicis non sunt hospites, an probabilius quid reponi possit, quam quod nos reposuimus? Una difficultas restat: quod scilicet septem nomi Auloedici a Plutarcho non adscribantur Terpandro, sed Clonae, et diu post Terpandrum vixisse dicatur Clonas: Ista difficultas a me tolli non potest, sed non magis me solicitum habet, (quam aliae

): Singulare igitur est, quod de Terpandro in nore refertur: et ipsum illud singulare probabilem : pugnam, quam inter Auctorem Marmoris et ırchum extitisse suspicor. Sunt autem verba Plu-.i, non diffiteor, mihi perquam suspecta in illis, τῆς κιθαρῳδίας νόμοι πρότερον πολλῷ χρόνῳ τῶν αὐλῳ-ι κατεστάθησαν ἐπὶ Τερπάνδρου. Nam si πολλῷ χρόνῳ Emphasi accipias, ut certe accipiendum videtur, mpore longiori, parum congruit, quod de imita-dicitur: Quare legendum forte πρότερον οὐ πολλῷ ι: quod loci ingenio melius convenit, et dissensio-inter Auctorem Marmoris et Plutarchum minuit: ius enim dissentire possunt Scriptores in viciniis, ı in remotis: Hoc quisque sentit. Visne aliud? αὐλοὺς fuerunt, qui καθαριστήριοι dicebantur, ut ılluce et aliis constat: Isti καθαριστήριοι accinebant rae, et perpetui erant eius comites: In illis igitur it Terpander, quod postea in omnibus fecit Clo-Hoc sane perquam probabile, imo certum et ne-rium fere: Nam cum Cithara habebat septem las et septem nomos, αὐλοὶ κιθαριστήριοι etiam ha-debuerunt septem foramina et septem nomos, ut rae apte responderent. Et sic pugna est nulla in-uctorem Marmoris et Plutarchum, qui de rebus sis loquuntur, et quorum ille de αὐλοῖς κιθαριστη-.hic de αὐλοῖς quibuslibet agit: Citharam mutavit ınder et Citharae nomos: quibus mutatis, non po-ιon αὐλὸν κιθαριστήριον et αὐλοῦ κιθαριστηρίου nomos re simul, ut Organa illa concinerent apte, et alia ısset huius, quam illius conditio: Geminavit igi-

moniis ex Libris Grammaticorum, et aliorum, qui Musicam non tractant, desumtis, omnium porro sibi excitabit risum: Talia enim nihil valent contra ea, quae totius rei Musicae constitutione nituntur, et ex Musicis convellenda sunt. Me miseret autem homuncionis, cum Clementis τοὺς Λακεδαιμονίων νόμους ἐμελοποίησε Τέρπανδρος urget, a Marmore alienissimum: νόμοι haud dubie ibi sunt leges, et νόμους μουσικοὺς μελοποιῆσαι nemo dixit unquam, aut dicere potuit: Λακεδαιμονίων autem accedens, nihil etiam ad Marmoris sententiam, quia, ut nihil aliud dicam, ita sequi debuisset καὶ τὴν ἔμπροσθε μουσικὴν αὐτῶν μετέστησεν: Vident, qui oculis uti possunt. Adhaec ridiculum est, quod homo ridiculus murmurat de τε καὶ θεῖος: In istis locus est nullus voculis τε καὶ, ut in sequentibus de nomis κιθαρῳδικοῖς: Quare ex voce a me restituta sine dubio error: Διὸς Pollucis ad ista etiam nihil: Eruditi sentiunt, quod Stipes sentire non potuit. Addam verbum unum de subscriptione: Orbilius subscribit litera B. Burmannus litera A. Quid et unde illud? Dicam: Burmannus et Orbilius primas et secundas sibi tribuunt in Literis: Burmannus est Eruditorum Ἄλφα; Orbilius, Burmanni umbra, est Eruditorum Βῆτα: Duumviri, hercule, eximii: quibus pro re literaria excubantibus, bonus Apollo cum Novem Sororculis in utramque aurem tuto dormire potest. Atque haec breviter de istis Orbilianis: Alia, quae non teligimus, ita comparata sunt, ut, si collatis meis examinentur rite, nihil unquam futilius, stultius, improbius, scriptum sit a Grammaticorum futilissimo, stultissimo, improbissimo: Quare ea, Lector Erudite et Cordate, examini et judicio tuo committo lubens: Jam allata etiam probant, quod dico. De plagiis, quae commiserim, non necesse, ut vel verbulo agam: Qui mea legit, si indole sit honesta et proba, persuasissimum habet, ne criminis quidem suspicionem in me cadere posse; Quis ab aliis petat, quae sibi benignissime nascuntur domi? Sed et pleraque, si non omnia, quae suppilasse dicor, talia, ut unicuique, modo leviter in re Critica versato, in mentem venire possint et debeant statim. De Tolliano Aristaeneti Libro ante editam Vannum nihil vel fando audivi unquam: Calabri Librum Sylburgianum et Falkenburgianum per unam vel alteram horam modo inspexi, nec

quicquam ex illis mihi annotavi: Id testari possunt Viri Amicissimi Havercampus et Gronovius, qui mihi inspicienti adfuerunt. Convicia, quae totis modiis in me ingerit Miser, pro totidem Encomiis habeo, et revera contumeliam mihi fieri existimarem, si ab homine istius Commatis laudarer. Quid de laudationibus tralatitiis in genere sentiam, in Dedicatione Anacreontica verbo declaravi: In eo autem confirmor, quoties laudationum formulas considero, quas Eruditi quidam in suis Commentariis ubique infarciunt, praecipue in hac etiam regione nostra: quae mutuos laudatores habet adeo benignos et lepidos, ut singulari sint saepe mihi oblectamento: quin et tabellam eorum aliquando animulo meo repraesento, ut eum nimis forte serium mulceam joco: *Visne tribus verbis ipsam quoque tibi repraesentem, Lector? Faciam, ut rideas:* In prato male vestito et omni florum laetitia carente pascuntur una sex septemve muli cum uno Archimulo: qui cum se mutuo scabunt sedulo, praecipue tamen occupati sunt in scabendo Archimulo, sed a postica, non ab antica, quia os et caput ei est teterrimum: Vides et sentis? Id spero: Sic ridebis etiam. Ut tandem de Libro Orbiliano summatim dicam quod debeo: Testor ingenue, me nihil legisse unquam, ex quo majorem mihi voluptatem ceperim: Soleo, ubi corpus mihi bene habet, cibum satis avide stomacho ingerere: quo fit, ut aliquando post cibum torpedine aliqua laborem, quae expellenda, ne vires sumat, exercitatione facili ac blanda; Jam vero nihil unquam in isto genere mihi efficacius sese obtulit, quam scriptum illud Orbilianum, quod non modo mihi torpedinem expellit, sed etiam concoctionem egregie juvat, si legatur post cibum. Quid mirum, Lector? Nihil est, quod me oblectat magis, quam Grammaticus iratus vel loquens vel scribens: hicce autem noster, non modo Grammaticus est iratus, sed etiam Grammaticus est delirus, Grammaticus est improbus: Ex cujus proinde scripto non una, sed triplex mihi oritur oblectatio, quae alias omnes et vi et numero suo longissime superat: Quare non rogo, sed precor Grammaticastrum insignem, ut, simulac per occupationes scholasticas possit, eo, quo coepit, modo iterum in me irruat: neque id faciat solus, sed publice socium sibi adsciscat Petrum Burman-

rum enim indoles emphasin illam promittit et probat, neque ullus ego video, cur ἔστιν ita accipi non posset, ubi ἔστω ita accipitur, et praesens signatius est imperativo: Attende, Lector: sic videbis Magistellulum delirantem more suo *pag*. 70. Vanni. In Notis ad Hephaestionem pag. 158. scripsi, ἀποκλὰς *est tempus minus usitatum* τοῦ ἀποκλᾶν: στὰς *et* ἀποστὰς *ei gemella*. id ita displicuit Orbiliolo, ut in Vanno *pag*. 537. mihi oggerere non dubitaverit, *At, inepte,* ἀποκλὰς *tuum est barbarum, ut ipse es*. Quae scilicet stupidissimus Magistellus non tenet aut probat, barbara sunt, et ex albo vocum Graecarum protinus expungi debent: Si ἀποκλὰς ab ἀποκλάω et ἀποκλῆμι barbarum sit, barbara quoque sunt πτὰς a πτάω πτῆμι, φὰς a φάω φῆμι, τλὰς a τλάω τλῆμι, θνὰς a θνάω θνῆμι, φθὰς a φθάω φθῆμι, δρὰς a δράω δρῆμι, βὰς a βάω βῆμι, κτὰς a κτάω κτῆμι, στὰς a στάω στῆμι, φὺς a φύω φῦμι, δὺς a δύω δῦμι, γνοὺς a γνόω γνῶμι, βιοὺς a βιόω βιῶμι, et alia id genus permulta. Eustathius ad Odyss. *K*. Vers. 192. περὶ δὲ τοῦ φράζεσθαι εἰ καὶ προγέγραπται, ὅμως οὐ πάρεργον καὶ ἐκ τῶν Ἡρακλείδου παρασημειώσασθαι ταῦτα. ἀνέκαθέν φησιν ἤγουν ἐξ ἀρχῆς θεματικῆς, ἔστι φῶ τὸ λέγω, οὗ μετοχὴ ἀόριστος φάσας, ὡς κλῶ κλάσας· καὶ συγκοπῇ, φὰς, οἷον φὰς ἔμεν ἀπτόλεμον. ὥςπερ καὶ κλάς φησι παρὰ Ἀνακρέοντι. Ita Heraclides, sed barbarus, una cum Anacreonte barbaro, ut nunc scimus auctoritate Grammatici Amstelaedamensis, qui Graeca cum lacte materno quidem non imbibit, sed in cujus papam provida mater indidit quotidie foenum Graecum magna copia, ut cum corde stramineo et calva vacua in Graecis supra ipsos Graecos saperet, et sic gloriam tibi compararet immortalem. Quid ais, Lector? Nonne hoc barbarum ἀποκλὰς perquam gemellum est depravato μέλψαι, et ista pulchre ambulare possunt una? Aliud: Locum Corinnae apud Hephaestionem pag. 60. in Vanno *pag*. 536. ita constituit et vertit Grammaticorum optimus maximus, Δουρατέω τ' ἐφ' ἵππω κατὰ μὲν βριμούμενοι Πόλιν δ' ἐπράθομεν. *Durateoque in equo quidem frementes*, (sedebamus) *Urbem vero expugnavimus*. quod ne quis male acciperet, antea monuerat commode, *agi de* ἵππω δουρατέω, *equo Trojano, quo inclusi Danai haec dicunt*. Poterant scilicet Heroes illi eodem tempore equo esse inclusi, et super equo sedere cuncti: quod mirum videbitur sine

dubio aliis omnibus, sed minime mirum visum fuit Orbiliolo, cujus ingenium mira et incredibilia capit: Scis, quid sit *καθῆσθαι ἐφ' ἵππω*, *sedere in equo:* illud habemus hic ex emendatione Viri Summi: et tamen *equo inclusi* fuerunt Danai: Adhaec non taciti et quieti sederunt in equo, sed frementes, ut metum inculerent Trojanis, si accederent: Laocoon vero, quem ad Heroas ita in equo frementes homo ingeniosissimus accersit, non immisit bipennem vel hastam in latera equi, ut dolum detegeret, sed ut fremebundos illos hostes ab equo deturbaret: Quid videtur, Lector? Haec adeo egregia, ut nihil egregium magis ex Orbiliana penu egregia tibi promere possim: Quare hic tandem desinam, sed homullo fremebundo prius honoris causa propter commentum mirificissimum collocato in parvo equo ligneo, ut eum sic perpetuo admirentur pueri, secundum praedictionem Graeci Epigrammatarii, cujus Versus ex Anthologia mea Inedita in gratiam *Equitis Illustris* hic infra ponam:

Ἵππῳ δουρατέῳ ἄστυ Πριάμοιο ἑλόντες,
Ἀμφιλαφὲς Δαναοὶ σφιν περίθεντο κλέος·
Αὐτῷ τῷ δ' ἵππῳ κριτικώτατος ἥδεα ῥέζων
Ὀρβίλιος, τιμῆς ἔλλαχεν οὐκ ὀλίγης.
Μικρὸς γὰρ μικρῷ βρωμούμενος ἵππῳ ἐφίζων
Δουρατέῳ, παισὶν αἰὲν ἀγαστὸς ἔη.

Vale, Lector: Ad Phrynichum jam te ridentem, spero, et alacrem dimitto. Trajecti ad Rhenum ipsis Kalend. Decembr. MDCCXXXVIII.

PRAEFATIO.

Quum paucis scribentium contingat, ut perfecto absolutoque opere praeformatum animo exemplar omnibus numeris et partibus sibi explesse videantur, uniuscujusque autem magnopere intersit, non solum suam in perficiendo facultatem, sed etiam recti voluntatem cognosci, antiquitus ad eam rem praefationis locus constitutus est, in quo, veluti depositis hinc judicis hinc actoris personis, cum lectoribus familiariter consuescere et tum suscepti negotii gravitatem, tum suas privatas angustias enarrare, et quid et quatenus sibi aut condonari aut ex merito tribui velint, exponere possint. Tali sub specie familiaris colloquii consiliorum meorum causam rationemque aperiam, sed paucis, tanquam apud expertos, et candide simpliciterque, tanquam inter benevolentes.

Nam quum ceteri Grammatici, qui a cura sermonis attici nomen habent, succedentibus in vicem editoribus, subinde refecti atque ea supellectile instructi essent, quae necessariis usibus sufficeret, Phrynichus autem, flos et robur Atticistarum, neglectus incomtusque jaceret, hinc mihi, Orphicarum quaestionum παρεμπόρευμα quaerenti, novae editionis consilium injectum est. Coeptum negotium et mea tarditas et aliae difficultates publice privatimque objectae usque eo extraxerunt, ut alii amicorum meorum, hac ipsa cunctatione illecti,

aliquid magnum et basilicum parari speraverint, alii vero Phrynichum istum libris promissis adnumerandum ducerent, quorum tituli bis per annum veneunt. Quos ut utrosque refellerem, neque amplius reliquator haberer, maturare hujus libri editionem veteremque meum et antiquum hospitem in publicum producere, quamvis invitum et verecundantem, decrevi.

Haec praefatus a me ad lectorum subsellia transibo et, ut alieni artificii spectator, aequum me, ut maxime potero, et bonorum et malorum meorum judicem praebebo, tum, quid successerit operis, tum, ubi manus defecerit, in medium consulturus. Eorum igitur, quae in hunc librum contuli, duplex genus est; unum e rebus ipsis, alterum assumtum. Prius illud in notis texto subjectis continetur, neque aliorsum spectat, quam ut praeceptorum a Phrynicho traditorum vis et ratio reddatur. Qua in parte superiorum interpretum copiis ita usus sum, ut J. Scaligeri notas fere integras et illibatas, Nunnesii, Hoeschelii, Pauwii, in brevius contractas exhiberem. Neque futurum arbitror, qui sibi hac contractione aliquid detractum jure queratur. Nam Scaligeri quidem nullam unam literam perire fas duco. Sed ex iis, quae homo Hispanus, non indoctus sane, ut illa erant tempora, ante hos ducentos annos commentatus est, pleraque ad nostram aetatem ita vetusta sunt, ut neque fructus neque delectationis causa legi mereantur. Is enim persaepe nihil aliud, nisi Pollucis, Thomae et Lexicographorum graecorum testimonia, eaque nonnunquam parum ad probationem conferentia, producit, primum ipsis, quibus scripta sunt, verbis graecis, deinde eadem in latinum conversa sermonem. Haeccine rursus apponi integra?

quae unicuique promta et tractata esse debent? quae in notis ad Thomam, ad Moeridem et ceteros dialectorum scriptores, in Grammaticorum libris scholasticis, in Lexicis adeo vulgaribus tum uberius tum explanatius et ad usum accommodatius exposita sunt? Imo haec philologiae sibi proludentis crepundia, quibus Minellii et Creuzeri sese exornent licet, sensim abjiciantur oportet. Hoeschelii autem notae maximam partem breves et inelaboratae exempla rerum notissimarum e longinquo petita afferunt. Non majore emolumento Pauwius tumultuatur, promissor vanissimus, qui quum omnibus rebus imparatus ad hanc accessisset provinciam, ea protulit, quae ab hominibus leviter doctis, quum ex tempore fabulantur, proferri solent. Sed quaecunque apud unum illorum deprehendissem non prorsus exoleta, inprimisque e conjecturali genere, de quo maxime dissentiunt hominum judicia, ea summa fide et industria asservavi; in quo ne quis judicio et delectu meo diffideret, malui in tutiorem partem peccare, quam ea omittere, quorum nec accessione pejor foret haec editio, nec decessione melior, et desiderium fortasse aliquod existere posset apud lectores negata cupientes.

Eandem vero brevitatis legem, quam antecessoribus meis scripsi, ut ipse conservarem, curae habui, omniaque, quae in libris consimilis argumenti exposita aut cum arte ipsa tam arcte conjuncta essent, ut ea qui nesciret, ne his quidem nostris usurus videretur, in totum removi. Quam in scribendo rationem si vulgo sequerentur, multo, opinor, et ars brevior et vita longior foret. Sed si qui sunt ita rimosi, ut ne faeces quidem sibi suas relinquant, ab his impetratum velim, ut suo me modulo ne metiantur, neque me ea, quae dicere

suppuduit, non didicisse putent. At forsitan aliqua ad intelligendum necessaria et cum argumento ipso conjuncta praeterii? Insciens quidem illud et invitus. Fuit apud majores nostros ars quaedam Passaviensis dicta, qua corpus contra ictus vel punctim vel caesim petentium muniri credebatur; et est etiamnunc quorundam mira quaedam in tegendo latere sollertia, nonnisi exploratissima promentium et *jam nunc debentia dici* pleraque differentium. Ab hac tenacitate ita longum abfui, ut magnopere verear, ne temeritatis offensionem vitare atque effugere non possim. Quippe feci idem, quod veteres hujus artis auctores, Atticistae. Legi plerosque graecos scriptores, et diligenter et eosdem iterum, tertium legi, animum semper ad Phrynichum intentum habens. Hinc de vocabulorum bonitate judicium feci, leges statui, falsas fortasse nonnullas culpa aliqua erroris humani, sive quod non legeram omnia, (persaepe autem res ita se habet, ut, si unum praetermissum fuerit, frustra sit in ceteris laboratum,) seu quod lectorum non in tempore memineram; quas leges alii deinceps derogando, subrogando, obrogando ad veritatem traducent.

Ad textum adornandum nulla subsidia attuli praeter Phavorinum et Editiones Vascosani et Pauwii, qui se Editionem Calliergi cum Nunnesiana accurate contulisse, omnesque earum diversitates exacte enotasse profitetur. Qui si nonnulla praetermisit, damnum fortasse a me illorum subsidiorum ope reparatum, sin minus, in tali scriptore, cujus pretium non in arte sed in substantia positum, non nimis dolendum est. Plurimum autem diligentiae interpretandis Phrynichi praeceptis impendi, quae quanti aestimanda sint, et unusquisque sibi experiri potest; et significavi breviter in ea

commentatione, quae Analectis F. A. Wolfii T. II. inserta est. Ac primo quoque loco Grammaticorum sententias, ut veteris disciplinae consensus patesceret, enumeravi, deinde exempla, quibus illae aut confirmarentur aut refellerentur, ita composui, ut scriptores, quemadmodum locis ac temporibus divisi sunt, sic oratione, in quantum res sinebant, distinguerem, quo melius intelligi posset, qua aetate quaeque dictio viguisset, quamdiu retenta, quo inclinata, quando celebrari desita esset, id tum ad interpretationem literatae antiquitatis necessarium tum ad agnitionem mentis humanae pulcherrimum fore ratus, si quando ratio, artis consummatae perfectrix, haec rudia et indiscreta elementa inter se devinxisset et, tanquam in unum corpus, sic in historiam graecae linguae colligasset.

Atque hoc est illud genus adnotationum, quod ex rebus ipsis natum dicebam. Sed quoniam non hoc a me lector expectabat, neque eo contentus esse poterat, si vocabulum aliquod in pauculis, quae nobis supersunt, Atticorum scriptis aut raro aut nunquam inveniri docerem, idcirco quaestionem a rebus singulis ad generis universi explicationem traduxi, neque tantopere, quid illi non dixerint, quantopere, quid non potuerint dicere, si secum ipsi concordes esse voluerunt, exquirere laboravi. Idque tum in notis, ubicunque benigniorem materiam habui, tum maxime in Parergis factum est, in primisque ea parte, qua vocabulorum componendorum quasdam regulas tradere institui. Qui locus quum et natura sua perdifficilis et a nullo alio tractatus sit, neque nihil commissum puto, quare reprehendar, neque tam multa, ut aequi rerum aestimatores non me aliquando veri quaerendi studio a via deerrasse, quam

circa vilem patulumque observationum grammaticarum orbem haesisse malint. Hi si a me ipso audire cupiant, quid mihi in medium attulisse videar, haec ego profiteor et prae me fero: veteris Grammaticorum disciplinae reliquias in clariore luce collocatas, scriptorum antiquorum locos non paucos ab inveteratis mendis liberatos, universa vocabulorum genera sub judicium vocata et quae sit inter cognata diversitas, quae distantium rerum cognatio, patefactum esse. Hic si cui multum promittere videar, vicissim et haec accipiat. Plusculum quinquennium est, quum jactis jam pridem fundamentis Eclogas me editurum esse publice professus sum. Quod si totum in hoc uno negotio consumtum neque subseciva magis opera quam incude adsidua semperque ardente camino elaboratum esset, ad illud nescio quid, quod spe et cogitatione praeceperam, fortassis aliquanto propius accessissem. Sed hujus temporis exiguus ad Phrynichum redundavit fructus et velut furtivae horae ex gravioribus negotiis ereptae. Deinde subsidiis quibusdam carui necessariis, collectionibus inscriptionum privato censu majoribus et libris nonnullis exoticis, hunc totius Germaniae angulum adire fastidientibus. Ex utroque consequutum est, ut non omnes quaestiones profligare et ad exitum perducere possem, eas praesertim, quae sero mihi, quum jam ad extremam manum perventum esset, inciderunt, sed tantum saxa et materiem congererem, artifici profuturam. Ad haec accessit illa scriptoria Ate, ἣ πάντας ἄαται, longo praesertim operi obrepere solita, quae p. 142. Bryantium mihi, notum fabulatorem, pro Bryano, homine sobrio, furtim substituit et ut p. 55. masculinum pro feminino, p. 171. macrocatalecta pro macroparalectis scriberem, nescio quo

pacto effecit, quae et id genus alia, nondum mihi animadversa, qui fortes esse volent, exagitabunt.

Phrynicho additus est Herodianus, vetus assecla, cujus breve fragmentum propter Nunnesii, Pauwii et nonnullas nostras notas non videbatur omitti debere. Neque ab re fecisse videmur, quod horum utriusque praefationes typis repeti curavimus, quarum altera ad editionum notitiam pertinet; altera, Pauwiana, documentum est gravissimae controversiae, inter philologos superioris seculi agitatae. Quam si qui legent rixarum literariarum osores, facere non poterunt, quin sibi de temporum nostrorum tranquillitate gratulentur, quum perspexerint, a quanta barbaria ad quantam comitatem et elegantiam defluxerit, una cum ceteris mortalibus, natio eruditorum.

Unum restat ut moneam, ne de alieno liberalis fuisse videar. Ea, quae in Parergis continentur, primum in libellis academicis proposita sunt, jam inde ab initio anni MDCCCXV. per occasionem statorum solemnium evulgatis. Unde quae viri praestantissimi mihique benevolentissimi, Barkerus et Schneiderus, in Lexica sua, me non nolente, transtulerunt, ea, si sine detrimento fieri posset, recidi. *) Scriptorum autem pars prima Kalendis Januariis, altera sub exitum aestatis Lipsiam transmissa est. Scrips. Regimontii Prussorum Kalend. Novembr. MDCCCXIX.

*) Vocabula a Lexicographis omissa aut non satis testata in Parergis signo + plerumque notantur.

ΦΡΥΝΙΧΟΥ ΕΚΛΟΓΗ [a])

ΡΗΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΟΝΟΜΑΤΩΝ ΑΤΤΙΚΩΝ [b]).

Φρύνιχος Κορνηλιανῷ [c]) εὖ πράττειν. Τήν τε ἄλλην σου παιδείαν θαυμάζων [d]), ἣν διαφερόντως ὑπὲρ ἅπαντας, ὅσοις ἐγὼ ἐνέτυχον, πεπαίδευσαι, καὶ δὴ καὶ τοῦτο θαυμάσας ἔχω, τὸ περὶ τὴν τῶν καλῶν καὶ δοκίμων ὀνομάτων κρίσιν. Ταῦτ' ἄρα κελεύσαντος σοῦ τὰς ἀδοκίμους τῶν φωνῶν ἀθροισθῆναι, πάσας μὲν οὐχ οἷόςτε [e]) ἐγενόμην τανῦν περιλαβεῖν·

---

a) Lascaris Gramm. L. III. *H.* 2. pluraliter *τὰς ἐκλογὰς Θωμᾶ τοῦ Μαγίστρου, τὰς τοῦ Φρυνίχου, τὰς τοῦ Ἁρποκρατίωνος* allegat. Ac Thomae quidem Grammatica modo *'Εκλογή*, aliquando *'Εκλογαί* inscribitur; Constantini autem prostat *'Εκλογή* s. *Πρόχειρον μικρόν*.

b) Ed. Vasc. *ἀττικῶν ῥημάτων καὶ ὀνομάτων.*

c) *Κορλιανῷ* per compendium Ed. Pr.

d) Participium, quod post *τε* tolerari nequit, indicativi sui locum occupasse summa suspicio est. Ceterum ab eadem admirationis professione, quasi composito, Isocrates Panegyricum, Xenophon commentarios Socraticos, Theophrastus Characteres suos exorsus est.

e) *Οἷόςτε*. Edd. Princ. et Vasc. *οἷος ἐγενόμην*, cujus lectionis patrocinium repudio. Neque enim huic similia sunt ea exempla, quibus Grammatici docent pro *οἷόςτε* etiam *οἷος* usurpari, ut v. c. Arrian. Exp. Alex. III. 17, 188. Schmied. *οὐδὲ ἡ γῆ οἵα (ἦν) ἐργάζεσθαι*, ubi *τὸ δύνασθαι* in ipsa rei natura et voluntate positum est; et retro, cur *οἷόςτε* pro *οἷος* ponatur, v. Demosth. c. Aristocr. p. 677. Joseph. Antiqq. I. 12, 35. Athen. VI. 271. E. Jamblich.

τὰς δ' ἐπιπολαζούσας [f]) *μάλιστα καὶ τὴν ἀρχαίαν διάλεξιν ταραττούσας καὶ πολλὴν αἰσχύνην ἐμβαλλούσας. Οὐ λανθάνει δὲ σέ, ὥσπερ οὐδ' ἄλλο τι τῶν κατὰ παιδείαν, ὥς τινες ἀποπλανηθέντες* [g]) *τῆς ἀρχαίας φωνῆς, καὶ ἐπὶ τὴν ἀμαθίαν καταφεύγοντες* [h]), *πορίζουσι μάρτυράς τινας τοῦ προειρῆσθαι ὑπὸ τῶν ἀρχαίων τάσδε τὰς φωνάς. ἡμεῖς δὲ οὐ πρὸς τὰ διημαρτημένα ἀφορῶμεν, ἀλλὰ πρὸς τὰ δοκιμώτερα* [i]) *τῶν ἀρχαίων. Καὶ γὰρ αὐτοῖς εἴτις αἵρεσιν προθείη, ποτέρως ἂν ἐθέλοιεν διαλέγεσθαι ἀρχαίως καὶ ἀκριβῶς ἢ νεοχμῶς καὶ ἀμελῶς, δέξαιντ' ἂν ἀντὶ παντὸς ἡμῖν σύμψηφοι γενόμενοι* [k]) *τῆς ἀμείνονος*

V. Pyth. XXXV. 261. Diog. La. VII. 19. p. 376. conf. Schweighaeuser. ad Polyb. III. pag. 665. Ast. ad Plat. Polit. p. 360., promta et facilis exploratio est.

f) *Ἐπιπολαζούσας*: presse licet reddere *innatantes* ex Quintil. VII. 1. 45. ubi v. Burmann. *Ἓν γένος τὸ μάλιστα ἐπιπολάζον* Aristot. H. An. IV. 1. 155. *τὰς μάλιστα ἐπιπολαζούσας δόξας* Id. Nicom. I. 2, 4. B. *συνεχῆ καὶ ἐπιπολάζοντα ἁμαρτήματα* Strabo II. 248. ed. Tzschuck. Etiam in Diog. La. IX. 52. 576. *τὸ νῦν ἐπιπόλαιον γένος τῶν ἐριστικῶν*, participium aptius esse judico. Quod autem Phrynichus h. l. significat, sibi cum vitiis eminentioribus et invalescentibus certamen fore, apparet, virum industrium in successu operis plus suscepisse oneris, quam initio sibi imposuerat.

g) *Ἀποπλανηθέντες* Edd. Pr. et Vasc. *ἀποπεπτωκότες* ex suo vulgavit Nunnesius. *ἐκπίπτειν τῆς ἀληθείας* Strabo VIII. 6. p. 200. *τοῦ καθήκοντος* Polyb. XII. 14.

h) *Καταφεύγοντες* Edd. Pr. et Vasc. *καταπεφευγότες* Nunnesius. *Τάσδε τὰς φωνάς* i. e. *τὰς καὶ τάς*.

i) *Δοκιμώτατα* perbene Nunnesii codex pro *δοκιμώτερα* praebuit.

k) *Ἡμῖν σύμψηφοι* Nunnes. *σύμψηφοι ἡμῖν* Edd. vett. *Σύμψηφός σοί εἰμι* Plat. Rep. II. 253. T. VI. Bip. *τούτου πάνυ σοι σύμψηφός εἰμι* Cratyl. p. 398. E. multisque aliis locis, Phaedr. 267. B. Laches 184. D. Legg. X. 112. neque dubito, quin id Atticistae praetulerint synonymo *ὁμόψηφος* a Lysia c. Agorat. p. 512. et Gorg. Hel. Enc. p. 92.

γενέσθαι μοίρας [1]). *Οὐ γάρ τις οὕτως ἄθλιος, ὡς τὸ αἰσχρὸν τοῦ καλοῦ προτιθέναι. Ἔῤῥωσο.*

---

usurpato, unde verbum *ὁμοψηφεῖν* Joseph. Antt. XVII. 11. 860. Lexicis accumulabitur. *Ὁμόλογος* (Xenoph. Symp. VIII. 36.) et *σύμφωνος* Pollux VI. 156. et II. 113. directe rejicit. *ὁμόφωνος* Thucydides et Plato Menex. p. 242. A. pro *ὁμογλώσσῳ* posuerunt, Gorgias ille cum *ὁμόψηφος* conjungit.

1) Similis constructionis auctor Gregor. Naz. Or. IX. p. 236. C. *ἐκνῆψαι καὶ γενέσθαι τῆς ἀσφαλεστέρας μοίρας καὶ κρείττονος.* Demosth. de Cor. p. 246. *ἡδέως ἂν ἐροίμην, τῆς ποίας ἂν μερίδος γενέσθαι ἐβούλετ' ἄν,* unde colorem duxit Basil. Ep. LXXXIV. p. 157. *εἰπάτωσαν τῆς ποίας εἰσὶ μερίδος.*

Ὅςτις ἀρχαίως καὶ δοκίμως ἐθέλει διαλέγεσθαι, τάδ' αὐτῷ φυλακτέα. *)

Ἑκοντὴν οὐ χρὴ λέγειν, ἀλλ' ἐθελοντήν. †)

---

†) Thomas M. p. 285. *Ἑκοντὴς οὔ, ἀλλ' ἐθελοντής· ἐπὶ δὲ τοῦ ἐπιῤῥήματος ἀμφότερα λέγε καὶ ἐθελοντὶ καὶ ἑκοντί. Nunnes.* Hemsterhusius, Thomae et Phrynichi judicia conferens, tam ab hoc, quam ab illo nomen *ἑκοντής* damnari putat. Sed quis praestet nobis, de nomine, non de adverbio hic agi? In Lexicis quidem neutrum comparet, sed *ἑκοντής* Hemsterhusius affirmat Ecclesiae Patribus non infrequens esse et adgnoscit Etym. M. p. 436. 4. *ἑκοντής* et *ἐθελοντής* acui jubens ut *μετοχικά*, eadem ille ductus opinione, qua plerique Grammaticorum *ἑκών* statuerunt participium esse verbi prisci *ἕκω*, adversus quos causam dixit Apollonius de Synt. L. I. p. 19. ed. Sylb. Eustathius p. 1446. 60. *οὓς οἱ μεθ' Ὅμηρον ἑκουσίους καὶ ἐθελουσίους* **) *φασὶ καὶ μάλιστα ἑκοντάς καὶ ἐθελοντάς*

*) Desunt haec in Ed. Vasc. a Nunnesio, ut videtur, addita.

**) *Ἐθελούσιος* Xenophon et recentiores tritum habent; *ἐθελόντιος* ab usu remotius et ad illud sic comparatum est, ut *Ἀχερόντιος* et *Ἀχερούσιος*. Etym. M.: *Γέρων γερούσιος, ὡς ἑκὼν ἑκούσιος, ἐθέλων ἐθελούσιος.* Sic et *περιούσιος, ἐπιούσιος, πυγούσιος* a nominibus in *ων* derivantur. v. Salmas. de Trap. Foen. p. 813. Antiquum adjectivi *ἑκούσιος* usum testantur solemnes formulae *ἐξ ἑκουσίας*, v. Schaefer. ad Bos. p. 557. *καθ' ἑκουσίαν*, v. Abresch. Dilucc. Thucyd. p. 751. *τοὺς ἑκουσίᾳ πλημμελοῦντας* Demosth. c. Mid. p. 527. ubi cod. Paris. *ἑκουσίους*, plures pejus *ἑκουσίως* exhibent. Quibus in formulis quum saepe addatur *γνώμη. τρόπος*, (*καθ' ἑκούσιον τρόπον* Porphyr. de Abst. I. 9, 14.) etiam in Sophocleo *Ἐξαίρετον τίθημι τὴν ἀκουσίαν* (Anecd. Bekk. T. 1. p. 373.) ejusmodi aliquid intelligendum puto. Ceterum sunt nonnulla hujus formae substantiva antiqua, *ἀπουσία*,

ἀττικῶς, ἐθελοντῆρας φησὶν ὁ ποιητής. Adverbium ἑκοντήν ex Arriani loco nesciebam quo profert Suidas, ignotum alias et suspiciosum, nisi comparem haberet ἐθελοντήν, quod aliquot Herodoti et Polybii locis legitur, et, ut Valckenario quidem visum est, legeretur saepius, si per librarios licuisset. v. ad VI. 25. p. 449. Multo testatius est ἐθελοντί apud Polybium, Diodorum, Dionem Cassium aliosque; neque rarum ἐθελοντῇ, inter quae plerumque lectiones nutant. v. Var. Lectt. Polyb. XIV. 9. Diod. Sic. I. 67. Dio Cass. XXXVI. 135. XL. 28, 241. XLV. 12, 428. Sic etiam in Maneth. Apot. VI. 298. καὶ κυσὶ μήδεα δόντες ἑκοντὶ ὠμὰ δάσασθαι, in Ms. est ἑκοντῇ, hoc est, ut ego interpretor, ἑκοντήν. Novitia sunt adverbia ἐθελόντως Schol. Ven. *T.* 79. ἑκόντως Joseph. Antt. XVIII. 6, 894. Nicet. Ann. II. 6, 46. B. XV. 8, 307. quibus Lexica carent, et ἀκοντί Nicet. Ann. XXI. 10, 415. C. Suid. s. v. et Moschopul. Syll. sub ἀ *), neque fortasse admodum antiquum est ἑκοντί. Et in Aristotelis quidem Rhet. III. 15, 378. T. IV. Buhl. οὐ γὰρ ἑκοντὶ εἶναι αὐτῷ ὀγδοήκοντα ἔτη praestat ἑκόντι, ut Soph. Oed. T. 1356. θέλοντι κἀμοὶ ἦν et Niceph. Greg. VIII. 6, 195. E. θεῷ γε οὐ μάλα ἐθέλοντι ἦν. Sed adverbium est in spuria illa ad Alexandrum Rhetorica c. XV. 1, 81. Galen. Antid. I. 5, 874. E. Themist. Or. XVI. 209. A. Heliod. I. 23. Procop. Bell. Gotth. I. 7, 525. A. etc.

Mireris autem, adverbium illud ἐθελοντήν Eustathii κολυαναγνωσίαν latuisse, qui p. 1428. 17. magnopere perculsus homerico feminino πρωθήβη, quod ipse, si Homerus fuisset scilicet, πρωθῆβις dicturus erat **), tandem, ut εὐποίητος et εὐποιήτη, similiter πρώθηβος et πρωθήβη in usu fuisse censet — ἴσως δὲ οὕτω πως κλίνεται παρὰ Εὐριπίδῃ

γερουσία, θεραπουσία (pro quo male aliquando θεραπευσία scribitur), a quibus verba oriuntur minime antiqua ἀπουσιάζω, ἐξουσιάζομαι, γερουσιάζω.

*) Demosthenes de Cor. p. 295. neque ἀκοντί neque ἀκοντητί scripsisse potest, quorum alterum Atticis ignotum, alterum ne graecum quidem esse arbitror. In Aristaen. Ep. I. 15. τὴν δεξιὰν ἀκοντὶ προανατείνας ὡμολόγει τὴν ἧτταν, solum probari debet ἀκοντιτί, neque in Dion. Cass. XXXIX. 46, 215. ἀκοντιτὶ ὡμολόγησαν codicum ἑκοντί exhibentium ratio ducenda est; ἀκοντητί in codd. Polyb. I. 83. vetus est error, quem propagavit Hesychius, defendit Abreschius Lectt. Aristaen. I. p. 95.

**) Ne quis hoc Eustathium ex tempore comminisci putet, idem πρωθῆβις cum similibus ἠερόφοιτις, ἀλῆτις, πλανῆτις commemorat Schol. Ven. *I.* 567. *T.* 87.

(immo Sophocli Trach. 1127.) *τὸ τῆς πατροφόντου μητρὸς καὶ παρ' Ἡροδότῳ δὲ* (I. 5.) *τὸ ἐθελοντὴν τὴν Ἰὼ συνεκπλεῦσαι*, quorum ut prius mirabar Schaefero V. Cl. probatum esse ad Trach. p. 342. ita alterum, quod etiam Galeus pro substantivo communis generis habuit, adverbium esse affirmo. *)

Tertia forma *ἐθελοντηδόν* ap. Thucyd. VIII. 95. (unde citat Antiatt. p. 96.) ejusque imitatorem acerrimum Dionem LIII. 8. LVIII. 15. etc. obvia, non ita multos habuit amatores; huic assimulatum *ἑκοντηδόν* Apollon. de Conj. p. 497. de Adverb. p. 611. adeo rarum est, ut ne in Lexicis quidem inveniatur.

De duobus reliquis adverbiis haec annotat Pauwius: „*Ἐθελουσίως* improbat Thomas, *ἑκουσίως* Moschopulus in Sylloge; an quia a participio feminino ducta sunt?" At non sunt hinc ducta. Thomas autem non universe *ἐθελουσίως* improbat, quod Xenoph. Hier. XI. 12. Joseph. Antt. XIX. 3. 939. aliique usurpant, sed in certa formula *ἐθελοντὴς πρὸς τὸν ἀγῶνα χωρεῖ* et similibus *ἐθελουσίως* dici non vult, eadem ille nixus ratione, qua illi, qui *τελευτῶν ἐποίησε τόδε τι* et *ἀκρίτους αὐτοὺς ἀπέκτεινε* et *ὅλος αὐτοῦ ἐγένετο* elegantius dici putant quam cum adverbiis. Verum Moschopulus, quum *ἑκουσίως* negat apud rhetores reperiri, aperte errat; nam et hoc Plato Polit. p. 77. T. 6. de Rep. III. 315. Xenoph. Memor. II. 1, 18. Philostr. V. Apoll. VII. 36. 315. aliique plurimi usurparunt, et *ἀκουσίως*, quod sine illo consistere nequit, Thucyd. III. 31. IV. 19. Plato Rep. V. 6. Dem. c. Mid. 528. Neque tamen dubitari licet, quin persaepe librarii adverbia pro adjectivo et substantivo invexerint, ut in Thucyd. VIII. 68. *ἑκούσιος παριών* plures codd. *ἑκουσίως* dant, eademque diversitas notata in L. III. 43. et in Demosth. Or. c. Timocr. p. 716. pro *τοῖς ἄκουσιν ἁμαρτοῦσι* quidam *ἀκουσίως* scripserunt contra oratoris consuetudinem. Neque *τοῖς ἑκοῦσιν ἐνδοῦσιν* Thucydidis auribus tam ingratum fuisse arbitror, quam suis esse profitetur Poppo Observ. Crit. p. 43.

Denique substantivum *ἐθελοντής* modo cum adverbiis illis modo cum participio commutari solet, ut Reiskius

*) De communi voc. *ἐθελοντής* genere quod tradit Eustathius, id vulgo videtur in compendiis grammaticis hujus et insequentis aetatis propositum fuisse; *κοινὰ ὁ καὶ ἡ ληστής, ὁ καὶ ἡ ἐθελοντής· τὰ δὲ κοινὰ οἱ παλαιοὶ διῃρημένως ἔκλινον, ὁ ἐθελοντὴς καὶ ἡ ἐθελοντὶς λέγοντες* Lascar. Gramm. L. III. m. 8. *Ἐθελοντὶς* Synesium usurpasse ad nostrum locum notat Nunnesius.

pluribus Demosthenis locis, neque tamen omnibus, qui hanc correctionem aut ferrent aut poscerent, ἐθελοντάς pro ἐθέλοντας reposuit; alii aliis restituerunt, partim bene, partim secus; ut in Dion. Hal. Antt. IX. 63, 1922. Sylburgii suasu συνήγαγε τοὺς ἐθελοντάς, πεντακισχιλίους μάλιστα ἄνδρας editum pro ἐθέλοντας, quod in Isocrate imitatus est Corayus ad Busir. p. 172. Non necessariam esse emendationem facile probari potest. Paus. I. 11, 39. σὺν τοῖς ἐθέλουσιν Ἠπειρωτῶν. II. 15, 225. Ἵππασος σὺν τοῖς θέλουσι — φεύγει. qui scriptor etiam L. I. 4, 15. ἐξιέναι σὺν τοῖς ἐλθοῦσι τῶν Ἑλλήνων mihi ἐθέλουσι dedisse videtur (et τοῦ κόλπου τελματώδους ὄντος, non τέλματος). Neque porro Xen. Hell. IV. 4. 209. μετὰ τῶν ἐθελόντων ᾔει ἐναντίον necesse erit ἐθελοντῶν scribere. Θελοντής autem, quod frustra in Lexicis quaeras, extat in Porphyr. Schol. ad Hom. p. 246. Valck. et in cod. Herodo. VI. 92. Atticos ἐθελοντής, ἐθελήμων, ἐθέλεχθρος, atque caetera composita eodem modo scripsisse mihi exploratum est; θέλησις, θέλημα (θεληματικῶς ex Eustath. p. 920. 19, adde Lexx.) atque haud scio an etiam θελητός, quod vir praestantissimus Sophocli reddendum putabat de Metr. p. 533. haec igitur, si fas est ex pauperculis istis Graeci sermonis reliquiis conjecturam capere, non scriptura solum sed toto genere ἀναττικά sunt. Θέλειν autem et ἐθέλειν ut appareat Atticos promiscue usurpasse, en paucula ejusdem generis exempla: ἂν θεὸς ἐθέλῃ Xenoph. Hell. V. 1. 14, Anab. VII. 5. 31. Plato Theaet. 151. D. 194. E. Alcib. I. 127. E. 135. D. Laches 201. C. ἂν θεὸς θέλῃ Lys. c. Agorat. p. 447. Demosth. c. Aristog. I. 770. Aeschin. c. Ctesiph. p. 444. et plurimos Xenophontis locos in Lex. Xenoph. s. v. Θεός indicatos. Itaque, si codicum discrepantiae liberam nobis optionem faciunt, ἐθέλειν (id enim omni ex parte praeponderat,) praeoptandum duco, sed idem Corayum nollem tantum sibi arrogasse, ut θέλειν ex toto Isocrate expungeret. v. Σημ. p. 26. p. 98. p. 110. Non dissimilis illi quaestio est de κεῖνος et ἐκεῖνος, quae Fischerus contendit pari esse apud Atticos honore ad Vell. I. 79. Sed quum κεῖνος post monophthongos et diphthongos potissimum scriptum videam, nunc integrum ᾖ κεῖνο Plat. Polit. p. 61. T. VI. Bip. Rep. VII. 151. X. 305. Legg. I. 12. II. 61. XII. 183. εἰ κείνῃ Rep. X. 305. τὰ κείνου Demosth. π. Συμμ. p. 187. nunc cum coronidis signo, quod impense amant librarii (v. Brunck. ad Arist.

Ὄπιθεν ἄνευ τοῦ σ μηδέποτε εἴπῃς, ὄπισθεν δέ. †)

Pac. 1215.), ἢ 'κεῖνος Plat. Lach. 184. Soph. 258. C. Hipp. Maj. 303. C. Parmen. 147. E. Isocrat. Panath. V. 389. LV. 443. LX. 448. Aegin. 14, 683. etc. hoc igitur quum ita sit, non temere confirmo, hujus brevioris formae usum non tam liberum fuisse, quam illi videtur.

†) Etymologus s. Ὀπίσω, a Pauwio citatus, ex ὀπίσωθεν *) syncopa ὄπισθεν, ex ὄπισθεν vero apocope τοῦ σ ὄπιθεν conflatum esse docet. Pauwius contra ὄπισθεν a futuro communi ὀπίσω, a contracto ὀπιῶ ὄπιθεν derivat; hoc prorsus Pauwianum, illud hactenus probabile est, ut intelligamus, Graecos in fingendis vocabulis non adeo superstitiose, ut omnes apices inter se congruerent, operam dedisse. Neque ideo anquirere vacat, utrum ex ὀπίσωθεν fecerint ὄπισθεν, an, quod mihi probabilius videtur, ex ὄπιθεν, longitudinis efficiendae causa, ὄπισθεν. Comparet mihi aliquis modo illa, πρόσσοθεν, πρόσθεν, ἀπόπροθεν, ἔκπροθεν, ἔμπροθεν **), ἔκτοσθεν, ἔκτοθεν, ἄλλοθεν et ἄλλωθεν (hoc adde Lexicis) Theocrit. Idyll. IX. 6. τουτόθεν et τουτῶθε id. IV. 48. et 10. quae unusquisque videt ad idem exemplar omnia, sed vario, ut sic dixerim, tractu conformata esse. Cognosce jam reliquorum varietatem: *Τὰ εἰς θεν ἐπιῤῥήματα ἀπὸ τῶν ὀνομάτων γενόμενα διὰ τοῦ ō γράφεται, κύκλοθεν, ἰλιόθεν, οὐρανόθεν, πλὴν τὸ ἀμφετέρωθεν, ἑκατέρωθεν, ἑτέρωθεν* (adde ὁποτέρωθεν) Hort. Adon. p. 14. a. Pariter Zonaras Lex. p. 166. et Moschopulus Συλλ. λεξ. ἀττ. post Νῦν: *Τὰ διὰ τοῦ θεν ἐπιῤῥήματα, εἰ μὲν ἀπὸ ὀνομάτων γίνονται, μικρογραφοῦνται, οὐρανόθεν, πόντοθεν, κύκλοθεν. Τὸ δὲ κύκλωθεν* (lege κυκλωθέν) *ἀπὸ τοῦ κύκλω* (lege κυκλῶ) *γινόμενον μεγαλογραφεῖται. Πλὴν τοῦ ἑτέρωθεν, ἀμφοτέρωθεν, ἑκατέρωθεν.* Haec tria componit etiam Apollonius de Adverb. p. 601.

*) Pro hoc apud Eustathium Ἰλ. β. et Phavorinum s. Ὄπιθεν male vulgatum esse ἐκ τοῦ ὀπίσω συγκοπέν, idem notat Pauwius. cf. Apollon. de Adverb. p. 603.

**) v. Brunck. ad Theocr. X. 6. Pauwius negat ὄπιθεν ex ὄπισθεν, abjecto sigma, nasci potuisse, „sic enim pro ἔμπροσθεν etiam dictum fuisset ἔμπροθεν, quod tamen inauditum." Inaudiverunt utique de hoc aliquid veteres Grammatici, v. Hort. Adon. p. 112. b.

et 622. *Κύκλοθεν* *) Lysias *'Απολ. Σηκ.* p. 283. Dio Chr. Or. VI. 216. Quint. Cal. V. 16. Apollon. Lex. Hom. p. 484. Villois. Jul. Afric. Cest. 75. p. 314. a. Nonnus Dionys. XXXVI. p. 597. Codinus de Offic. XVII. 14. Contra *κύκλωθεν* Theophrast. H. Pl. IV. 7. p. 404. Nicet. Annal. L. III. 4. p. 55. D. Schol. Thucyd. VII. 82. p. 305. Lips. Eustath. 1956. 50. quam formam, a Stephano memoratam, adhuc neglexit Schneiderus. Fidem ei facit synonymum *γύρωθεν* Liban. *'Ηθοπ.* p. 1071. T. 4. Constant. Admon. IX. 61. et Anna Comn. Alex. XI. 358. B. et *γύροθεν* eadem L. XV. 480. C. Anonymi Antiqq. Const. I. 14. C. Ceterum quod Grammatici adverbia a nominibus ducta breviari docent, intelligi debet de brachycatalectis; nam in universum servatur vocalis nominativi, *θύραθεν, πρώραθεν, ἠῶθεν*, paucis exceptis. Steph. Byz. p. 568. *Πυθῶθεν διὰ τοῦ ω̄, ὡς Κριῶθεν, καὶ μετὰ συστολῆς, ὡς Λεσβόθεν.* Ita *'Αθηνόθεν* legitur in Anthologia et contrarium *ἀπειρόθεν* propter formam non legitimam ab Apollonio notatur de Adverb. p. 602. Adverbia denique in ο̄ terminantia omnia syllaba finiri longa, praeter *δεῦρο* et *ἄπο*, iidem observant Grammatici, quorum ab altero quod producitur adverbium, modo ο̄ primitivi sui breve retinet, modo in ω̄, quod communis hujus universi generis canon poscit, traducitur. Moschopulus *Συλλ. 'Αττ.* (s. *Τὰ εἰς α*) *τὰ εἰς ω̄ μέγα πάντα ἔξω, πόῤῥω· δεῦρο δὲ καὶ ἀπό μικρόν. ῎Απωθεν δὲ αὖθις μέγα, φωνῆς ἄπωθεν ὀρθίων κωκυμάτων.* ubi inepte editum *αὖθις μεγάλης φωνῆς ἄπωθεν ὀρνίθων κωκυμάτων.* v. Soph. Antig. 1204. Contra venit Suidas in v. *Θεν. 'Από*, inquit, *καὶ ἄποθεν διὰ τοῦ μικροῦ, ἀπωτάτω δέ. ῎Απωθεν* apud scenicos poetas, Aristoph. Avv. 1184. Plut. 674. Eur. Iph. A. 983. Iph. T. 108. indubitabile est; in scriptoribus prosaicis summa deprehenditur lectionum ambiguitas, nata a conflictione duorum illorum canonum **); in uno Thucydide III. c. 111, IV. 115.

*) Platonicum *ῥέον περὶ κύκλῳ* Phaedon. p. 243. Heindorfio admirationi fuit, non recordanti Plutarch. Amator. X. 18. T. XII. *περὶ κύκλῳ δραμόντες.* Ib Aelian. H. An. III. 13. *γενόμεναι κύκλος, in orbem circumsistentes*, legendum est *κυκλόσε*, ut I. 46. In accentu adverbiorum nominalium in *θεν* magnopere discrepant libri editi; nec inter Grammaticos convenit.

**) Mirificam excusationem affert Tzetzes ad Lycophr. 425. *Τὸ ἄποθεν μικρὸν ὂν μακρὸν λογίζεται τῇ τοῦ θ ἐπεκτάσει· σὺ δὲ εἰ τοῦτο μέγα γράφεις, κἂν λέγε* (cave credas Muellero *κἂν λέγῃς*

et 120. ἄπωθεν maximo codicum consensu, ἄποθεν contra II. 81. legitur, utraque lectio VI. c. 7. c. 58. et 77. VIII. 69. in codd. variat. Sic et apud Aeschinem modo ἄποθεν c. Timarch. 152. modo ἄπωθεν c. Ctesiph. 515. vid. Tzschucke ad Strab. T. III. p. 421. Nolo nunc utriusque formae exempla omnia enumerare, quibus colligendis nihil aliud consequutus sum, quam ut intelligerem, in tanta lectionum discrepantia rem ad liquidum confessumque perduci non posse. Quemadmodum autem sine cujusquam offensione ἔξω ἐκφέρειν, ἀνάγειν ἄνω, *extra excedere*, dicitur, ita cum majore abundantia ἀπάγειν τινὰ ἄπωθεν (ἄποθεν cod. Mead.) ἀπὸ *) τοῦ κλέμματος Aeschin. c. Ctesiph. 491. quo exemplo munitur lectio vulgata Xenoph. Anab. I. 8. 14. κατεθεᾶτο — ἄποθεν — ἀποβλέπων, ubi Schneiderus ἄποθεν, ut supervacuum, uncis inclusit. Paus. III. 19. 406. δύο μάλιστα στάδια ἀπὸ τοῦ ἄστεως ἀπωτέρω et c. 55. 459. VII. 27. 343. ubi ἀπό abesse poterat. Venit hic mihi in memoriam Strabonis VIII. 6. 24. p. 283. ἀναστάντες δ' ἐκεῖθεν πρὸς τριάκοντα σταδίων ἔκτισαν τὴν πόλιν, in quo Tzschuckius πρός absolute accipit pro ὅσον, quod propter genitivum admitti nequit. Ut pro πρό saepe scriptum est πρός, accentus nota pro sigma

scribenti), ὅτι ἐκτάσει ἀττικῇ μέγα τοῦτο γράφεται, ὡς τὸ δώτης, πώτης.

*) Pro ἄπωθεν, χωρίς, πόῤῥω, praepositio ἀπό s. ἄπο adverbiascens in notissimis illis ἀπὸ 'θυμοῦ, ἀπὸ καιροῦ, ἀπ' ἐλπίδος, ἀπὸ σκοποῦ, ἀπὸ γνώμης, ἀπὸ τοῦ εἰκότος, quo accentu nunc plerique utuntur. Contraria sunt πρὸς θυμοῦ, πρὸς τρόπου etc. πρὸς θελήσεως αὐτῷ ἦν Niceph. Greg. VIII. 6. 197. E. ἔνθα πρὸς βουλῆς ἐκείνοις ἦν ἀπήγετο Nicet. Ann. XX. 2. 378. B. atque huic similia πρὸς αἰσχύνης ἐστὶν αὐτῷ et πρὸς ὀνείδους ἦν αὐτῷ Liban. Declam. p. 806. T. IV. ubi male ὄνειδος editum. Cf. Bast. Ep. Crit. p. 225. Sic πρὸς ὀνείδους ποιεῖσθαί τι Cyrill. c. Julian. VIII. 219. C. τοῦτο πρὸς ἀτιμίας ἔλαβε Plutarch. V. Cic. XIII. 322. οὐ πρὸς δέους ἐλάμβανον τὴν γειτνίασιν Plutarch. V. Flamin. VII. 476. T. II. λαβὼν πρὸς ὀργῆς τὸν λόγον Joseph. Antiqq. VIII. 1. 413. Male Vaticanus ὀργήν. In Aristid. Or. in Reg. p. 61. T. I. ὃ πρὸς κέρδος τι τίθενται corrige πρὸς κέρδους, sublato pronomine, quod ex sequenti τίθενται ortum. Plutarch. V. Alcib. c. 18. p. 24. T. II. ὀργῇ καὶ φόβῳ τὸ γεγονὸς λαμβάνοντες malim fere ἐν ὀργῇ. Ita certe Polyb. I. c. 31. ἐν χάριτι καὶ δωρεᾷ τι λαμβάνειν. Sed saepe etiam ἀπό pro *secundum, convenienter* ponitur (sicut Latini *ab re esse* dicunt et quod conducit et quod disconducit), ἀπὸ τοῦ συγκειμένου Pausan. VIII. 10. 379. ἀληθείας ἄπο; ut Valckenario placet prae ὑπό, Eur. Androm. 521. ἀπὸ γνώμης Aesch. Eum. 671, atque ipsum illud homericum ἀπὸ σπουδῆς pro σπουδαίως.

Ἱκεσία †) καὶ τοῦτο ἀδόκιμον, ἱκετεία δέ.

---

posita (v. Lennep. ad Phalar. p. 356.), ita hic quoque cod. πρό exhibet, unde facias ἀπό, quae praepositiones confusae sunt etiam in Demosth. Or. c. Aristocr. p. 714. 21. Sed revertamur ad ὄπιθεν, quod et veteres Grammatici doriensi dialecto adserunt et nostri plane negant in oratione soluta ferri posse. Et Koenio quidem in Alciphrone ὄπισθεν reponenti codex Bastii suffragatus est. v. ad Greg. p. 222. Scholiastae Aristidis T. II. p. 153. haud scio an relinquendum sit ὄπιθεν. Neque eum aut primum aut solum peccasse ipsa Phrynichi admonitio manifestum facit. Non incommodum fuerit hoc quoque admonere, in libris id *quod supra dictum est*, ὄπισθεν, *quod infra dicendum erit*, ἔμπροσθεν vocari. ζήτει ὄπισθεν *quaere supra* Hesych. s. Ἴωνες. εἰρήκει ὄπισθεν Niceph. Schol. in Synes. 401. D. Schol. Aristoph. Rann. 1488. Tzetzes ad Lycophr. 425. ὀπίσω εἶπε Schol. Thucyd. III. 49. 469. ἐξ ὧν ἔμπροσθεν λέγει *infra* Triclin. ad Soph. Oed. T. v. 5. pro quo Irmiscus male emendat ὄπισθεν ad Herodian. VII. p. 895. ὡς ἔμπροσθεν δηλωθήσεται Niceph. Greg. VI. 10. 126. C. λέξομεν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν VII. 12. 170. D. VIII. 5. 190. C. Eodem sensu etiam ἔνδον, scil. τοῦ ὕφους, dici solet. φησὶ δ' ἐνδοτέρω *inferius* Diog. La. X. 43. et 44. 621. Apud veteres prius dicta τὰ ἐπάνω, posterius dicenda τὰ ὄπισθεν s. ὀπίσω appellantur.

†) Hoc nomen absque diphthongo pronuntiandum, quia non habet verbum, a quo flectatur, ut ἱκετεία ab ἱκετεύω. Hanc observationem ut alias repetit ad verbum Phavorinus ex Phrynicho, apposito ad extremum nomine Phrynichi, aliquando tamen non exprimit. Idem existimandum de Thoma magistro, qui multa ex Phrynicho descripsit. *Nunnes.* Thomas p. 470. Ἱκεσία καὶ ἱκέτευμα, scripsit forte ἱκετεία καὶ ἱκέτευμα. Sic cum Phrynicho consentit; ἱκετία pro ἱκετεία error est frequens: inde enatum sit ἱκεσία. *Pauw.* Ἱκεσία usurpant Lucianus, Synesius, Philo et alii nonnulli. *Hoeschel.* Phrynichus App. Soph. p. 44. Ἱκετεία διὰ τοῦ τ, οὐ διὰ τοῦ σ, ἱκεσίους μέντοι λιτὰς καὶ ἱκεσίους λόγους. De hoc genere quae a nobis observata sunt, alio loco plene enucleateque exponentur.

Ὑπόδειγμα: οὐδὲ τοῦτο ὀρθῶς λέγεται· παράδειγμα λέγε [a]). †)

Ὠνάμην, ὤνασο, ὤνατο: πάντα ἀδόκιμα, ὅταν διὰ τοῦ ᾱ [b]). *τὰ γὰρ ἀρχαῖα διὰ τοῦ η, ὠνήμην, ὤνησο, ὤνητο.* ††)

---

a) Ed. Pr. et Vasc. pro *παράδειγμα λέγε* concinnius *παράδειγμα δέ.*
b) Ed. Pr. et Vasc. *ἀδόκιμα διὰ τοῦ ᾱ.* Sic et Phavorinus scripsit.

†) Attici in multis a communi consuetudine compositionis discesserunt. *Ὁμόδουλος* enim potius quam *σύνδουλος*, et *νωδός* potius quam *ἀνόδους*, et *ἔκδημος* potius quam *ἀπόδημος* dicendum esse arbitrabantur. Sic *παράδειγμα* potius quam *ὑπόδειγμα*. Legitur tamen hoc posterius in Xenophontis *Ἱππικῷ*. *Nunnes*. *Παράδειγμα* melius quam *ὑπόδειγμα:* hoc sentio, quia *παρά* accommodatius sine dubio quam *ὑπό*. *Pauw*. Hoc *σοφώτερον* haud dubie quam *σαφέστερον*. Theologi eruditi, qui superiore aetate Graecitatem novi Testamenti adversus Atticistarum calumnias vindicare studuerunt, affatim exemplorum collegerunt, sed praeter unum Demosthenis, quod nunc jam necessaria emendatione sublatum est, atque alterum Xenophonteum, de quo et ipso addubito, nullum antiqui et attici scriptoris testimonium proferre potuerunt. Quos praeterea appellant, Josephos, Philones, Polybios, Plutarchos, in hac causa non audiendos esse, juxta mecum omnes intelligunt. Illud perridiculum, quod Trillerus Thomam Magistrum, Grammaticorum christianissimum, quem constat postremo in monasterium sese abdidisse, pro deliro Ethnico habuit, eumque christianae religionis odio ad scribendum adductum fuisse credidit.

††) Cum Phrynicho sentiunt Herodianus p. 451. Thomas et Eustathius, sed Scholiasta Aristophanis, quem Nunnesius et Pauwius, nescio qua incogitantia, huc traxerunt, de *ὠνησάμην* praecipit. Verbi, de quo quaeritur, haec tempora usurpant Attici: *ὀνίνημι* Plato Rep. II. 227. Legg. I. 58. *ὀνήσω* Gorg. p. 125. T. 4. Legg. IX. 5. T. 9. Eur. Heracl. 1044. *ὤνησα* Arist. Lysistr. 1053. *) *Ὀνίνα-*

*) *Ἀντώνησε* Liban. Decl. p. 240. T. IV, quod compositum cum *ἐναπόνασθαι* Philo de Agricult. p. 212. St. Lexicis deest. Apud Menand. Prot. p. 101. *οὐδὲν ὤνησαν, ὧνπερ οὕνεκα ἀφίκοντο* leg. *ἤνυσαν* et in Joseph. Antt. XVII, 6. 845. *μηδὲν τοῦ ἀνύη*

μαι multis exemplis firmavit Fischerus; ὠνίναντο Plato Rep. II. 252. aoristo ὠνήθην, quem Valckenarius Graecis negabat ad Adon. v. 54., Xenophontem usum videmus; sed utique usitatius est imperfectum verbi antiqui ὄνημαι, ὠνήμην Aristot. Rhet. III. 16. 584. Buhl. ὠνήσω Lucian. adv. Indoct. X. p. 15. T. 8. ὤνητο Plato Gorg. p. 557. T. IV. Plut. Consol. ad Apoll. p. 360. T. VII. Aelian. V. H. III. 47. Themist. Or. XVIII. 221. D. Dio Cass. LV. 7. 777. ὤνηντο id. XXXVII. 143. Aelian. H. An. IV. 27. V. H. IV. 21. XIV. 24. quod Perizonius ad h. l. pro plusquamperfecti forma habet, neque refelli potest; perfectum ὤνημαι, cujus mentionem et veteres Grammatici (v. Gramm. Herm. p. 419.) et recentiores praetermittunt, est Liban. Ep. 738. p. 353. Hujus igitur sive imperfecti sive plusquamperfecti ἀορισταίνοντος modos obliquos supplet aoristus a themate liquido Ὄνω ductus, ὠνάμην, quem quidem ipsum praeter Eur. Herc. F. 1368. apud antiquiores non reperi, sed ὀναίμην et ὄνασθαι ita fixa sunt, ut ὀνοίμην Arist. Thesm. 469. et ὄνοισθε Aristaen. Ep. II. 16. p. 82. hic a Mercero, illic a Toupio summo jure sublatum sit. Indicativus vero, de quo uno controversiam movet Phrynichus, postmodo quasi per posticum immigravit, multoque usu celebratus est; ὠνάμην Appian. Bell. Mithr. CXI. 812. Lucian. Amor. 52, 316. T. 5. ὤνατο id. de salt. 8, 128. Philostr. Imagg. II. 32, 857. Paus. IV. 36, 590. ὠνάμεθα Max. Tyr. VII. 125. ὤνασθε Aristid. Or. Plat. II. 310. T. II. de Conc. p. 562. T. I. non raro codicum dis-

σοντος προανασκοπούμενοι pro ὀνήσαντος· quo modo saepius in eodem Josepho erratum est XVIII. 2, 875. 6, 887. Quibus locis ut necesse est futurum participii pro aoristo substitui, ita Corayum arguo in Aes. Fab. 143. p. 343. περιῄει ζητῶν τὸν ἰώμενον praeter causam ἰασόμενον intulisse. Πολλοὺς ἕξομεν τοὺς συναγωνιζομένους Isocr. Symm. 46, 299. et Antid. p. 592. τὸν συμβουλεύοντα χαλεπῶς εὑρήσεις Id. ad Demon. p. 14. Οὐκ ὄντος τοῦ ἀρήγοντος Liban. Decl. T. I. p. 231. οὐχ ἕξουσι τοὺς ὑπακούοντας id. Ep. CCCV. p. 298. C. Δεῖ γὰρ ἀντικαταλιπεῖν τοὺς θεραπεύοντας τὸν θεόν Jamblich. V. Pyth. XVIII. 83. p. 178. Μηδένα ἐλπίζων εἶναι τὸν διακομίζοντα Liban. Ep. CCCXII. p. 302. C. Sed in Aristaeonis loco Stob. Ecl. Ph. I. 21, 430. T. I. Heer. ἑτέρω τινὸς δεηθήσεται τῶ σώζοντος αὐτὰν καὶ κινάσαντος, quem sic scriptum profert Koenius ad Greg. p. 194. κινάσοντος scribi oportet, σώζοντος servari potest. In Liban. Apol. Socr. p. 14. T. III. ταῦτα ἔδει λέγειν, καὶ πρὸς τούτῳ τι ποιεῖν Ἄνυτον, ἢ τὸν γραψόμενον κινεῖν, apparet voculas a me interpositas ἢ τὸν a librario iotacista propter antecedens υτον omissas esse.

Μέχρις καὶ ἄχρις σὺν τῷ σ, ἀδόκιμα· μέχρι δὲ καὶ ἄχρι λέγε [a]). †)

---

a) Ed. Pr. Vasc. tantum priorem partem *Μέχρις — ἀδόκιμα* exhibent.

sensu Plut. V. Pomp. XLVI. p. 194. Galen. de Locc. Aff. V. 2, 481. B. Aelian. V. H. XIV. 24. quae utriusque formae perturbatio in his quidem scriptoribus totam causam ancipitem reddit.

†) *Μέχρις* commode primum collocatum est, quia ex eo τὸ ἄχρις factum, si Eustathio credimus. Thomas (135.) scribit Thucydidem semper haec adverbia adhibuisse extrito σ, etiam si vocalis sequeretur, quum ceteri scriptores vitandi hiatus causa σ adderent, sequente duntaxat vocali. Nec mirum; Thucydides enim magno studio hiatus istos vocalium conquirit, *διὰ τὴν σεμνότητα τοῦ λόγου*. v. Hermog. *περὶ Ἀξιώματος*. Ammonius observat τὸ ἄχρι adverbium esse temporis, *usque*, ἄχρις autem τὸ ἀκριβῶς. Inter hoc et sequens *ἀπέκοψεν* desideratur versus homericus *ἀμφοτέρω δὲ τένοντε καὶ ὀστέα λᾶας ἀναιδὴς ἄχρις ἀπηλοίησεν*, ut ἀκριβῶς ἀπέκοψε Ammonii sit interpretatio homerici ἄχρις ἀπηλοίησε. Vel citavit alium versum Ἰλ. π. *ἀπὸ δ' ὀστέον ἄχρις ἄραξε*. *Nunnes*. Pauwius facilius esse credit corrigere ἄχρις ἀποκοπῇ.

Hanc controversiam, jam diu agitatam (v. Herodianus, Helladius, Moeris, Thomas) componi posse, vix spes relicta est, tum propter incredibilem lectionum utroque nutantium vacillationem, tum quia in tanta utriusque formae similitudine ne summus quidem codicum consensus securos nos ab omni parte reddere posset. Inconstantiae hujus exempla ab ipso paene fonte derivata per omnes rivulos dimanant. Herodo. II. 19. II. 53. *μέχρι οὗ*. I. 181. III. 104. *μέχρις οὗ*. II. 182. *μέχρις ἐμεῦ*. III. 10. *μέχρι ἐμοῦ*. I. 117. ἄχρι οὗ (cod. ἄχρις), quam formam Valckenarius ad L. 1. p. 83. pro ἄχρις, *μέχρις* omnibus locis reducendam statuebat. De Hippocrate non magis liquet, in quo modo *μέχρι οὗ* de Morb. Mul. II. 18. p. 548. Lind. modo *μέχρις οὗ πεπανθῇ* de Morb. I. 12. 548. *μέχρις οὗ πλησθῇ* IV. 6. 601. D. *μέχρις ἀποκαθαρθῇ* IV. 15. 609. E. quos locos non commemorassem, nisi aliquid ad

Ἐπίναι, κατίναι, προσίναι, ἐξίναι, πάντα ἀδόκιμα ἄνευ τοῦ ε̄ λεγόμενα. Χρὴ γὰρ σὺν τῷ ε̄, ἀπιέναι καὶ ἐξιέναι λέγειν καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως. Εἰσιέτω· καὶ περὶ τούτου οὕτως ἔσχε. Λολλιανὸς ἀκούσας, ὅτι χρὴ σὺν τῷ ε̄ εἰσιέναι λέγειν, εἶτα ὑπέλαβε καὶ τὸ εἰσίτω εἰσιέτω δεῖν λέγεσθαι. a) †)

---

a) Ed. Pr. V. *Ἀπίναι, προσίναι, ἐξίναι, κατίναι — — σὺν τῷ ε̄, ἀπιέναι, ἐξιέναι, κατιέναι λέγειν*, omissis ultimis. *Ἀπίναι* probat ob sequens *ἀπιέναι* Pauwius. Favorino cum Ed. Pr. per omnia convenit, nisi quod *λέγειν* in *λέγεσθαι* mutavit.

Huic adjunxi alterum articulum, qui in Ed. Pr. post *εἶτα*, in Nunnes. post *αἱ νῆες* legitur, in autographo cum illo V. *Ἀπίναι* continuatus fuisse videtur, eoque referuntur illa: *καὶ περὶ τούτου οὕτως*. „Deest in MSS. *τὸ εἰσιέναι* reponendum ex Epitome (sic vocare solet Editionem primam) et Phavorino." *Nannes*. Pro *εἶτ᾽ ὑπέλαβεν* scribendum erat *εἶθ᾽* vel *εἶτα*.

minuendum illud particulae *ἂν* desiderium conferrent *). In Thucydide L. I. c. 50. c. 74. c. 109. VI. c. 52. c. 61. VIII. c. 28. c. 58. c. 68. c. 87. *μέχρι* ante vocalem codices, quorum lectiones Editio Lipsiensis exhibet, consensu repraesentant, in aliis permultis, I. 76. II. c. 22. c. 51. c. 46. III. 28. IV. c. 5. c. 16. c. 41. c. 46. c. 90. V. 26. VII. 85. VIII. 42. *μέχρις* et *ἄχρις* vulgatum, altera forma in pluribus codd. servata est, quod Thomae judicium non mediocriter confirmat. Transgredior ad Platonem, in cujus scriptis *μέχρις* non raro legitur, vid. Heindorf. ad Gorg. p. 137. et p. 180. concinentibus partim omnibus codicibus, partim paucis, partim etiam nullis, ut Symp. c. 29. ubi libri Bastii omnes pro *μέχρι* pugnant (Krit. Vers. p. 153.). Nisi igitur Grammaticis caeca fide obsequi placet, (quod ne quis faciat, permulta obstant) utri praerogativa debeatur, in ambiguo reliquendum. Taedet me recentiorum scriptorum inconstantiam ante oculos exponere, quam si satis considerasset Schweighaeuserus, nunquam spem illam temerariam, quam in praefat. ad Appian. p. 112. ostendit, restituendae aequalitatis, animo concepisset, neque per magnam libri partem miserum illud sigma vi et furca expulisset.

†) Hoc nisi haberemus testis oculati indicium, quis unquam animum induceret ad credendum, homines et ortu

*) Thucydidis exempla, a Poppio praeoccupata Observ. Crit. p. 145. nunc praetereo; ex eodem genere sunt *μέχρις ἔλθῃ* Xen. Hell.

et consuetudine Graecos, neque eos infimae dignitatis, eo prolapsos esse, ut *ἀπῖναι* pro *ἀπιέναι* et *ἀπιέτω* pro *ἀπίτω* dicerent? Quis tandem eorum, qui codices veteres typis describendos curarunt, quum tam foedas maculas videret, non illico tacitus vel eluit vel exussit, nullo, ut in re aperta, indicio ad lectores facto? Vel ex hoc licet existimare, quam nihil fallacius nihilque magis lubricum sit hac emendatricis artis, indiscreta veri et falsi similitudine delusae, professione. Ac prioris quidem erroris vestigia paene omnia deleta sunt; *ἐξῖναι* haesit in Machonis versibus ap. Athen. XIII. 43. p. 97. *προΐναι* e cod. Palaeop. in Xenoph. Cyrop. VI. 2. 5. enotatum. In alteram partem longe saepius peccatum est: *προϊέτωσαν* Philo quod deus immut. p. 316. C. *ἰέτωσαν* de Carit. p. 708. et *ἀπιέτω* Geoponn. VI. 11. 452. *προσιέτωσαν* XVII. 15. 1154. *εἰσιέτω* XII. 20. 893. quae Needhamium miror intacta reliquisse, saepe Grammaticis plus justo inservientem; *μετιέτω* Epigraphe Fab. Aesop. Neveleti p. 64. *εἰσιέτω* bis legitur apud Alexandrum Trallianum L. I. c. 13. p. 50. C. 15, 74. *ἐξιέτωσαν* — *ἀπιέτωσαν* Niceph. Bryenn. II. p. 48. qui ibidem loci *ἀνίτωσαν* et mox *ἀπίτω* usurpat.

Eodem modo prima pluralis numeri persona a nonnullis turpiter depravata est. Hesychius ex ordine: *Προσίεμεν, προσερχόμεθα.* *Ἐξίεμεν* cod. Paris. Strab. VIII. 4. 11. et apud eundem saepius *διέξειμεν* V. 122. IX. 535. T. III. *ἐπάνειμεν* VI. 373. eodemque modo *εἴτω* — *εἴτωσαν* Arrian. Tact. c. Alan. p. 100. *ἀπείτω* Joseph. Antiqq. IV. 8. 242 et 243. utrobique Codd. *ἀπίτω*, sed illud rursus p. 248. nulla librorum MSS. discrepantia. Suidas: *Εἴτω, πορευέσθω.* Interim non improbabile est, quod Phrynichus significat, pravam illam imperativi formam ex similitudine infinitivi traductam esse; qui fuit omni tempore fons uberrimus errorum grammaticorum. v. ad *Διδοῦσι* et *Ἐδεδίεσαν.*

Omitto amplum Grammatici locum in Hort. Adon. quem Pauwius affert ad demonstrandum, antiquitus ab *ἴμι, ἴμεν* et *ἴναι*, ab *εἶμι, εἶναι* dictum esse; locus ille legitur etiam ap. Eustath. p. 1664. 10. Sed ineptus est Pauwius,

I. 3, 11. *ἄχρις οὗ ἀφίκηται* Theophr. H. Pl. V. 2. *ἄχρις οὗ λάβωσι* Plut. Defect. Orac. XIII. 322. *ἄχρις οὗ δέηται* de Amor. Prol. III. 77. *ἄχρις οὗ κατασβέσωσι* Symp. VIII. Q. IX. 2, 390. *ἄχρις οὗ συνθλάσωσι* V. Artax. XIX. 410. *μέχρι νομίζωσι* Maxim. Tyr. VI. 94. *μέχρις οὗ πύθωνται* Xenoph. Eph. V. 99.

'Εμπτύει μου a) μηδαμῶς λέγε, ἀλλὰ καταπτύει μου, καὶ κατέπτυσα αὐτοῦ λέγε. †)

Εὐκοίτει: καὶ τοῦτο ἀποτρέπου. ††)

---

a) 'Εμπτύει μοι corrigit Scaliger, cui assentitur Pauwius. „ἐμπτύειν μου, inquit, *nemo unquam dixit, credo, in Graecia; ἐν casum tertium amat, secundum respuit,* πτύειν ἐν-μοί (sic), πτύειν ἐν μοῦ; *sic* καταπτύειν μου *est* πτύειν κατὰ μοῦ." Neque sic, credo, dixerunt homines in Graecia. Pro vulgato μηδαμοῦ edidi ex Ed. Pr. et Favor. μηδαμῶς; λέγε ab iisdem in fine omissum addidit e cod. Nunnesius. Thomas p. 607. Καταπτύω σου: ἐμπτύω σοι δὲ, οὐδεὶς τῶν δοκίμων, veram lectionem a Scaligero restitutam sequens.

quum Nunnesium, qui nihil aliud dicit, quam verbi εἰμὶ infinitivum esse εἶναι, linguam antiquam non intellexisse calumniatur.

†) 'Εμπτύειν τινὶ est oris excrementis aliquem adspergere, sensu proprio, ut v. c. ἐμπτύει τοῖς σώμασι τὸν ἰὸν Galen. de Theriac. ad Pison. L. I. 8. 940. D. T. XIII. ἐνέπτυσε τῷ Φωκίωνι εἰς τὸ πρόσωπον Plutarch. Apophth. Regg. p. 123. T. VIII. ex quo genere sunt Aeliani et Athenaei loci ad Thomam citati. Neque id recte dici negaverit Phrynichus; sed *despuere aliquem,* id vero dicitur καταπτύειν τινός. Utroque sensu usurpatur προσπτύειν. Adde Lexicis συναναπτύω e Galen. de Locc. Affect. IV. 8. 467. A. T. VII.

††) In hoc quamvis suspecto loco consentiunt Edd. Favorinus nos destituit. Verbum εὐκοιτεῖν, nusquam adhuc repertum, sed ad normam factum, non videtur vituperare Phrynichus. Sic σκληροκοιτεῖν dicitur *), et στιβαδοκοιτεῖν, αἰθριοκοιτεῖν, φορμοκοιτεῖν, μονοκοιτεῖν Aristophaneum. Sed si qui fuerunt, qui cubitum euntibus lenem somnum precarentur, hoc εὐκοίτει pro consueto ὑγίαινε (v. Jacobs. ad Anthol. T. X. p. 67.) utentes, id haud dubie Phrynicho molestum fuit. Nunnesii versio: *collocato bene in lecto,* aperte falsa. De ἐγκοιτεῖ ne quis cogitet, obstat accentus.

*) Σκληροκοιτία ex Hippocrate citatum si quis propter fidissimi codicis dissensum suspectum habeat, is utatur Theophrasto de Lassit. p. 464. Galen. ad Hipp. de Nat. Hom. p. 146. T. III. σκληροδίαιτης, quod in dubiis censetur, Gloss. MS. Brunckii ad Aristoph. Nub. 1567. ἀνδρεωνιτεῖν, quod omittunt, Moschio de Affect. Mul. p. 20.

Εὐχαριστεῖν: οὐδεὶς τῶν δοκίμων εἶπεν, ἀλλὰ χάριν εἰδέναι. †)

Ἄρτι ἥξω μηδέποτε εἴπῃς ἐπὶ μέλλοντος, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ἐνεστῶτος καὶ παρῳχημένου ἄρτι ἥκω καὶ ἄρτι ἀφικόμην. a) ††)

---

a) Ed. Pr. *ἐπὶ τοῦ μέλλοντος, τοῦ ἐνεστηκότος* et *τοῦ παρῳχημένου* absque *καὶ* post *ἥκω*. *Pauw.*

†) Pollux V. 141. *εὐχαριστεῖν ἐπὶ τῷ διδόναι χάριν, οὐκ ἐπὶ τῷ εἰδέναι.* Thomas (913.) simpliciter damnat. *Nunnes.* Antiatticistes in Anecd. Villois. p. 79. *Ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν εὐχαριστῶ σοι, οἶδά σοι χάριν, ἔχω σ. χ., γινώσκω σ. χ.* Herodianus p. 441. *εὐχάριστος ὁ ἐπίχαρις, οὐχ ὁ ἐπιδιδοὺς τὴν χάριν, οὐδὲ γὰρ εὐχαριστεῖν λέγουσιν, ἀλλὰ χάριν εἰδέναι.* *) quo etiam spectat Suidae nota: *Ἀχαρίστως, μὴ εὐχαρίστως*; nam *ἀχάριστος* et *ἀχαριστεῖν* probantur. *Εὐχαριστεῖν* pro *gratias agere* ante Polybium usurpavit nemo; de gratia referenda *εὐχαριστεῖν* et *εὐχαριστία* est in decretis Byzantiorum Demosth. de Cor. p. 256. cf. Lennep. ad Phalar. p. 12. sq. qui Pollucem secus interpretari videtur. *Δοῦναι χάριν* non est gratiam referre (id dicitur *χάριν ἀποδοῦναι*), sed gratificari (Aesch. Prom. 827.). Juxta Polybium Posidonius Athen. V. 51. p. 322. Plutarchus de Garrul. VII. p. 105. T. X. Artemidorus III. 14, 269. (ubi leg. *καὶ ἀποδεχόμενον* pro *ὑποδεχ.*) multique praeterea alii, quos sacrarum observationum scriptores citant, *εὐχαριστεῖν* usurparunt. Lexicis adde *ἀντευχαριστεῖν* Porphyr. de Abstin. II. 37. 170. *ἀπευχαριστεῖν* Photius Bibl. c. 80, 197. *ὑπερευχαριστεῖν* Basil. Ep. 335. p. 328. A. et *εὐχαριστικῶς* Philo *quod deus immut.* p. 294. E.

††) *Ἄρτι* et *ἀρτίως*, si originem horum vocabulorum respicimus, tempus quodque proximum significant. Nam ut ab *ἅπω*, *apo* (v. not. ad Aj. 526.) ducitur *ἄφαρ, ἀφαρί*, i. q. *αὐθωρὸν καὶ συνάπτως* Eustath. p. 158. indidemque *ἀπφώ, ἄφνω, αἶψα* (neograecum *ἀψά*) *αἴφνης* et *ἐξαπίνης* **); et ut ab simillimo verbo *ἄγχω* (constringo) *ἄγχι*,

*) De ambiguitate vocabulorum congenerum *εὐχάριτος* et *εὐχάριστος* plura deinde dicentur.

**) Has quatuor formas *ἄφνω, ἐξαπίνης, ἐξαίφνης* et *ἐξαπιναίως* apud Atticos scriptores promiscue, ut cuique libuit, usurpatas esse reperio, vid. ad Thom. p. 320.; *ἐξαπίνης*, quod Stephanus

ἄγχου et ἔναγχος nata sunt, quibus loci et temporis propinquitas subjecta est; similiter verbum ἄρω *arcto* particulis ἄρτι, ἀρτίως, ἁρμοῖ *) significationem temporis arcte conjuncti communicavit. Hanc primigeniam significationem sequutus Euripides ἄρτι usurpavit pro ἄφαρ, αὐτίκα Phoenn. 1168. ῥαφὰς ἔῤῥηξεν ὀστέων, ἄρτι δ' οἰνωπὸν γένυν καθῃμάτωσεν, quod per παραχρῆμα reddit Scholiastes. Alios vero eadem significatione cum tempore futuro conjunxisse docent nos notationes Grammaticorum, Luciani, Phrynichi App. Soph. p. 11. Grammatici Segueriani p. 206. Bekk. Moeridis, Thomae, Nicephori Greg. in Gloss. Minor. Matthaei T. I. pag. 8. **) hunc usum magno consensu improbantium. Neque ullum contrarium exemplum afferre potuerunt ii, quibus haec quaerere cordi fuit, Graevius, Vigerus Idiot. VI. 4. commentatores Thomae et Moeridis. Nam quod Drakenborchius Thomae objiciebat, ἄρτι cum verbo μέλλω junctum reperiri (Eunap. V. Pythag. p. 18. Schol. Venet. *A*. 568.), ab hac causa alienissimum est. Sed sic Appianus Bell. Mithr. LXIX. 745. T. I. ὡς ἄρτι δὴ κριθησόμενος et Aesop. Fab. CXLII. p. 76. Schaef. τεθνήξῃ ἄρτι, pro αὐτίκα μάλα. Ejusdem vero constructionis exempla si qui

Thes. T. IV. c. 17. a pedestri sermone alienum esse putabat, non est, vid. Plat. Rep. X. 337. Demosth. c. Neaer. 1378. Thucyd. III. 89. Aristot. H. An. X. 27, 471. αἴφνης autem, αἰφνηδόν et αἰφνηδά, quo Alexandrini utuntur, apud antiquiores non offendi. Singularis numerus ἐξάπινον, quo Lexica carent, legitur in Hipp. de Affect. 4, 164. Lind. 620. F. T. VII. Charter. quae omnia ab adjectivo prisco ἄπινος orta esse Ilgenius docet V. Cl. ad Hom. H. in Merc. 475.

*) Sic scribi debet hic dativus adverbiascens, non ἁρμοῖ, ex analogia eorum, quae a vocali inducuntur, sequentibus ρμ; quodque Grammatici inter ἁρμοῖ et ἀρμοῖ interesse statuunt discrimen, commenticium est.

**) Idem praecipiunt de particulis νῦν, νῦν δή (quod veteres Grammatici sub uno accentu scribebant, ut et δή νυν) et νυνί, quas negant in futuro tempore usurpari posse; quam ad regulam haec addenda est exceptio, si pro ἄρτι sint posita. V. Thom. p. 633. Νῦν δὴ cum futuro v. Heindorf. ad Plat. Soph. 290. νυνὶ κεκλήσομαι Aristoph. Vesp. 151. Eqq. 485. νυνὶ φρονήσει Eccles. 620. νυνὶ — γενήσεται Isocr. ad Callim. 15, 661. cf. Demosth. de Megalop. 203. 26. c. Pantaen. 984. 3. (hic cod. νῦν) c. Androt. 594. 5. c. Leochar. 1094. 9. quibus Heraclidis canon, a Wolfio probatus ad Leptin. p. 242. redarguitur. Cautior Nicephorus Greg. Gramm. p. 5. ed. Matth. hoc νυνὶ *plerumque* cum praesenti construi affirmat; quae eadem leguntur in Grammaticis Hermanni p. 527.

sibi visi sunt etiam apud veteres vidisse, eos et Phrynichus erroris suspectos habet, et ego locis vitiose scriptis in fraudem illectos puto; qualis locus nuper in Platonis Charmide reperiebatur. v. Heindorf. ad Charm. p. 108.

Attici enim ἄρτι et ἀρτίως usurpant pro *modo, nunc ipsum, gerade, eben,* quibus particulis rem significamus modo ac plane paullo ante hoc tempus, de quo loquimur, vel coeptam vel absolutam, ἄρτι προκύπτω καὶ παίει με, ἄρτι ἀπείργαστο τὸ ᾆσμα καὶ ἀπῆλθεν, ταῦτα ἀρτίως τετέλεστο καὶ παρῆν ὁ διδάσκαλος. Et tacita ad praesens tempus, quo quis loquitur, relatione ἄρτι καθεύδει, ἄρτι γιγνώσκω τόδε, ἀρτίως ἐπίσταμαι, *nunc cum maxime intelligo* *), cui e parallelo nonnunquam adduntur νῦν et πρῷον. „*Pherecrates* ἐν Χείρωσι· Νῦν δ' ἄρτι μοι τὸ γῆρας ἐντίθησι νοῦν, *nostri quoque* nunc nuper." Priscian. Gramm. XVIII. pag. 1190. ἄρτι νυνὶ μανθάνω Aristoph. Lys. 1008. ἄρτι πρῶτον ἀφιγμένος Philo de Vit. Mos. p. 610. B. Euseb. H. Eccl. V. 3. 212. ἄρτι τὸ πρῶτον Himer. Orat. XIII. p. 596. Verum recentiores hoc ἄρτι etiam in praesenti indefinito collocant. Theocrit. Id. XXIII. 26. ἄρτι δὲ χαίρειν τοῖσι τεοῖς προθύροις ἐπιβάλλομαι pro νῦν. Joseph. Antiqq. II. 12. p. 105. ἀφέντες ἣν ἄρτι οἰκοῦσι γῆν. I. 6, 21. Καππαδόκαι μὲν ἄρτι κέκληνται. Similiter ἄρτι et ἀρτίως opponuntur τῷ πάλαι apud Scholiastas Thucyd. VII. 67. Eur. Hecub. 1162. Ἄρτι καὶ πρώην Plutarch. V. Brut. I. 226. T. VI. quem locum citat Schol. Lucian. adv. Indoct. c. 13. p. 15. T. VIII. sed male omissa copula. In partitione ἄρτι μὲν — ἄρτι δὲ, ἄρτι μὲν — ἔπειτα δὲ Plutarch. de Malign. Herod. X. 299. T. XII. ἀρτίως μὲν — νῦν δὲ Liban. T. IV. 704. Polyb. XVI. 28. notavit Thomas.

Ex illa vero temporis circumscripti notione ducitur etiam adverbium ἀπαρτί, de numero ἀπηρτισμένῳ, cui nec deest, nec superest quidquam: ἡμέραι ἀπαρτὶ ἐνενήκοντα, *nonaginta ipsi dies, gerade neunzig Tage, exactly, justement;* ἀπὸ τούτου εἰσὶ στάδιοι χίλιοι ἀπαρτί. Atque eo sensu Grammatici veteres tradunt ἀπαρτί pro ἀπηρτισμένως, τελείως, ἀκριβῶς sumi, quos significatus temere di-

*) Soph. Aj. 677. quod perperam in Lexicis pro *plane, accurate* accipitur. Phrynicho etiam illud assentior (App. p. 11.), ἄρτι et ἀρτίως prorsus indiscreta esse; apud Platonem innumeris locis ἄρτι et ἀρτίως ἐῤῥήθη de pari temporis spatio, et οἱ ἄρτι γεγονότες, τὰ ἀρτίως γεγονότα, v. Heindorf. ad Phaedon. p. 53.

Τέμαχος κρέως ἢ πλακοῦντος ἢ ἄρτου, οὐκ ὀρθῶς ἐρεῖ τις· ἀλλὰ τόμος κρέως ἢ πλακοῦντος· τὸ δὲ τέμαχος μόνον ἐπὶ ἰχθύος λέγεται. a) †)

---

a) Ed. Pr. Vasc. λέγεται extremum non habent; neque Thomas, qui vellunt Lexicographi. Τὸ ἀπαρτί καὶ παρὰ τοῖς ἀττικοῖς συγγραφεῦσιν ἐπὶ τοῦ ἀπηρτισμένως εἴρηται καὶ παρ' αὐτῷ τῷ Ἱπποκράτει Galenus Comm. in II. de Morb. Acut. Vict. p. 65. E. T. XI. Porro ut nos dicimus: *gerade, gerade im Gegentheil,* sic Graeci ἀπαρτί, ἀπαρτὶ μᾶλλον. Pherecrates:

A. *Τί δαί, τί σαυτὸν ἀποτίνειν τῷδ' ἀξιοῖς; φράσον μοι.*
B. *Ἀπαρτὶ δήπου προςλαβεῖν παρὰ τοῦδ' ἔγωγε μᾶλλον.* *)

Huic quid solvere velim, rogas? immo aliquid insuper ab eo accipere me aequum est. Similiter apud Aristoph. Plut. 388. ubi Blepsidemo, dubitanti, ne furti se alligaverit Chremylus, tam longe hic a scelere se abhorrere spondet, ut opibus suis tantum probos et honestos adjuvare cupiat:

Οὐκ ὦ κακόδαιμον· ἀλλὰ τοὺς χρηστοὺς μόνους
ἀπαρτὶ πλουτῆσαι ποιήσω.

i. e. ἐκ τοῦ ἐναντίου, quam significationem Comicos poetas huic particulae adjunxisse docet Grammaticus Bekkerianus l. c. Brunckius, Ἀπάρτι, inquit, *tres codd.; in meo glossa ἀπὸ τοῦ νῦν· in membr. ut vulgo, ἀπαρτί, sensu diverso, quemque minus probo.* An ἀπάρτι s. ἀπ' ἄρτι, i. e. ἀπὸ τοῦ νῦν, quo sensu N. T. auctores utuntur, Attici usurpaverint, magnopere dubito, neque Antiatticistae testimonio in Anecd. Bekk. p. 79. satis confido, ἀπάρτι apud Platonem Comicum prò ἀπὸ νῦν legi affirmantis, qui mihi communiter cum Glossatore Brunckiano aberrasse videtur. Nec ἐςάρτι apud germanos Graecos reperitur. Quod autem quidam voluerunt ἀπαρτί scribi, quando τὸ ἀπηρτισμένον significet, ἀπάρτι, quando pro ἐξεναντίου positum sit, id fieri minime necessarium est, quum eadem sit utriusque significatio.

†) Phrynichus App. Soph. p. 65. τεμάχη μόνον ἐπὶ ἰχθύων,

*) Sic illi versus scribendi sunt in Anecd. Bekk. p. 418. T. I. et Schol. Arist. Plut. 388.

hunc locum ad se transtulit. Pro vulgato τομὸς scripsi τόμος communem Grammaticorum praescriptionem sequutus, quae etiam tum, quum nulla est ambiguitas significationis, observari solet, βοηθός, ἀμοιβός, βοσκός (*pastor* Aesop. Fab. 158. p. 95. Cor. μολπός Hesych. utrumque deest Lexx.) ποτός, φειδός, ταγός, ἀρχός, ᾠδός, ὑπακονός, neque tamen id sine aliqua discrepantia.

τόμους δὲ ἐπὶ κρεῶν καὶ ἐχελίδας (f. σχελίδος). Idem affirmant Thomas et Suidas s. h. v. jam a Petavio correctus ad Synes. p. 8. Eamque regulam secuti sunt veteres ad unum omnes, τέμαχος de piscibus dicentes, v. Valcken. Adnot. in Thom. p. 178. ed. Tittm. τόμος de aliis eduliis; τόμος γαστρός Arist. Eqq. 1179. πλακοῦντος ib. 1190. ἄρτου Neanthes Athen. III. 76. 453. τυροῦ Ephipp. II. 70. p. 251. κρέως Theophr. Char. XII. ἀλλᾶντος Eubulus Athen. XV. 17. 255. Eam legem migravit Philostratus τεμάχη λεόντων, παρδαλέων, συῶν celebrans V. Apoll. I. 21. II. 6. ἄρτου τεμάχιον Niceph. Greg. Hist. Byz. VII. 3. 136. D. συῶν τεμάχη ταριχηρά Nicet. Ann. XX. 5. 582. D. eaque aetate hoc vocabulum indistincte de cujuslibet rei particulis et fragmentis usurpatum est, ἱστίου τεμμάχιον (haec duplicatio satis crebra) Synes. Epist. IV. 162. C. χρησμοῦ id. LXXIII. 220. τῆς ἐπιτομῆς τῶν βιβλίων Ἀρτεμιδώρου Epigraph. in Geogr. Minn. p. 61. T. I. τὴν ῥωμαϊκὴν ἡγεμονίαν συνέβη κατὰ τεμάχια καὶ μέρη πλεῖστα διαιρεθῆναι Niceph. Greg. I. 3. p. 7. A. κατετεμαχίσθη ἡ τράπεζα Nicet. Ann. XIX. 5. 568.

Nunnesius, quum Thomam et Scholiastam Aristophanis commemorasset, *quin et Eustathius,* inquit, τέμαχος *in solis frustis piscium a Comicis usurpari observat; de* tomacinis, *aut, ut alii apud Plinium reponi volunt,* comacinis, *quod non probo, et* tomaculis *s.* tomaclis *idem ne valeant, quod* τεμάχη, *cum ab eadem origine flexa videantur, nemo est, qui dubitet; Varro usus est* tomacinis *et Juvenalis* tomaculis. Scholiastae locum, de quo suspicionem injecerat Nunnesius, Pauwius vitio carere pronuntiat: ἐπὶ ἰχθύων τὸ τέμαχος, καὶ ἐπὶ πλακοῦντος, ἐπὶ δὲ κρεῶν οὐκέτι.

Ἄμυναν μὴ εἴπῃς, ἀλλ' εἰς ῥῆμα μεταβάλλων, ἀμύνασθαι· πάντα γὰρ τὰ τοῦ ῥήματος [a]; *δόκιμα, ἀμυνοῦμαι, ἀμύνασθαι, ἠμυνάμην, ἀμυνοῦμεν, ἀμύνομαι. τὸ δὲ ὄνομα ἀδόκιμον.* †)

Ἀποτάσσομαί σοι: ἔκφυλον πάνυ. χρὴ γὰρ [b]) *λέγειν ἀσπάζομαί σε. οὕτω γὰρ καὶ οἱ ἀρχαῖοι εὑρίσκονται λέγοντες, ἐπειδὰν ἀπαλλάττωνται ἀλλήλων.* ††)

---

a) Vulgo *πάντα γὰρ τὰ ῥήματα.* Pauwius *πάντα τὰ ῥήματος* vel *πάντα τὰ τοῦ ῥήματος* corrigit. Pro *δόκιμα* Ed. Pr. V. *εὐδόκιμα.* Postrema *ἀμύνομαι — ἀδόκιμον* omittunt cum Phavorino.

b) Ed. Pr. V. post *χρὴ* omittunt *γάρ.* Vulgatam *ἀσπάζομαί σοι* cum Pauwio correxi. Apud Favorinum, qui hunc locum transscripsit, *ἀπαλλάχθωνται* legitur.

†) *Ἄμυναν ultionem* converti et verbum *ulcisci.* Novi tamen a Suida atque Eustathio observatum, haec etiam in bonam partem, in referenda gratia usurpari solere. *Nunnes.* Phrynicho subscribunt Moeris (80.) et Thomas (42.) et faciles nos habent ad concedendum. Nam ante Philonem et Plutarchum nullus Graecorum scriptorum hac voce usus reperitur, quam recentiores omnibus paginis offerunt, neque illi solum, qui cum vulgo loquuntur, Zosim. Hist. I. 56. Appian. Bell. Pun. VIII. 73. Bell. Civ. II. 118. Sext. Emp. I. 14. adv. Gramm. V. 237. Aesop. Fab. CXLI. p. 77. Eunap. Sard. Legatt. p. 21. A. sed etiam hi, qui veteris elegantiae aliquam umbram retinuerunt, Philostrat. Icon. V. 869. Galen. de Theriac. L. I. 9, 941. E. Phalar. Ep. XIII. Himer. Ecl. V. 140. Sed hujus quoque vitii semina sparsa sunt in media Attica; nam chlaenam crassam Aeschylus, vel, ut alii volunt, Sophocles, *χειμάμυναν* dixit. v. Wakefield. Sylv. Crit. P. I. 77. Ruhnken. ad Hesych. T. II. 1546. Lexicis adde *Ἀντάμυνα* Theodor. Prodr. *Γαλεομ.* v. 45.

††) Basilius et Gregorius *ἀποτάσσεσθαι τινί* adhibent pro nuntium remittere et jubere valere aliquem. *Nunnes.* Quo sensu II. Cor. 2. 13. *ἀποταξάμενος αὐτοῖς*, eodem prorsus significatu Callisthenes L. II. Metamorph. *δοὺς περιπλοκὰς τῷ γεννήσαντι καὶ ἀποταξάμενος* (quae vox desideratur ap. Plutarch. Parall. Min. V.) *τῇ γυναικὶ Τιμοθέᾳ.* Hoc sensu etiam *συντάσσεσθαι* nonnunquam usurpari docetur scholiis MSS. ad epilogum Orat. Gregor. Naz. in

Σημᾶναι, ἐσήμαναν, καὶ θερμᾶναι, ἐθέρμαναν, καὶ καθᾶραι, ἐκάθαραν: καὶ ταῦτα παρὰ τὴν ἀρχαίαν χρῆσιν διὰ τοῦ ᾱ. Λέγομεν δὲ διὰ τοῦ η σημῆναι, θερμῆναι, καθῆραι.

Ἐφλέγμανε, φλεγμᾶναι: διὰ τοῦ η καὶ ταῦτα λέγεται. a) †)

---

a) Hos articulos, quibus in Ed. Nunn. Διωρία medium interjectum est, in unum locum conjunxi. In secundo Ed. Pr. καὶ ταῦτα διὰ τοῦ η pro διὰ τοῦ η καὶ ταῦτα.

praesentia CL. Episcoporum habita. Illius namque in MSS. epigraphe Λόγος συντακτήριος τοῖς Κωνσταντινουπολίταις, id est, ut Nicetas in duobus Codd. Bibl. Aug. calamo exaratus interpretatur, ἀποχαιρετικός. *) Unde ἡ σύνταξις ibidem per ἀποχαιρετισμόν, quasi dicas valedictionem; sed συντάσσομαι τῷ Χριστῷ per ὑπισχνοῦμαι explicatur; quod annoto, quum Annalium Zonarae T. III. p. 51. vocem illam interpres aliter acceperit. Altera verbi significatio est renuntiare. Hinc ἡ ἀποταξία Epiph. quae aliis ἀπόταξις et ἀποταγή. *Hoeschel.* Nihil certius hoc Phrynichi judicio. Verbum ἀποτάσσεσθαι Atticis ignotum ea aetate viguit, quae Alexandrina dicitur. Apud Philonem, Josephum, scriptores sacros et ecclesiasticos exemplorum abunde est. v. Krebs. Observ. p. 121. Kypke Obss. T. I. 259. Ex nativis Graecis unum aut alterum seculo tertio et quarto hac labe contactum reperimus, v. Jamblich. V. P. c. 28. p. 145. Liban. Declam. p. 511. et 824. T. IV. Alii recentiorum συντάσσεσθαι (v. Dorvill. ad Charit. p. 291.) et ἀποχαιρετίζειν usurpant; hoc e Schol. Eur. Phoen. 996. Valck. inserendum Lexicis.

†) Huic quaternioni Moeris et Thomas addunt ῥυπῆναι, χλιῆναι, ὑφῆναι, Etymologus p. 483. 13. 626. 24. μιῆναι, Constantinus χλιῆναι· quae cum considero, magnopere vereor, ne haec quaestio ad exitum perduci non possit; adeo exemplaria nostra et a Grammaticorum praeceptis et secum ipsa discordant. Neque apparet, utrum Grammatici haec tantum verba, quae nominatim commemorant, an etiam alia huic legi subjecerint, et, sive illa tantum, sive aliquanto plura (omnia certe nullo modo possunt),

*) Plura de hoc Wernsdorfius notavit ad Himer. Ecl. XI. 194.

qua ratione terminationem antiquam et ionicam aliis remittant, ab aliis exigant. Proximum esset dicere, hanc rem aurium judicio regi et in unoquoque verbo anquiri oportere, quae literae antecedant, quaeque sequantur; quo nos ducere videtur Scholiastes Townlejanus ad 'Ιλ. Φ. 347. θερμήνῃ μὲν φησιν, ἀλλ' οὐ ξηρήνῃ διὰ τὸ κακόφωνον. quod cur ita statuat, negat se videre Heynius. Atqui apertum est. Nam ξηρᾶναι, non ξηρῆναι, etiam in oratione pedestri Graeci dicendum putaverunt. v. Thucyd. I. 109. VII. 12. Theophr. Caus. Pl. III. 27. Apollod. II. 1. 9. Diod. I. 10. Lucian. de Dips. I. 140. T. 8. etc. unde apparet, cur Galenus de Comp. Med. p. Gen. VI. 2. 808. A. θερμῆναι καὶ ξηρᾶναι scripserit. Quanquam, si ξηρῆναι displicuit, quid habuerunt, cur σημῆναι probarent et πημῆναι, quo recepto ne πημήνῃ quidem (Plato Legg. XI. 933. C.) effugere potuerunt. Ergo dicendum est, Graecos non vocalium solum sed etiam consonantium praecedentium et consequentium rationem habuisse. Nam ut nihil eos sequutos putem, persuaderi mihi non patiar, quum videam plura esse, quae aut nunquam aut perraro nec sine vitii suspicione terminos suos egrediantur, velut φῆναι, χαλεπῆναι, τεκμήρασθαι, ἀνήνασθαι, τεκτήνασθαι, et ex altera parte δυςχερᾶναι, περᾶναι, κερδᾶναι, quae Fischerus ad Vell. II. 376. falso inter ambigua refert. Cur vero alia aliter terminaverint, nobis, quorum aures ad multiplices Graecorum sonorum gradus clausae sunt, quaerere inconcessum. Σημῆναι in Platonis libris aequaliter scribi notavit Valckenarius, v. Heindorf. ad Phaedr. p. 255. A. eaque forma apud Thucydidem, Xenophontem et poetas scenicos longe lateque dominatur, raro reluctante altera, quam Scholiastes Thucyd. I. 72. vastiorem appellat, v. Eur. Hec. 1215. Xenoph. Anab. II. 1. Hellen. I. 1. Theophr. Char. II. Similiter etiam θερμῆναι plurimis Atticorum locis nititur, Plato Phaedr. 253. E. Tim. p. 378. Aristoph. Rann. 844. Eur. Alcest. 761. et καθῆραι Thucyd. III. 104. Plato Rep. VIII. 218. IX. 27. Legg. V. 221. (755.) VIII. (320.) IX. 916. C. Phaedr. 243. A. Menex. 241. D. Sed καθᾶραι, quod Locellae vel in Xenophonte Ephesio intolerandum videbatur p. 266. inter posteriorum temporum scriptores testes habet aliquammultos, v. Diod. IV. 32. et 69. Dion. Hal. Rhet. XI. 9. Apollod. III. 6, 7. Lucian. Vitt. Auct. VIII. 89. T. 3. Plut. de Garrul. XVII. 118. T. X. de Sanit. p. 402. T. VII. Ari-

Διωρία: ἐσχάτως ἀδόκιμον· ἀντ' αὐτοῦ δὲ προθεσμία ἐρεῖς. a) †)

---

a) Ed. Pr. V. Phavor. *προθεσμίαν ἐρεῖς.* Pro *διωρία* Kuesterus ad Suidan T. I. p. 607. *διορία* corrigit, quod Pauwius recte factum negat. Illud *ἐσχάτως*, inquit, respicit scripturam per *ω̄*, quae prava sine dubio. *διορία* Phrynicho *ἀδόκιμον, διωρία* ei *ἐσχάτως ἀδόκιμον.* Vana haec sunt.

stid. Smyrn. p. 276. T. I. Jamblich. V. P. XVII. p. 170. Liban. Cimon. p. 362. neque raro etiam in ipsis antiquorum scriptis, ipsorum an librariorum arbitrio, interponitur, Plato Legg. V. 220. Xenoph. Anab. V. 7. 35. Dinarch. c. Aristog. p. 79. et, si hunc licet veteribus adnumerare, qui ne aniculis quidem atticis satis atticus videbatur, Theophrastus Char. XVI. de Hist. Pl. IV. 15. IX. 7. Itaque hoc, quod non tam bonitas causae, quam testium ambiguitas tutatur, judicio vel eripi vel surripi patiamur. Veruntamen est quidam in indulgendo modus tenendus. Quis enim vel *φᾶναι* vel *ἐκμᾶναι* non uno adspectu et quasi praeteriens sentiat peregrinitatem redolere? quibus scriptores exteri licenter utuntur, illo Aelian. Var. Hist. XII. 43. Plutarch. Lac. Apophth. p. 191. T. 8. Jamblich. V. Pyth. 34, 246. Zosim. I. 13., hoc Aelian. Hist. An. II. c. 11. In Aristot. H. An. V. 17. 221. non incommode Schneiderus pro *ὑφᾶναι* e MSS. nonnullis *ὑφῆναι* edidit; sed Nicolaum Damascenum hanc correctionem a Corayo adhibitam p. 272. non magnopere desiderare arbitror, quum *ὑφᾶναι* etiam Plutarcho Apophth. Lac. p. 177. Suidae s. *Τιμοκρέων*, Eustathio p. 31. aliisque posteriorum non displicuerit. *Θερμᾶναι* Aristot. de Gener. An. I. 21. 606. A. Geopp. XVII. 17, 1158. Aesop. Fab. 117, 63. Sed de singulis dicere infinitum foret; de universi hujus generis liquidorum conformatione alio tempore ex industria quaeremus.

† Congruit cum his Thomae judicium p. 740. Hesychius et Suidas: *διορία προθεσμία· εἰ δὲ διὰ τοῦ ω̄ μεγάλου, καιρὸν δηλοῖ*, sed apud utrumque tamen *διωρία ἀνακωχή* exponitur. *Διωρία μεγαλογραφούμενον* eo sensu duobus Josephi locis occurrit, quos Schneiderus memoravit in Lexico, et apud Artemid. I. 2. *Διορία* apud Hesych. s. *προθεσμία* et pro *ἀφορμή* Constantin. Porphyr. Admon. XXII. 75. D. *διορίαν εὑρηκώς, occasionem nactus*, et Theo-

Ἀνεῖναι ἐλαίῳ ἢ ὄξει ἢ ἄλλῳ τινί, λέγουσιν οἱ ἰατροί, πάνυ ἀμαθῶς· δεῖ γὰρ διεῖναι λέγειν †).

---

phanes, v. Du Cang. p. 312. quam significationem, cum illa priori arcte conjunctam, Lexicographi omittunt. Pro bihorio διωρία legitur in Novellis Justin. Quod autem Pauwius διορέω etiam pro διορίζω olim in usu fuisse dicit, nulla re nisi Hesychii Glossa fulcitur: *Διωρήσαμεν, διεζεύξαμεν*, pro quo διωρίσαμεν legendum esse inter plurimos consensum est. „Ab illo διορέω est nomen proprium *Διώρης*, ω etiam sumto pro ο. Phavorinus in Lexico hisce aliena interposuit." *Idem.* Apud Aeneam Gaz. Theophr. p. 70. *ὅταν ἡ προθυμία παρῇ, (ταῦτα γὰρ εὖ μάλα προείρηται καὶ τέτακται) διεγείρει τὴν ὕλην·* scribi oportet ἡ προθεσμία.

†) Thomas M. p. 229. Aristidem hoc usum esse addit. Gravior testis est Hippocrates διεῖναι ἐν ἐλαίῳ de Morb. Mul. I. 62. 764. E. ἐν οἴνῳ διεὶς I. 95. 788. τὸ λίτρον διεὶς τούτῳ de Morb. II. 9. 560. D. 561. D. διέσθαι de Ulcer. VII. p. 134. F. T. XII. ὄξει διέμενος Aristoph. Plut. 720. δριμὺ διεὶς ὄξος Archestrat. Athen. VII. 202. T. III. διέντες ἐλαίῳ Aristot. H. A. VIII. 3. 323. ἐλαδίῳ Sotades Athen. VII. 293. quae tum Eustathius p. 1312. 8. tum recentiores Grammatici ad verbum δίημι, cum δίω et διαίνω connexum, referunt, vicinitate verborum διεῖναι et διῆναι (Hippocr. de Morb. II. 9. 561. D. de Intern. Affect. XIII. 648. A.) decepti. Falli eos ostendunt haec: *Διΐεται ῥοδίνῳ* Galen. de Comp. Med. p. Gen. V. 5. 781. A. ὄξει διειμένον Alexis Athen. IV. 69. p. 161. quod Schweighaeuserus falso ab illo δίημι repetit. In extremo hujus poetae versu pro σιλφίῳ πατάξας mirer, si nemini adhuc idem quod mihi in mentem venerit, legendum esse παλάξας i. q. ἐπιπάσας, παλύνας. Quod vero Phrynichus dicit, medicis consuetum esse ἀνιέναι hunc in modum usurpare, multis in locis animadverti potest: ἀνεθὲν ἐν ἐλαίῳ Galen. de Comp. Med. p. Gen. I. 14, 658. D. ἀνιέμενος δι' ἐλαίου II. 12, 691. B. ἀνίων μετ' ὄξους Archigen. de Comp. M. p. G. I. 4, 544. B. II. 2, 383. C. Sed habent isti peccati socios, Arrianum Exp. Alex. VII. 20. p. 459. ἀνεῖναι τὸν κηρόν, Geoponn. L. IV. 7. p. 283. ὀπὸν ἀνέντες ὕδατι, atque ipsum illum Atticismi censorem, Pollucem, qui VII. 165. synonyma ponit κηρὸν τήκειν, λύειν, ἀνιέναι.

Περιέσσευσεν: ἀλλοκοτέρως [a]). *ἐχρῆν γὰρ ἐπερίσσευσε λέγειν.* †)

Σπῖλος ††): *καὶ τοῦτο φυλάττου, λέγε δὲ κηλίς.*

---

a) Ed. Pr. et Phavor. *ἀλλοκότως*, quod Nunnesius praefert, Pauwius improbat.

†) *Περιέσσευσεν* in Commentario Jo. Chrysostomi edito id quidem habetur c. III. Ep. ad Rom. verum in MS. Aug. *ἐπερίσσευσεν*. *Hoeschel.* *'Επερίσσευσε* Thucyd. II. 65. Joseph. Antiqq. XIX. 1. 930. Eccles. III. 19. Photius s. *πρυτανεις*, Georg. Contar. Hist. Athen. L. III. p. 69. *Περιέσσευσε*, quod etiam Herodianus Hermanni p. 313. in vitio ponit, nondum mihi occurrit. Simile verbum *ἐπροτέρησα* simili vitio subjectum fuit Diod. XI. 53. XI. 73. XIII. 68. ubi omnes codd. *προετέρουν*, *προετέρησα* exhibent. *Συνεπιπροθυμεῖτο*, quod in codd. Xenoph. Anab. III. 1. 9. legitur, nihil aliud est quam *συνεπροθυμεῖτο*, quam novitiam formam Schneiderus codicum quorundam auctoritate in Ages. II. 1. pro *προυθυμεῖτο* recepit.

††) Antiquissima hujus nominis memoria est in Lysidis Epist. ad Hipparchum ap. Jamblich. V. P. c. 17. p. 76. si quis eam genuinam putat. Secundum hunc Dionys. Hal. IV. 24. 698. Joseph. Antiqq. XIII. 11. 665. Plutarch. Symp. L. III. Quaest. X. 3. p. 155. T. XI. Lucian. Amorr. XV. 272. T. V. Liban. Decl. T. IV. p. 140. Artemid. V. 5, 67. Ejusdem figlinae sunt *ἄσπιλος* Herodian. V. 6. Gregor. Naz. Or. XVII. 325. A. *κατάσπιλος*, quod Lexicis deest, Porphyr. de Abstin. IV. 7. pag. 315. et verbum *σπιλοῦν* ap. Lucian. l. c. Dion. Hal. IX. 6. p. 175. Heliod. X. 15. Eustrat. in Nicom. p. 22. b. Apud Polybium autem X. 10. pro *σπιλώδης* scribendum est *σπιλαδώδης*. Nam *σπῖλος* pro *σπιλάς* singulare est Arriani Peripl. Mar. Erythr. 153. ac ne Ioni quidem condonatum (v. Hesych. s. v.). Idem ille p. 166. *ταινίαν τραχεῖαν καὶ διάσπιλον* vocat, quod Lexicis addendum. *Σπῖλος* scribitur et rarius *σπίλος* (in Edd. vett. Athen. VI. 19. p. 85.), ut *μῦρον* et *μύρον*, *πῖλος* et *πίλος*, *σκῦλος* et *σκύλος*, *μῦσος* et *μύσος*, *κῦτος* et *κύτος*, quae aliis temporibus et locis aliter appellata videntur.

'Ἀνειλεῖν βιβλίον δι' ἑνὸς λ, κάκιστον· ἀλλὰ διὰ τῶν δύο, ἀνείλλειν.ᵃ) †)

---

a) Exhibui h. l. ut in Ed. Vasc. legitur, nisi quod pro ἀνειλλεῖν scripsi ἀνείλλειν h. e. ἀνίλλειν. Nunnesius edidit — διὰ τοῦ ἑτέρου λ ἐστὶ κάκιστα, ἀλλὰ διὰ τῶν δύο ἀνείλλειν.

†) Acumen Phrynichi in eo, quod εἰλεῖν pro *volvere*; ἀνειλεῖν pro *revolvere*: εἴλλειν pro *vincire*, *constringere*, *claudere*, ἀνείλλειν pro *solvere*, *aperire* sumserit, idque in βιβλίῳ, non in volumine; εἴλλειν et ἴλλειν non differunt graece. *Pauw*. Illud acumen commenticium est; Phrynichus enim non significatum sed scribendi rationem distinguit. Idem in App. Soph. p. 19. 'Ανίλλειν βιβλίον: οἱ μὲν ἄλλοι περισπῶσι τὴν λέξιν καὶ δι' ἑνὸς λ γράφουσι· οἱ δὲ ἀττικοὶ παροξύνουσι καὶ διὰ δυοῖν λλ γράφουσιν. οὕτω καὶ τὸ ἐξίλλειν. Haec antiquior scriptura ea aetate, qua codices nostri confecti sunt, in tantam venerat oblivionem, ut librarii ubique fere in ejus locum εἰλεῖν et ἀνειλεῖν substituerent; quod si iis locis fecerunt, quorum genuinam scripturam Grammatici servarunt, ut in Platone Timaeus Sophista, v. Ruhnk. p. 34. quidni eos idem in aliis quoque fecisse suspicemur? Συνειλοῦντο Xenoph. Hell. VII. 2. 8. οὐκ ἀποπέτονται, ἀλλ' αὐτοῦ ἀνειλοῦνται Aristot. H. An. X. 27. 471. εἰλουμένη Hermes Stob. Ecl. Ph. I. 4, 52. οἱ πρὸς τὰς δίκας εἰλούμενοι, *rabulae*, Maxim. Tyr. XXVIII. 58. (Simillime Plutarch. V. Phoc. XVI. 17. τῶν εἰωθότων κυλινδεῖσθαι περὶ τὴν Ἡλιαίαν καὶ συκοφαντεῖν.) περιειλεῖν Xenoph. Anab. IV. 5. 36. In obliquis temporibus non alia forma uti licet; ἀνειληθέντες ἔς τι χωρίον Thucyd. VII. c. 80. sive potius συνειληθέντες; nam ἀνειλῆσαι in re militari aliam habet significationem a Lexicographis praetermissam, ut v. c. ἀνειλῆσαι τοὺς πολεμίους Philostr. V. Apoll. II. 11, 59. a quo non multum distat ἐξελίσσειν τινὰ Eurip. Herc. Fur. 977. Volumen explicare ἀνειλῆσαι τὸ γραμματίδιον dicitur Plutarch. Consol. ad Apoll. p. 337. T. VII. et frequentius ἀνελίττειν τὸ γράμμα, τὸ γραμματεῖον, τὸ βιβλίον Lucian. adv. Indoct. c. XXVII. 27. T. 8. Aeschin. Epist. IV. 669. Zosim. Hist. II. 36. Socrat. H. Eccl. VII. 46. 394. τοὺς θησαυρούς, οὓς ἐν βιβλίοις κατέλιπον Xenoph. Memm. I. 6, 14. φιλοσοφίας δόγματα Philo de Vit. Mos. p. 610. B. λαβυρίνθους σοφίας Aristid. Or. Plat. I.

Πιοῦμαι σὺν τῷ ῦ λέγων, οὐκ ὀρθῶς ἐρεῖς. πίομαι γάρ ἐστι τὸ ἀρχαῖον, καὶ πιόμενος, ἄνευ τοῦ ῦ. Δίων δὲ ὁ φιλόσοφος σὺν τῷ ῦ λέγων ἁμαρτάνει. †)

---

79. T. I. Rarius est *ἐξειλῆσαι τὴν βίβλον* Lucian. Merc. Cond. 41. p. 265. et *ἐξελίττειν* Synes. Encom. Calv. p. 84. sed affinius ei, quod *ἡ κοινολογία* frequentat, *ἐκτυλίσσειν*. Contrarium vero *κατειλεῖν βιβλίον* Lucian. Alex. XX. p. 38. Apud Paus. VIII. 28. *τελαμῶνι τὸν μηρὸν κατειλημμένον* et IX. 5. 9. *σπαργάνοις κατειλημμένον*, non defini[illegible], utrum *κατειλημμένον*, quod Facius restituit VIII. 8., a[illegible]*τειλιγμένον* praestet, ut *κατειλίξαι* X. 52. *) et *περιειλιγμένος* IX. 39. quo tendit vetus lectio *κατειληγμένον* X. 55. et Plutarch. V. Demosth. c. 24. *ταινίαις κατὰ τοῦ τραχήλου κατελιξάμενος*; ac dubites etiam, utrum IV. 26. pro *ἐπείλυκτο ὥσπερ τὰ βιβλία* cum Sylburgio *ἐπείλητο*, an cum Kuhnio *ἐπείλικτο* praeferas. Sed quod eidem Sylburgio et postea Toupio in Suid. T. I. p. 166. in opinionem venerat, *ἐπείλυτο* scribendum esse, id poesi propius est, ut in hac ipsa formula: *μὴ ταχὺς Ἡρακλείτου ἐπ' ὀμφαλὸν εἴλυε βίβλον* Epigr. *ἀδεσπ.* DXVII. Pro *εἴλλειν*, quod Piersonus pluribus locis excitavit ad Moer. p. 145., non laudo, quod Brunckius Aristoph. Nub. 761. *ἴλλειν* edidit, recentiorem formam a codice oblatam; *ἐνείλλειν* adhuc legitur in Thucyd. II. 76. et *ἐγκατείλλειν* in duobus Codd. Hippocratis de Morb. Mul. II. 75, 839. C. *ἀνείλλεσθαι* Suidas pro *συστρέφεσθαι* affert, cui posteriores vocalem praesonantem subtraxerunt, ut *νείσσομαι, νίσσομαι*, diphthongo ante consonam duplicatam obscurius subtinniente, v. Etym. M. s. *κρείσσων* et hoc aliquanto pleniora Gudianum et Zonarae T. I. 694. *Εἰλόμενοι* Quint. Cal. III. 420. *συνειλόμενος* Hesychius. Aoristum *συνείλας* idem, et Suidas *περιειλάμενος* commemorat. Si quis autem miretur, de mutata ab Atticis vocali (*ἀνίλλειν* pro *ἀνειλεῖν*) non admoneri lectores, pari brevitate infra Phrynichus *ἀλήλιπται* pro *ἤλειπται*, geminata syllaba priore, scribendum esse dicit, non addens etiam illud, tertiam breviari.

†) At Thomas et *πιοῦμαι* et *πιούμενος* dici solere ait, quod etiam Eustathius (p. 1255.) comprobat testimonio

*) Haec forma ne cum Stephano ad poetas relegetur, pluribus locis cautum est; *περιειλίττονται* Plato Protagor. 342. C. *εἰλιγμός* Aristot. H. An. III. 1, 85. quod in eodem libro IV. 7, 159. 2, 142. atque apud alios plurimos *ἑλιγμός* scribitur.

Ἤλειπται καὶ κατώρυκται οὐ χρή, ἀλλὰ διπλασίαζε τὴν φωνὴν ὥσπερ οἱ Ἀθηναῖοι ἀλήλειπται καὶ κατορώρυκται.

Ὤμοκε τελέως ἄηθες. χρὴ γὰρ ὀμώμοκε λέγειν. *) †)

---

*) Uno loco hos duos articulos exhibui, quos Ed. Nunn. interjectu V. Ἀπαλείσομαι disjunxit. Prior in Ed. Pr. omissus est. Phavorinus: Εἴληπται (sic) — — οὐ χρὴ λέγειν — ἀλήλειπται καὶ κατορώρυκται λέγων. Pauwius οὐ χρὴ λέγειν vel οὐ (sic) χρῶ legendum esse conjiciebat, ἀλήλιπται probaturus, nisi διπλασίαζε adesset. Utique ἀλήλιπται legendum est. Pro τὴν φωνὴν Phrynichum τὴν πρώτην scripsisse credam.

Aristophanis: πικρότατον οἶνον τήμερον πιῇ. Fortasse unus erat hic locus ex iis, quibus Orus notam apposuerat; mihi sane unus Aristophanes instar erit omnium Atticorum, dum non ludat, neque carminis causa aliquid immutare cogatur. *Nunnes.* Moeris: *Πίομαι* ἀττικῶς, πιοῦμαι ἑλληνικῶς. *Πίεται* bis apud Aristoph. Equitt. An in illis comici: πικρότατον οἶνον τήμερον πιῇ. Phrynichus forte legit πίῃ? Apud Thomam certe dubito an legendum sit *Πίομαι* καὶ πιόμενος καὶ πῖθι, οὐ πιοῦμαι καὶ πιούμενος καὶ πίε. nam eo pertinet adductus Luciani locus. *Pauwius.* In illo Aristophanis versu Athen. X. 446. E. πίῃ, quod exhibent vett. Edd. cum Eustathio et Gramm. Herm. p. 321., Casaubonus in πιῇ mutavit, Schweighaeuserus πίῃ s. πίει revocavit, cujus longa disputatio mihi non persuadet, Athenaeum ita scribere voluisse; Aristophanem sic scripsisse non repugno. *Πιεῖσθαι* Aristot. Rhet. I. 11. 122. T. IV. Buhl. Aelian. V. H. XII. 49. 176. πιούμενος Plutarch. de Is. et Osir. LI. p. 174. T. 9. Lucian. Dial. Mar. XIV. p. 122. T. 2. Eunap. V. Jamblich. p. 29. πιεῖται Synes. Encom. Calv. p. 72. D. ἐκπιοῦνται Aristot. Rhetor. II. 20. 253. καταπιοῦνται Plutarch. V. Alcib. c. XV. p. 19.

†) Causa hujus geminationis posita est in exilitate verborum, binis aut ternis, ad summum quatuor elementis compositorum. Ac binaria quidem in perfecto, quod dicitur, secundo, ὄλωλα, ὄδωδα, ἄρηρα, ὄκωχα, ternaria autem in primo eam adsciscunt, ὀλώλεκα, ἐδήδοκα, ἐμήμεκα, ἀλήλεκα. Quum autem geminatio syllabae primariae perfecto tempori propria sit et necessaria, non haec solum, quae in Grammaticorum libris enumerantur, hoc brevitatis suae involucro usa sunt, sed multo plura, at-

que haud scio an omnia, quae non nimis crassa essent, hoc est, quae a vocali mutabili inducuntur, sequente consona simplici, eaque in barytonis muta, hoc augmentum recipere potuerunt. *Ἀρήρομαι* et *ὀδώδυσται* apud Homerum leguntur; *ἀρήρυμαι* praestare videtur Hesychius, cujus locus: *Ἀρηρυγμένον, ἀπηντλημένον* sic reformari debet; neque multum absum, quin apud eundem *Ἀνήνυεν, ἐξεπόνει* emendandum censeam *Ἀνήνυκεν*. Ab *ἀρέσκω* non duci aliud potuit quam *ἀρήρεκα*, quo utitur Sextus Emp. adv. Gramm. X. 266. priscum thema *ἀρέω* respiciens. Ex quaternariis huc referenda sunt *ὀρώρεχα*, *ἀρήραγμαι* (Hesychius: *Συναρήρακται, συγκέκοπται.*), *ὀρώρυχα, ἀλήλιφα, ἐρήρικα*, quae non dubium est quin ab *ὀρέγω, ἀράγω, ὀρύγω, ἀλίφω, ἐρίδω* derivata sint. Hic ne quis importunus mihi interveniat, quaerens, cur Graeci, ut ab *ἐρίζω ἐρήρικα*, non etiam ab *ὁρίζω ὀρώρικα*, ab *ἀλίζω ἀλήλισμαι* atque adeo ab *ὀνομάζω ὀνωνόμακα* dixerint, hoc ipsum expresse dico, *ἐρηρισμένος* ab *ἐρίδω* manare. *)

Adultior Graeciae aetas ex his pauca tantum, nescio quo delectu, sibi reservavit, illa ipsa fere, quae a Grammaticis memorantur; sed his paucis constanter et uno modo usa est; *ἐρηρεισμένος* Herodo. IV. 152. Aristot. de Incess. Anim. XI. 166. E. T. II. Dio Cass. LXV. 13. 1669. Galen. de Usu Part. XII. 16. 608. A. Plutarch. V. Lucull. XII. 295. T. II. (*ἠρηρεισμένη* Diog. La. IX. 57. 578. eodem errore quo *ἠληλιμμένη* Nicet. Ann. IV. 5. 78. C.) Haec illegitima (ut hoc utar) forma, quam Grammatici declinandae ambiguitatis causa inductam esse volunt, fieri potest, ut non plus valeat quam *ἀλήλειμμαι*, quod satis saepe tum in texto scriptorum tum in codd. legitur Plat. Rep. IV. 528. Demosth. c. Phorm. 976. Aristot. H. An. V. 17. 220. Joseph. Antiqq. XVII. 10. 856. Dion. Cass. L. XII. 612. Lucian. Reviviscc. XXXVI. 154. T. III. ubi ex arbitrio Solani forma germana rejecta est, Schol. Venet. Γ. 176. Phot. s. *κατακεκρῆσθαι*; sed probabilius videtur diphthongum tunc fuisse retentam, ubi radicalis esset. Haec et reliqua recentiores augmento truncare solent. Sic Aquilas pro Christi nomine, ut erat elegantiae studiosissimus, saepe *ὁ ἠλειμμένος* usurpat, v. Wessel. Observ. I. p. 75. quae forma occurrit in Galen. de Med. Simpl. L.

*) Hac ratione intelligitur, *ἐστηκόμενα* et *ἐρηρότηκα*, quae nunquam sic scripta occurrunt, a Grammaticis (Byzantiis, ut puto) facta esse.

I. c. 20. 49. E. T. XIII. Geoponn. VII. 8. 479. et seqq. Leon. Imp. Orac. v. 115. (in Rutgers. V. Lectt. p. 478.) Tzetz. ad Lyc. 912. ἀπήλειπται Eust. p. 1913. 41. ἐξηλεῖφθαι Plutarch. Symp. VIII. Quaest. VII. 4. 373. ubi e pluribus lectionibus Wyttenbachius deterrimam elegit, ἐξηλίφθαι, ut in Apoll. de Synt. p. 495. συνηλιμμένου et pag. 497. συνήλιπται editum; συνήλειπται Themist. Or. XV. 194. C. (qui, ut in aliis locis Or. III. 43. XI. 144. XXIII. 284. XXVI. 322. fecit, sic in hoc quoque formam perfecte atticam exhibuisse videtur.) συνηλεῖφθαι Schol. Venet. Π. 542. cf. Var. Lect. in Demosth. c. Aristog. p. 791, 12. Poll. IX. 112. Ex eodem genere sunt ἠρειχώς Polyb. V. 6. et Suid. ἠρεισμένος Apollon. de Synt. II. 18. 135. Paus. VI. 25. 226. Xenoph. Eph. IV. 2. 78. quam formam quum modo a librariis (Diod. I. 47. IV. 12. V. 44.) modo ab ipsis scriptoribus cum altera commutari videamus, utra potissimum hac aetate dominata sit, quaerere supervacaneum est. Διωρυχέναι Phlego Trall. Mirab. c. I. 12. ὀρυγμένη (sic) Mechann. vett. p. 100. περιωρυγμένος Galen. Suasor. c. XI. 13. T. II. κατωρῦχθαι Gregor. Naz. Or. X. 240. D. ὤρυκτο Herodo. I. 185. melius mox legitur ὀρώρυκτο. Κατήρειπται (τῆς βάσεως) Nicet. Ann. L. VI. 1. 99. difficile est plerumque a κατέῤῥιπται distinguere. Sed Lennepius Phalaridi Ep. IV. p. 18. et Arriano κατερηριμμένον potius quam κατερηρειμμ. restituere debebat, neque condemnare verbum κατερειπόω. Κατηριγμένος Harpocrat. s. προκώνια, pro quo rectius ἐρηριγμένος Athen. III. 81. 442. (edd. vett. ἐρηρειγμένος.) ἠλεσμένος Galen. de Antid. L. II. 14. 923. A. D. Sic etiam μετήνεκται, ἀπήλεγκται, ὠμοσμένος passim obversantur; ἤνυσται, ἤρεπται, ὕφασμαι nunquam aliter scripta invenias. Sed de hoc postremo quod praecipiunt artis nostrae principes, Herodianus et Phrynichus *), attice dici ὑφύφασμαι aut ὑφήφασμαι (abeat cum ὑφύφησμαι suo Fischerus), indicium facit, Grammaticos, omnis inconstantiae osores, operam dedisse, si possent, sermonem ad aequabilitatem quandam revocare.

*) App. Soph. p. 20. 'Αληλιμμένον λέγουσι καὶ κατορώρυκτο — καὶ ὑφήφανται ἀντὶ τοῦ ὕφανται. Παρύφανται singulari numero Aristot. H. An. IV. 4. 148. συνυφάνθαι Dionys. de Comp. Verb. XXIII. 170. παρυφασμένος Diod. XII. 21. Xenoph. Cyr. V. 4. 48. ἐνυφασμένος Theophr. Char. V. 43. Appian. Bell. Pun. VIII. 66. 389. ἐξυφασμ. Themist. Or. VI. 84. A. καθυφασμ. Euseb. V. Const. M. IV. 7. 630. συνύφαστο Philo de Sacrif. Abel. p. 131. B.

dorum sigma expletivo carere posse rati sunt. Denique duplicem perfecti speciem testantur etiam duo verba, quae Grammatici in hoc loco commemorare solent, κεκέρδακα et κεκέρδαγκα, ἀπέκτακα et ἀπέκταγκα, quorum illa a breviore forma κτάω, κερδάω (ut ὑφάω, ἐλάω *)), haec ab usitatis praesentibus derivata sunt.

Contrario modo peccatum est a recentioribus, quum in βέβαμαι, quod veteres usurpant ut πέπλυμαι, κέκριμαι, sigma inducerent: παραβέβασται Sopater Διαιρ. Ζητ. p. 444. Liban. Argum. in Or. Dem. c. Androt. p. 592. παραβεβασμένον Sopat. l. c. p. 449. ἀναβεβασμένοι Poll. III. 92. ubi codicum unus βεβαμμένον praebet ex altero declinatu sumtum; cujus utriusque vitii vestigia apparent etiam in aoristo, quem alii ἐβάσθην esse voluerunt, cui homericum plusquamperfectum τετάσθην viam fecisse videtur; ἐπιβασθῆναι Schol. Thucyd. VI. 99. p. 159. alii ἐβάνθην, velut a perfecto βέβαγκα, παρεβάνθη Dio Cass. XXXIX. 59. p. 221. συμβανθῇ XLI. 53. 296. παραβανθῇ XLVIII. 5. 8. Reimarus utroque loco (nam medium intactum reliquit) usitatiorem formam recipiendam censebat, cui Fischerus ad Vell. III. p. 48. temere assensum praebuit. Sed Xenophonti non dubito quin pro ἐχαλεπάνθη restituendum sit ἐχαλέπηνε, non quo illud contra regulam factum sit, sed quia praeter necessitatem effictum est. Idem valet de ἐκερδάνθη Eustath. p. 713. et ᾐσθάνθη (Suid. s. συνεῖναι), unde αἰσθανθήσεται ductum Epist. Theanus II. Eodem etiam referendum Zonarae praeceptum, ex Atticistarum scholis derivatum: Ἐφλεγμάνθη οὐ δεῖ λέγειν, ἀλλ' ἐφλέγμηνεν p. 936. Ἀπεκτάνθη ad usum percommodum neque tamen veteribus probatum fuit, quo utuntur Dio Cass. LXV. 4. 1063. Menand. Proton. p. 100. D. Joann. Zonar. Annal. VI. 19. Schol. Eur. Phoenn. 934. Schol. Venet. Γ. 457. **) Anon. Antiqq. Constant. III. 51.

*) Κεκέρδακα igitur, quod praeter locos a Fischero citatos legitur in Liban. Or. p. Arist. p. 443. T. I. Arist. Or. Sic. I. 366. T. I. Dion. Cass. XLIII. 18. 353. LIII. 5. 699., a κεκέρδηκα Schol. Ven. Σ. 59. quid differat, perspectum puto. Hoc rursus comparandum est cum βεβάρηκα, quo utuntur ii, qui nullum aliud tempus verbi βαρῶ admiserunt.

**) Hoc Grammaticis nostris non magis notatum est quam ἀποκτανῆναι, Galen. Theriac. L. I. 16. 956. A. T. 15., quod compares cum attico κατακλινῆναι. Recentiorum Graecorum temeritas quousque processerit, ostendit hoc, quod pro αὐξηθῶ nonnulli, praesens αὐξάνω respicientes, αὐξηνθῶ dixerunt, ut legitur in codd. Demosth. Olynth. II. 19. 18. et Aesopi Fabulis. v. Coray

Ἀπελεύσο[illegible] παντάπασι φυλάττου· οὔτε γὰρ οἱ δόκιμοι ῥήτορες, οὔτε ἡ ἀρχαία κωμῳδία, οὔτε Πλάτων κέχρηται τῇ φωνῇ. ἀντὶ δὲ αὐτοῦ τῷ ἄπειμι χρῶ καὶ τοῖς ὁμοιοειδέσιν ὡσαύτως.

Ἐπεξελευσόμενος ἄλλος οὗτος ἦν Ἡρακλῆς: τοῦτο οὖν ἔσυρεν ἐκ τριόδου Φαβωρῖνος: χρὴ γὰρ ἐπεξιὼν εἰπεῖν· καὶ γὰρ ἐπέξειμι λέγεται, ἀλλ' οὐκ ἐπεξελεύσομαι. *) †)

---

a) Idem hoc loco, quod antea, faciendum putavi, ut duos articulos ejusdem argumenti componerem, quorum in priore Ed. Vasc. ὁμοιειδέσιν praebet, non ὁμοιοειδέσιν (de Ed. Pr. nihil admonet Pauwius). In altero Ed. Pr. omittit ἦν ante Ἡρακλῆς; deinde Vasc. χρὴ μὲν pro χρὴ γάρ.

E. Ex eadem praesentis temporis recordatione nata sunt ἐκλίνθη et ἐκλύνθη, quorum maximum fuisse in sermone vulgari usum, ostendit exemplorum copia summa. Ἀνακλινθείς Plat. IV. 369. recte nunc in ἀνακληθείς mutatum; nec majoris aestimo ἀποκλινθῆναι Demosth. c. Callicl. 1278. 4. Xenoph. Hellen. IV. 1. 30. Sed nimis morosus fuit Schweighaeuserus, qui ἐκλίνθη in Athenaeo IV. 52. 84. ferre non potuit, quod ab eo L. H. 29. 181. incolume relictum est et porro relinquendum erit Plutarcho V. Galb. XXVII. 578. T. VII. Aeliano H. An. II. 2. et similibus. Πλυνθείς Theophr. Caus. Pl. IV. c. 9. Galen. de Med. Simpl. VIII. 19. 4. 255. XI. 1. 31. 309. de Comp. Medd. s. Locc. IV. 1. 424. A. *)

†) Arctioribus Phrynichus, quam necesse erat, finibus hanc regulam circumscripsit; nam non illi solum, quibus principem locum auctoritatemque assignant Grammatici, sed etiam qui minus recipiuntur, Thucydides et Xenophon, hoc vocabulum declinant, quod Homero, Herodoto (I. 142. V. 125. VI. 106.) et Hippocrati (de Morb. IV. 1. 142. de Morb. Mul. I. 11. 756. T. VII.) frequentissimum,

p. 417. et Heusingeri Index. Zonaras Lex. p. 977. ἠδρύνθη, ηὐξύνθη. leg. ηὐξήνθη.

*) Quam cupide hue intret illud N, ostendit aoristus ἱδρύνθη, cujus apud recentiores innumera sunt exempla, apud veteres non rara; v. Aristoph. Danaid. Fr. XII. quem locum sine fraudis suspicione laudat Porsonus Advers. p. 248. Thucyd. I. 131. III. 72. Xenoph. Cyrop. VIII. 4. 10. Aristot. de Poet. 18. 241. Aeschin. Dial. III. 37.

neque a Tragicis prorsus repudiatum ...v. Aeschyl. Prom. 860. Suppl. 538. cf. Schaefer. ad ... Col. 1206. Prosaicos omnes, ὧν τί περ ὄφελος, hac regula comprehendit Pollux V. 155. ἐλεύσομαι Ὅμηρος μὲν εἶπεν, οὐδεὶς δὲ τῶν καταλογάδην δοκίμων· neque ab ea sententia Lysias eum abstraxerit, qui in Or. κατὰ τῶν Σιτοπ. p. 719. primo, quoad recordari possum, inter Atticos exemplo, ἐλεύσεσθαι usurpavit; quem et ipsum librariorum culpa depravatum esse censet Elmsleyus ad Heracl. v. 210. Et Lysias quidem adhuc summum Graecitatis florem adspexit; qui postquam exspiravit, consuetudo illa verborum ex omni genere miscendorum altiores in dies radices egit. Ex infinita copia pauca tantum ex ordine referam: ἐπανελεύσομαι Plutarch. V. Caes. XXXII. ἐλεύσομαι V. Lucull. XVI. κατελεύσομαι Arrian. Alex. VI. 12. μετελεύσομαι Lucian. Navig. 38. p. 189. Fugit. XXII. 525. T. 8. παρελεύσομαι Philostr. V. Apoll. L. IV. 4. 143. et sic scribendum in Dion. Hal. Antt. V. 67. pro εἰσελ., περιελεύσομαι Dio Chrys. Or. IV. 161. Lexicis adde ἐπελευστικώτερον Eustath. Ἰλ. α. p. 7.

In altero articulo Nunnesius quinque prima verba uno ambitu complexus est, significans, Phavorini hic audiri vocem, non Phrynichi; Hemsterhusius contra ad Thom. p. 337. unum illud ἐπεξελευσόμενος ad Phavorinum pertinere putat, Phrynichum autem, quum in antecedente articulo s. Δυσωπία (qui huic in Ed. Nunn. antecedit) Plutarchi mentionem fecisset, huic nunc Phavorinum tanquam collegam et socium erroris adjungere, et in hunc cavillando usurpare illud proverbium: *Ecce alterum Herculem.* Ego vero neque ordinem articulorum a Nunnesio initum pro authentico habeo, neque Phrynichum puto, interjecto illo proverbio, addere potuisse: τοῦτο οὖν ἔσυρεν ἐκ τριόδου. Jure reprehendi futuri istius usum, manifestum est; sed et proverbium illud pervulgatum et e medio sumtum. vid. Liban. Ep. CCCLXXIV. p. 187. Aelian. V. H. XII. 23. Diomed. L. VI. p. 697.

Ἔσυρεν ἐκ τριόδου arripuit ex trivio Ciceronis verbis reddere licet. Scriptor anonymus ap. Du Cangium in Addend. ad Gloss. Gr. p. 2. ὀνόματα καὶ ῥήματα τὰ ἐξ ἀγορᾶς καὶ τριόδου, et Synes. Dion. p. 52. A. de λέξεσι τριοδίτισι loquitur. A. Gell. I. 22. *id dicitur non in compitis tantum et in plebe vulgari.*

Ἀλκαϊκὸν ᾆσμα δι' ἑνὸς ι οὐ χρὴ λέγειν, ἀλλ' ἐν τοῖν δυοῖν Ἀλκαιικόν, τροχαιικὸν καὶ ἀρχαιικόν. [a]) †)

---

a) *Δι' ἑνὸς ι* non sunt in Ed. Pr. quae pro *τροχαιικὸν καὶ ἀρχαιικὸν* habet *ὡς τροχαιικόν*.

†) Nullus est fere locus, in quo usus et consuetudo cum Grammaticorum praeceptis acrius contendat. *Ἀλκαϊκός* Apollon. de Conj. p. 485. 25. Schol. Arist. Rann. 326. Hellad. Besant. p. 957. *τροχαϊκός* Draco p. 59. Eustath. 619. *ἀρχαϊκός* Antiphan. Athen. IV. 59. T. 2. XI. 66. 290. Apoll. de Pron. p. 55. Dionys. de Comp. Verb. 22. p. 155. Phot. Bibl. LXI. p. 105. neque unquam haec secus scripta vidi. Eadem ratione *Θηβαϊκός*, *Οἰταϊκός*, *Κυρηναϊκός*, *Κυμαϊκός*, *Κρισαϊκός*, *Πυλαϊκός*, *Ἑρμαϊκός* (Cyrill. c. Julian. I. p. 30.), *μεσαραϊκός* (Galen. de Locc. affect. V. 8. 502. deest Lexicis) et similia omnia scribuntur cum comitatu suo: *ἀρχαΐζειν*, *συρμαΐζειν*, *ἐλαΐζειν*, *τριταΐζειν*, *Ῥωμαΐζειν*, *Χαλδαΐζειν*, *γενναΐζεσθαι*, eorumque substantivis, quae ne Phrynichum quidem ipsum aliter scribi voluisse dixerim. De illis tamen consentit Thomas, cujus interpretes in re verbosissima mutum tacent, et Lex. Seguer. p. 449. *ἀρχαιικὸν καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα διὰ τῶν δύο ι. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις — καὶ φρονεῖς ἀρχαιικά*, cujus locum nunc *ἀρχαϊκά* occupavit, ut et in Phrynichi App. Soph. p. 22. hunc versum citantis. *Ἀχαιικόν* veteres critici in Homeri carminibus tenendum censuerunt *); eademque forma Brunckius etiam Tragicos infecit; Porsonus *ἀχαϊκόν* praetulit, (id quod prior Hermannus de Em. Gramm. p. 57. probaverat) incertum codicum et Eustathii auctoritate, hanc scripturam *τοῖς μεθ' Ὅμηρον* vindicantis, an ea ratione, quam Elsmleyus in simili quaestione de vocc. *Εὐβοΐς*, *Εὐβοικός* profert ad Heracl. 84. quae

*) Emendatorum pertinaciam vel fregit vel effugit *ἐλάϊνος Ἰλ. Ν.* 612. cui jota suum subtractum esse *ἀττικῶς* non inique patiuntur. v. Schol. Ven. ad h. l. In Aristoph. Acharn. 998. legendum videtur *Καὶ περὶ τὸ χωρίον ἐλαΐδας ἅπαν κύκλῳ* Elsmleyi correctio hujus loci a Maltbyo commemorata ad Morell. p. 296. (neque enim ipse inspexi librum frustra in Argileto nostro requisitum) nisi codicum fide nititur, violenta est.

novo modo Εὐβοῒς etc. scribi jubet. „Diphthongum, inquit, cujus subjunctiva vocalis sit ι, alteri ι nunquam praemittere Atticos satis notum est omnibus.“ Nescio, quid alii sentiant; mihi ille notissimus canon usque adhuc oppido ignotus fuit. Erat haec sane Grammaticorum quorundam opinio a Zonara resuscitata p. 1763. Ὑός ἄνευ τοῦ ι Ἀττικοί· λέγω δὲ ὁπότε ἐν μιᾷ συλλαβῇ φωνήεντι ὑποτέτακται, ἐξαιρεῖ (ἐξαιρεῖται) ὅλως, οἷον μύα (μῦα), ὑός, εἰρηκῦα, πεποιηκῦα, κλάειν καὶ τὰ ὅμοια. ὁπηνίκα δ' ἐν συλλαβῶν διαζεύξει φωνήεντι ἕπεται, γράφεται μὲν, οὐ συνεκφωνεῖται δέ· κάδμη δ' ἀνὴρ ἢ δακῶ παῖδα· quibus nihil sanum inesse affirmat Tittmannus. At perfacilis est correctio: Καδμῇδα, Νηρῇδα, Κωπᾷδα, de quibus nunquam dubitatum est. Sed ad illam sententiam qui transiret, neminem fuisse scio, praeter F. Astium, virum doctissimum, in libris Platonicis hanc scribendi rationem Eustathii auctoritate sequentem, v. Nott. ad Remp. p. 401. qui si constare sibi voluisset, etiam πεποηκῦα et reliqua similiter scribere debuisset. Apparet autem, Grammaticos, qui ὑός probarent, ad exemplum atticorum vocabulorum ἀετός, κλάω, omnia similia accommodare voluisse, atque jota, quod non aliquando per se ipsum audiretur (ut ῥᾴδιος, ῥηΐδιος), prorsus ἀνεκφώνητον judicasse. Sed neque haec παράδοσις consuetudinis auctoritatem obtinuit, neque altera potior praecepti pars (de Νηρῇδες, Καδμῇδες) hanc vim habuit, ut in soluta oratione Atticorum ᾐών (Thom. 429.), ᾔθεος et similia, quibus hodie jota subscribimus, regulae congruenter scriberentur. Valde autem aveo scire, quid Elmsleyus innumeris illis contrariis exemplis facturus sit, μελοποιία, παιδοποιία, ἱεροποιία (quae non ignoro aliquando a librariis perverti), quid de ἀστεϊσμός (ἀστισμός a nonnullis scribi refert Zonaras), de οὑτοιί, de υἱίδιον constitutum habeat, quod Stephanus de Dial. Att. p. 192. falsa, quam sibi induerat, persuasione delusus, metro adversari credebat. Igitur donec docti Britanni sententiam rescivero, βασεῦμαι ἐμὰν ὁδόν. — Ἀχαϊκός plerisque quidem scriptorum atticorum et exterorum locis legitur, Herod. VIII. 73. Thucyd. II. 86. V. 52. Xenoph. Hell. IV. 3. 9. Aelian. V. H. I. 17. Paus. II. 8. V. 12. et constanter in Strabone, nisi quod cod. Mosq. nonnunquam ad epicorum similitudinem revolvitur, v. not. ad VIII. p. 216. rursus Ἀχαιίς Strabo I. p. 121. (Aesch. Pers. 400. S. c. Th. 28. Brunck.), sed Ἀχαΐδες Isocr. Panath. 15.

402. pro quo in cod. Paris. Ἀχαΐδες legitur; approbante Corayo, cui illud adeo Aeolicum videbatur Σήμ. p. 184. Πειραϊκός Plut. V. Syll. XIV. 19. Synes. Ep. 54. 190. B. Contra Πλαταιικός crebrius est quam Πλαταϊκός, Herodot. VIII. 126. IX. 25. Lysias Apol. Sim. p. 138. Plutarch. de Malign. Herod. XXX. 328. T. XII. sed neque hoc mutationis expers; Πλαταιΐς Herodot. IX. 25. Thuc. II. 71. et 74. III. 58. (τὴν Πλαταιΐδα Θηβαΐδα ποιήσετε) Paus. I. 58. (restitutum e duobus codd. pro Πλαταΐς) II. 6. IX. 2. X. 5. Polyaen. VI. 19. 206. Ἀναιίτης Thucyd. III. 19. Sed haec paucula obruuntur contrariorum exemplorum multitudine, Θηβαΐς, Κωπαΐς, Ἀθηναΐς, Φωκαΐς, Ἐλαΐς soror Oenotroporum, Κωπαΐτης, Ἀθηναΐτης, σπηλαΐτης. De his pluribus locis admonet, sed nihil decernit Stephanus Byz.: Τύμφη, Τυμφαϊκός, Τυμφαιΐς, ὡς Ἀχαιΐς. Idem: Νύσα, Νυσαιεύς καὶ Νυσαεύς ἄνευ τοῦ ι. Idem: Ἡραία, Ἡραιεύς λέγεται καὶ χωρὶς τοῦ ι, ὡς Νικαεύς — Φώκαια, Φωκαεύς καὶ Φωκαιεύς καὶ Φωκαΐτης etc. Est etiam in his gentiliciis in ευς summa lectionum discrepantia. Sed in re tam variabili nolo plus temporis consumere exemplis. Si vero poetarum numeros scrutamur, in eadem varietate sunt. Nam modo in Ἀχαϊκός, ἀρχαϊκός, Λαμαχαϊκός, Πλαταΐδης, κεραΐδες, alpha ex diphthongo αι relictum producunt, modo eandem vocalem in Νικαεύς, Πειραεύς, Ἀλκαΐδης, Πειραΐδης, ληναϊκός Posidipp. Athen. X. 415. E. Πειραϊκός Theodor. Ep. IX. Κωπαΐδες Arist. Pac. 1005. cf. Acharn. 883. 960. ἀναρχαΐσας Dioscor. Ep. XXIX. et similibus corripiunt, id quod fieri posse omnino negabat Bentlejus ad Horat. I. 5. Porsonus autem ad Hec. 291. vocabulis non atticis concedere videtur. In eadem sententia Phrynichum fuisse dixerim, eamque rationem habuisse, cur Ἀλκαιικός, ἀρχαιικός scribi vellet (ut αἰδοιικός scribitur), quum alpha istud, nisi adsonante jota stirpitus insito, non crederet pro longo valere posse. *) Alii vero contra haec canonem illum de longitudine literae ᾱ ex αι relictae (v. Apollon. de Adverb. p. 600. Draco p. 13. Etym. M. et Gudian. s. Ἄνεως et Αὐτάρ) hunc igitur canonem ad ex-

*) In accentu aeolicorum vocabulorum ἀρχάος, Ἀλκάος libri editi sibi non constant; quod Corayus tradit ad Isocr. p. 61. Eustathium ea προπαροξυτόνως scribi dixisse, falsum est. Tyrannio quum Πειραΐδης scriberet per diphthongum, v. Schol. Ven. Δ. 228. alpha breve judicasse videtur.

Νηρὸν ὕδωρ μὴ εἴπῃς, ἀλλὰ πρόςφατον, ἀκραιφνές. a) †)

---

a) Paullo turbavit hunc locum Phavorinus: *Νηρὸν ὕδωρ· μηδαμῶς πρόςφατον, ἀλλὰ ἀκραιφνές*, quae Pauwius monet ad hunc modum transponenda esse: *Νηρὸν ὕδ. μηδαμῶς, ἀλλὰ πρόςφ. ἀκρ.* Nunnesius, commemorato Ammonii loco, quo *νεαρὸν* proprie aquam recens haustam dici confirmat, *hoc*, inquit, *secutus Phavorinus fortasse dissentit a Phrynicho, nisi locus Phrynichi mendi suspectus sit; in MS. ita, ut edendum curavimus, legitur.*

cusandam hujus formae longitudinem ex simili genere vocabulorum transtulisse videntur. Videntur, inquam; nam verborum, de quibus hic quaeritur, nominatim ponunt nullum. Verum utcunque haec accipientur, quae fortasse alius uno momento addito quadrabit, illud mihi recte sumere videor, Ori *ὀρθογραφίαν περὶ τῆς αι διφθόγγου κατὰ Φρυνίχου*, a Suida commemoratam, ad hunc eclogarii nostri locum pertinuisse.

†) Pauwius censet, aliud esse *νηρόν, ναρόν, humidum*, a verbo *νέω, νάω*; aliud *νηρόν* a *νεαρόν* contractum, ut *νεάτη, νήτη*, eoque sensu *ἡμίνηρον κρέας* ap. Etym. s. *ἡμινέαρον* usurpari. Illud etiam *ναρόν* dici in Sophoclis versu *πρὸς ναρὰ δὲ κρηναῖα χωροῦμεν ποτά* ap. Etym., in quo pro: *καὶ ἴσως ἡ συνήθεια τρεψαμένη τὸ ᾱ εἰς ε̄ νερὸν λέγει*, emendari vult, *τὸ ᾱ εἰς η̄, νηρὸν λέγει.* Errat; nam eodem modo ista scripta sunt in Etym. Gudiano (citato olim Brunckio Soph. Lex. p. 731.) et *νερόν* hoc sensu novelli Graeci usurpant. v. Stapel. ad Theophr. p. 484. b. *Ναρὰ Δίρκη* Aeschylus dixit ap. Phot. s. v. et hodie illi Melanem fluvium *Mauroneri* appellant, v. Spon. Voyag. T. II. p. 268. ex eoque etiam *Νηρίτην*, piscem natatorem, qui et *Anarita* dicitur, nomen accepisse ferunt. Pro *νεαρός* posuit Xenocr. de Vict. Aquat. XX. 57. *παλαιοὶ ἢ νηροὶ κτένες*, ubi cod. Val. *νεαροί*. *Ὀξύμελι νηρόν* Diphil. Athen. II. 59. 235. Eoque fortasse referenda est Hesychii Glossa *Νέρας, νέος; νηρῶδες* e Galeni Glossar. addendum Lexicis. Antiquitatem hujus vocabuli, quod primitus de aqua viva et jugi usurpatum, hinc ad carnem vivam, aliasque res recentes traductum est, testatur nomen *Nerei* et hebraicum *Nahar*. *)

Ἀκραιφνὲς ὕδωρ Aristophanem dixisse auctor est An-

*) Hic mihi in mentem occurrit conjectura de Theocriti Idyll. XIV.

Ποῖ ἄπει: συντάσσεται οὕτω διὰ τοῦ ι· ποῦ δὲ ἄπει, διὰ τοῦ υ, ἁμάρτημα. Εἰ δὲ ἐν τῷ υ, ποῦ διατρίβεις. a) †)

---

a) Ed. Pr. ἐν δὲ τῷ υ. Phavorinus: οὕτω συντάσσεται διὰ τοῦ ι et ἐν δὲ τῷ υ. Nihil refert. Stephanus Byz. s. Ἀλίαρτος, Ἀρμενίδας ἐν τῷ ρ. v. not. ad Lucian. Tragodop. p. 268.

tiatt. Bekk. T. I. p. 79. id quod Homerus fere ἀκήρατον appellare solet; αἷμα ἀκραιφνές Philostr. Imagg. II. 9. 815. De πρόςφατος suo loco dicetur.

†) Thomas multis testimoniis confirmat, ποῖ et πῆ in motu dici; ποῦ vero in statu; quamvis, qui Dorice loquuntur, τῷ ποῦ, ut annotat Ammon., motum e loco declarant, etsi illi non ποῦ sed πῶ more suo usurpent. Observat Schol. Aristoph. τὸ ποῖ, sicubi in statu dicatur, κατὰ παράχρησιν positum esse. *Nunnes.* Anceps est in plerisque locis discernere, quid scriptorum arbitrio condonandum, quid librariorum negligentiae tribuendum sit. Et quum ὅποι γῆς ἐσμέν Aristoph. Avv. 9. et ὅποι λήσομεν Eur. Iph. T. 119. soloeca videantur, tamen nemo intercedet, quominus ποῖ πατὴρ ἄπεστι γῆς (Eur. Herc. F. 74.) et contra: ἀπορία ἦν, ποῦ ποτε προβήσοιτο ἡ τοῦ μέλλοντος κακοῦ τελευτὴ (Alcidam. Ulix. et Palam. p. 66. T. VIII.) et similia similiter dicantur. Hoc postremum significat ποῖ προβήσεται καὶ ποῦ τελευτήσει τὸ κακόν, estque haec solemnis anticipatio. Sic ποῖ λήξει ἡ τοσαύτη ἀναισχυντία Aeschin. Ep. X. 684. nihil aliud est quam ποῖ προβήσεται καὶ ποῦ λήξει. Lucian. Amorr. 47. 310. T. V. ὁ φιλίας ἔρως ἄχρι θανάτου συνεξέπνευσε, pro ἄχρι θανάτου ἔμεινε καὶ

v. 38. non levis, ut spero, neque fallax. Antiquitus vulgatum est τήνῳ τὰ σὰ δάκρυα μᾶλα ῥέοντι, cui lectioni Toupius speciem quandam fictae elegantiae conciliare studuit, Musgravius autem et Jacobsius jam dudum renuntiarunt, μάχλα s. μάχλε praeponentes, adstipulante Fr. Graefio Ep. Crit. p. 59., nunc aliud substituam haud paullo melius: τὰ σὰ δάκρυα λαρὰ ῥέοντι, adjectivo per epexegesin subposito. Etymologus p. 554. 33. Λαδρέοντι, παρὰ τὸ λα καὶ τὸ ῥέω, μεγάλως ῥέοντι· καὶ πλεονασμῷ τοῦ δ. quem Ruhnkenius Ep. Crit. I. p. 86. putat hoc monstrum verbi ex vocibus ἄλαδε ῥέοντι finxisse. Multo credibilius est lectionem a nobis restitutam huic commento occasionem dedisse. Ex λα ῥέοντι quomodo λαδρέοντι prodire potuerit, non obscurum est similitudinem literarum Λ et Δ intuenti.

θανοῦσι συνεξέπνευσε. Euseb. Or. de Laud. Constant. M. XIII. 754. οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστησαν, breviter pro οὐδὲ μέχρι τούτων προελθόντες ἔστησαν. Themist. Or. VIII. 111. C. οὐδ' ἄχρι τῆς λοιδορίας ἔστησε τὴν ὀργήν. in quibus omnibus apparet celeritate dicendi omissum esse verbum antecedens, quod cogitatione comprehenditur. *)

Sed Phrynichum improbasse puto, si quis ita diceret: ὅποι ποτ' ἂν ὦσι γῆς Themist. Or. XXVII. p. 331. A. ὅποι ποτ' ἂν διατρίβῃς Or. IX. 125. D. ὅποι γὰρ ἂν αὐτοὺς καταλάβῃ Aelian. H. An. IX. 42. ὅπῃ ποτ' ἂν ὦσι Appian. Bell. Civ. II. 57. 224. ἄπυστος ὁποιδήποτε κείσομαι Aeschin. Dial. III. 36. et contra ἄγεται ὅπου ἂν τις ἐθέλῃ Aristot. H. An. IX. 9. 364. ποῦ διέβης Himer. Ecl. XXIII. 774. qualia plerumque corrigere solent viri docti. Sed magna pars anticipatione illa excusatur, cujus vis in omnibus fere adverbiis loci cernitur; ut cum οἴκαδε pro οἴκοι, ἐκεῖσε pro ἐκεῖ usurpant. Οἴκαδε ἔχειν, οἴκαδε μένειν, quod Corayo (ad Heliod. p. 41.) ambiguum est utrum corrigendum an excusandum dicat, non Lucianus solum et Heliodorus dixerunt, sed etiam Phalar. Ep. CXLIII. κατέχειν οἴκαδε τὸν παῖδα et Zosim. Ascal. Vit. Demosth. p. 149. et ipse Xenophon τὰ οἴκαδε pro τὰ οἴκοι dixisse reperitur. Altero nihil frequentius: οἱ ἐκεῖσε οἰκέοντες Hippocr. de Vict. San. II. 2. p. 35. Mack. Thucyd. VI. 77. neque solum post articulum, sed etiam: ἐλάττω εἰσὶν ἐκεῖσε τὰ θηρία Aristot. H. An. IX. 15. 373. ubi ne quis τὰ ἐκεῖσε θηρία corrigendum putet, addam hoc Olympiodori in Meteor. p. 9. a. περὶ βροντῆς ἦν ἐκεῖσε ὁ λόγος, et Herodian. I. 6. 8. μή τις ἐκεῖσε προκαταλάβοι τὴν βασίλειον. Contra ἐκεῖθεν pro ἐκεῖσε positum est vi attractionis Aelian. V. H. XIV. 33. ἐπανῆλθον ἐκεῖθεν ὅθεν ἐπράθην, **) cui hoc est geminum exemplum Sext. Emp. adv. Phys. p. 655. ἐκ τοῦ ὅθεν ἦλθε τόπου ἀποκρουσθήσεται pro εἰς

*) Eadem ratione defenditur ἕως θανάτου ἀποκτείνειν Antig. Car. Mirab. c. 18. de quo dubitatum est.

**) Plerumque adverbium demonstrativum omittitur, ἐξαγομένους ὅθεν εἰσῄεσαν Anna Comn. XIII. 383. D. ὅθεν ἀπελίπομεν ἐπανέλθωμεν Plato Phaedon. 97. Heind. ὅθεν ἀπελίπομεν ἀναλάβωμεν αὖθις Galen. de Us. Part. I. 9. 291. C. αὖθις ἐπάνιμεν ὅθεν λέγοντες ἀπελίπομεν I. 14. 296. E. ἀρξάμενοι ἀφ' ὥνπερ ἀπελίπομεν Strabo VIII. 5. T. 3.) ἐπάνειμι δ' ὅθεν ἐπαυσάμην Aristid. Panath. p. 116. T. I. His omnibus locis ἀπέλιπον, ἐπαυσάμην, posita sunt pro ἐξέβην (Xenoph. Hell. III. 2, 21.) vel ἐξετραπόμην (Scylax Peripl. p. 19.). Horum aliquid excidit in Theophr. Caus. Pl. VI. 5. ὅθεν δ' ὁ λόγος, ἐκεῖσε ἐπανιτέον.

"Έκτοτε κατὰ μηδένα τρόπον εἴπῃς, ἀλλ' ἐξ ἐκείνου. Ἀπόπαλαι, ἔκπαλαι, ἀμφοῖν δυςχέραινε. ἐκ παλαιοῦ γὰρ χρὴ λέγειν.ᵃ) †)

---

a) Rursus duos articulos in unum conjunxi; in secundo Ed. Pr. δυςχεραίνω exhibet.

τὸν, ὅθεν ἦλθε, τόπον. Thucyd. I. 158. διεκομίζοντο ὅθεν ὑπεξέθεντο. v. Matthiae Gramm. p. 655. Ut hic adverbio ὅθεν adverbia diversi generis ἐντεῦθεν et ὅπου comprehenduntur, ita Aeschines Fals. Leg. p. 287. παρ' ὧν μὲν βοηθεῖς οὐδεμίαν λήψει χάριν, diversos casus conjunxit.

†) Prudenter Phrynichus, quum intellexisset, nihil de universo genere pronunciari posse, tantum, quantum usu cognoverat, pro certo posuit, ἔκπαλαι, ἀπόπαλαι et ἔκτοτε apud bonos scriptores non reperiri. Quod cur ita sit, qui explicare conantur, neque ita anguste contrahere possunt rationem, ut nihil abundet et circumfluat, neque ita dilatare, ut omnia complectantur. Velut Herodianus adverbia temporalia cum praepositionibus componi negat; cui consentit Servius ad Aen. VIII. 284. *Abusque et adusque usurpative dicimus; praepositio enim nec adverbio adjungitur, nec praepositioni.* Pauwius autem statuit, eas praepositiones, quibus articulus non possit apponi, non recte jungi cum adverbiis; ideoque ἔκπαλαι non malum esse judicat, quia ἐκ τοῦ πάλαι dicitur, ἔκτοτε autem improbat, quod τὸ τότε nemo dixerit unquam, atque τότε ipsum articulus sit indole sua. Sed hic vel eo refellitur, quod ἔκπαλαι nunquam apud veteres, εἰς τότε saepissime reperitur. Mihi hic pluribus verbis utendum est. Primum in oculos incurrit, adverbia loci potissimum cum praepositionibus localibus componi partim ex eodem genere, sic ut nulla existat sensus mutatio, ὑποκάτω, ὑπεράνω, modo e disparibus, sic ut praepositio adverbii localis significationem per se non satis definitam ad certam σχέσιν revocet, ἔμπροσθεν, i. e. ἐν τῷ πρόσθεν, κατόπισθεν, ἐξοπίσω, εἰςοπίσω, i. e. εἰς τὸ ὀπίσω. Quemadmodum vero post verba motum e loco significantia saepe per consequentiam quandam adverbium ejusdem σχέσεως additur, (v. c. μεταφέρων τοὺς ἐκεῖθεν) ita vi anticipationis adverbiis praefiguntur praepositiones, pares paribus; hoc est, adverbiis motum e loco significantibus praeposi-

tiones ἐκ, παρὰ, ἀπό, adhibentur, ἐξόθεν, ἐκτόθεν (quod male cum ἔκτοθεν confundunt), ἐξ ὁμόθεν, ἀπεντεῦθεν, παραυτόθεν, *) ex quo genere plura suscepit pedestris sermo, substantiva autem sic composita (κατάκρῆθεν, ἐκδιόθεν) poetis relicta sunt, ac ne Tragici quidem, praeter ἐξ οὐρανόθεν, (quod Sophocli servandum, Euripidi reddendum est Hel. 1556.) facile admiserunt. **) Contra adverbiis commorationem in loco significantibus adhaerescunt praepositiones ἐπί, κατά, παρά, καταυτόθι, ἐπ' αὐτόφι, παρ' αὐτόθι, παρεκεῖ, quod Lexicis addendum e Suid. s. ἐπέκεινα. Denique ἐς et ἐπί adverbiis motum in locum designantibus, ἐςοπίσω, ἐπιπρόσω.

Quid autem horum omnium erudita antiquitas receperit, non internis eorum notis et vestigiis judicari, sed tantum exemplorum copia vel inopia ad verisimilitudinem quandam aestimari potest. Sic *extunc* novitium esse judicamus, *exinde* vetus et probum; adverbiis *exante*, *inante* non dubitanter utimur, quia usitatissima sunt, ab *abante* timide pedem referimus, quia testium luce caret. Confer de his Burmannum ad Anthol. T. I. pag. 157. et quos ille nuncupat. Εἰς τότε, quod Monkius ad Alcest. 542. Atticis tribuere verecundabatur, summam auctoritatem habet, v. Plato Polit. p. 14. T. 7. Legg. VIII. 452. T. 8. X. (888.) Alcib. II. 151. A. aliosque. ἐς τῆμος Hom. Odyss. VII. 318. Contra ἔκτοτε minore pretio pendimus, non alia ratione quam quod ante Aristotelem non occurrit. Neque Plutarchus, Arrianus, Josephus, Libanius, et qui praeterea obtenduntur, ejus aetatis et loci sunt, ut Grammaticorum praeceptum infirmare possint; de Luciano Asin. XLV. p. 185. T. 6. dubium mihi est, ipsene sic scripserit, an librarii vocem, ab ipso in Pseudosophista damnatam, texto commiserint. Εἰς ὅτε Hom. Od. II. 99. Socrat. Hist. Eccl. II. 21. 105. ἐς πότε Soph. Aj. 1185. ἕως ὅτε Zosim. Hist. I. 5. μέχρι τότε Dion. Hal.

*) Lexicis desunt ἀπεντεῦθεν Anna Comn. V. 149. C. XI. 316. C. Anon. Bibl. Matr. p. 433. Olympiod. ad II. Meteor. p. 42. a. ἀπεκεῖθεν ibid. ἀποκάτωθεν Idem ad III. 46. a. ἀπεκεῖσε Constant. Porph. Adm. XL. p. 109. D.

**) Recentiores rhetores hos flosculos e poetarum pratis decerptos orationi suae adspergere amant: ἐξ οὐρανόθεν Liban. Decl. T. IV. p. 188. ἐκ θυμόθεν Nicet. Ann. XVIII. 3. 359. D. ἐκπαιδόθεν Basil. Epist. CCVII. p. 255. D. T. III. ed. Paris. ἀπὸ μακρόθεν Polemo Physiogn. I. 6. Gregor. Naz. Or. XXV. 484. C. Schol. Eur. Hec. 923. et saepius in LXX.

Ant. IV. 2. 637. T. II. ἀφ' ὅτε pro ἀφ' ὅτου scripsit librarius regius Diod. Sic. XIII. 64. Ἐξότε et ἀπὸ τότε apud nullum eorum, qui probe locuti sunt, reperiri observat Sturzius de Dial. Mac. p. 211. Ἔκπαλαι Philo de Agric. p. 209. D. Plutarch. V. Aristid. XVII. 565. T. II. V. Nic. IX. p. 366. T. III. Demetr. LII. 64. Appian. Maced. IX. 4. 517. et permulti hujus et recentioris aevi alii, v. Alberti Observ. Philol. p. 463, πρόπαλαι inter alia ludicra Aristophanes Eqq. 1155. citra lusum usurpant Plutarch. Symp. L. V. Quae. II. 205. Aristid. Aegypt. T. II. p. 552. Hermog. de Invent. II. 47. Ald. Theophil. Institt. I. 5, 3. unde est προπάλαιος Synes. de Insomn. p. 154. B. quod dubiis eximendum. Ἀπόπαλαι nondum indagare potui; τρίπαλαι, lusus causa ab Aristophane usurpatum, non jocantes usurpare vetat Lexiphanes Lucianeus II. 178. Hic si qui ex eo, quod εἰς τότε receptum est, etiam ut ἔκτοτε dicatur, pervincere cupiant, illi non solum exemplorum inopia, sed etiam hoc argumento premuntur, quod εἰσόψε multos et haud ignobiles testes habet (Demosth. c. Eubul. p. 1303. 15. Thucyd. VIII. 23. *)), ἀπόψε vero Anonym. Antiq. Const. I. 4. F. ed. Bandur. ne exstat quidem in Lexicis; quodque προπέρυσι Platonis et Demosthenis usu nobilitatum, Phrynichoque App. Soph. p. 60. probatum, ἐκπέρυσι contra a Luciano reprehensum Soloec. VII. 226. tantaeque raritatis est, ut Lexicographos plane fugerit. Ἐς αὐτίκα Aristoph. Pac. 367. ἀπαυτίκα Dion. Cass. XL. 15. 234. longe minus frequentantur quam παραυτίκα (v. Ast. ad Phaedr. p. 261.). **) Προσάπαξ, quod Schneidero dubitabile visum, et similitudine particularum ἐφ' ἅπαξ, εἰς-

*) Hoc legitur etiam in tribus codd. L. III. 108. ἡ μάχη ἐτελεύτα ἕως ὀψέ, quod hoc modo intelligendum est: παρέτεινε ἕως ὀψέ et ὀψὲ ἐτελεύτα, eaque constructio mihi exquisitior videtur, quam ut librariis tribui possit. Quod ad h. l. Scholiastes adnotat: νῦν ἐπὶ ἑσπέρας μόνον τὸ ὀψέ, ad Grammaticorum praeceptionem spectat, qui πρωΐ et ὀψέ non de parte aliqua diei, sed de tempore in universum dici volunt. v. Photius s. πρωΐ. Id ratum habuit Schneiderus, qui in nott. ad Arist. H. An. T. I. p. 459. πρωΐ et ὀψέ negat de matutino et vespertino tempore dici, nisi addito τῆς ἡμέρας.

**) Παραυτά, quod Valckenarius negat apud Atticos reperiri, adstipulante Orellio ad Epist. Socr. p. 187., legitur in Aeschyl. Agam. 746. et consortes habet particulas temporis, κατ' αὐτό, ἐξ αὐτῆς. Ἐξ αὐτῆς ἀντὶ τοῦ παραχρῆμα Κρατῖνος Antiatt. Bekk. T. I. p. 94. τὸ ἐξ αὐτῆς οἱ μὲν ἐδέξαντο τὸ παραυτίκα, τάχος· ἴσον γὰρ εἶναι τῷ παραχρῆμα, εὐθύς, ἀνυπερθέτως Philo de Mut. Nom. p. 1066. D. v. Brunck. ad Apoll. IV. 984.

ἅπαξ, καθάπαξ, et ipsis scriptorum exemplis defenditur, Liban. Declam. T. IV. p. 586. Menand. Prot. p. 121. C. Suspiciosius est ἔνεγγυς, pro quo in Quint. Cal. IV. 326. scribendum videtur οὔ τίς οἱ ἐτόλμα ἐγγὺς ἱκέσθαι, ut L. III. 141. *) Συνεγγὺς s. σύνεγγυς et παρεγγὺς haud dubiae antiquitatis sunt. Εἰς πρόσθεν Euripidi privum est Hec. v. 960. quod Plato et Isocrates εἰς τὸ πρόσθεν dixerunt; ἐπίπροσθεν autem et ἔμπροσθεν omnibus communia. Minor numerus est adverbiorum μεσότητος cum praepositionibus compositorum: ἐπιπάγχυ, quod in dubiis ponitur, Hesiod. Opp. 264. Theocrit. Id. XVII. 104. ἐς ἄγαν Procop. Hist. Temp. sui L. I. 3. 8. D. II. 3. 92. C. εἰς μάτην Aristid. c. Crimin. p. 417. T. II. ἐς ἄρδην Heliod. IX. 350. et cum ceteris gradibus: ἐπὶ μᾶλλον, quod olim iniquos insectatores, nunc nimis cupidos patronos habet, qui tantum non omnibus locis pro ἔτι μᾶλλον hoc repositum velint, v. Werfer Act. Monac. T. I. Fasc. II. 259. ὑπὲρ μᾶλλον Suid. s. v. **) ἐς μάλιστα Lucian. Philopatr. IX. 246. T. 9. ἐπὶ μάλιστα, v. Boisson. ad Marin. p. 94. εἰς ἄσσον Anton. Liber. XLI. 186. ἐς ἔγγιστα διακοσίων Niceph. Greg. XIII. 10. 419. Διὰ ταχέως autem, quod Schaeferus ad Bos. Ell. p. 557. Hesychio vindicat, mihi nullius istorum simile, neque Graecae linguae consors esse videtur.

In scribendis his vocabulis editionum nostrarum inconstantiam imitatus sum. Quum Graeci ἐφύπερθεν, καθάπαξ, ἔμπροσθεν sub uno accentu scribant, consentaneum videtur, ut etiam ὑπεράνω, ὑποκάτω τῶν πετρῶν (v. Schaefer. ad Apoll. Schol. p. 177.) et reliqua similiter scribantur, sive praepositio adverbium adjunctum regit, sive casum; ut v. c. προςέτι τούτῳ, ἐξέτι πατρῶν Odyss. VIII. 245. ἐξέτι νέου Appian. Bell. Civ. II. 86. 294. ***)

*) Eodem exitu Ὀδ. γ. 121. ἐνίκα δῖος Ὀδυσσεύς. Ἰλ. λ. 110. ἐσύλα τεύχεα καλά. Ὀδ. τ. 190. μετάλλα ἄστυ δ' ἀνελθών. Ὀδ. ω. 415. ἐφοίτων ἄλλοθεν ἄλλος. Neque his in locis quis pleniorem formam ferat. Sed τεθήλει δὲ σταφύλῃσι Ὀδ. ε. 69. ἀπείλει μέχρι θαλάσσης Ἰλ. ν. 143. mirationem faciunt.

**) Εἰςέτι μᾶλλον Euseb. H. Eccl. VIII. 4. 415.

***) Hoc recentiores potissimum utuntur: ἐξέτι παιδός Euseb. H. Eccl. VI. 2. 258. ἐξέτι βρέφους Niceph. Greg. VI. 6. 114. ἐξέτι νεαροῦ Aelian. H. An. II. 15. ἐξέτι νηπίων Philo de Joseph. p. 550. C. ἐξέτι πάλαι Philo Quod deus immut. p. 300 D. in quibus ἔτι propius cum nomine quam cum praepositione copulatum est. Cum ἐπάνω γῆς aliquam similitudinem habet ἐςάχρι γυίων Leonid. Tarent. Ep. XXXVIII. 164. ἐςάχρι Μυρίνης Apollon. I. 604. ἐςμέχρι Βοθρέντου Anna Comn. III. 98. A. ubi ἐν μέχρι vulgatum.

Πηνίκα μὴ εἴπῃς ἀντὶ τοῦ πότε· ἔστι γὰρ ὥρας δηλωτικόν· οἷον εἰπόντος τινὸς πηνίκα ἀποδημήσεις; ἐὰν εἴπῃς μετὰ δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας, οὐκ ὀρθῶς ἐρεῖς. ἐὰν δὲ εἴπῃς ἕωθεν, ἢ περὶ μεσημβρίαν, ὀρθῶς ἐρεῖς. a) †)

---

a) *Ἕωθεν* ante *εἴπῃς* abest ab Ed. Pr. Vasc. Servavit Thomas, qui hunc articulum transscripsit p. 713.

εἰςέτι που χθιζόν Apoll. Rhod. IV. 1397. *ἔκποθεν Οὐλύμποιο* Quint. Cal. VIII. 343. *ἔκποθεν ἀπροφάτοιο* III. 437. *ἔκποθεν ἀφράστοιο* Apoll. Arg. II. 224. quae quomodo accipienda sint, Thucydides docet I. 90. *ἀπὸ ἐχυροῦ ποθεν.* *) Sed illud difficilius ad solvendum, cur Graeci, *ἔκτοτε*, *ἔκπαλαι* scribentes, *εἰς τότε* disjunxerint; cujus rei nullam aliam rationem reddere possum, quam quod in illis usitatioribus vis compositionis facillime delitescere, atque duplex notio in speciem simplicis confluere potuit. Itaque etiam *ἐκ τόθεν Οὐλύμποιο* Quint. III. 696. retinendum censeo, eoque magis, quod *ἔκτοθεν* etiam pro *ἔκτοσθεν* dicitur. **) Similiter Latini *incoram* (*ἔναντι*), *desuper*, *pronuper*, *deprocul*, *demagis* et cetera componunt, correpta idcirco prolatione. Nos vero Germani separamus adverbia a praepositionibus, quam rationem Graeci certe in adverbiis nominalibus tenuisse videntur. Ita recte *εἰς ἑτέρωσε* scribitur Apoll. Rh. IV. 1315. et *ἐκ δ' ἑτέρωθεν* Theocrit. XXII. 19., etiamsi nihil interjectum esset, tamen coalescere non deberet. Recte etiam Aristarchus in Homero *κατὰ κρῆθεν* scribi voluit, nixus Hesiodio versu *τῆς καὶ ἀπὸ κρῆθεν βλεφάρων τ' ἀπὸ κυανεάων* Scut. Herc. v. 7. in quo apertissimum est praepositionem ab adverbio genitivi sejungi. Neque aliter scribi debent *κατὰ φυλαδόν* (quod nemo cum *καταχύδην* componet), *μετὰ νῆάδε* Apoll. Rh. IV. 1768. *ἐξ οὐρανόθεν* et similia.

†) Non peccat igitur qui rogat, sed qui respondet;

*) *Ἔκποθεν ἐμοὶ γέγονε* Antiatt. Bekk. p. 93. quod certe pro *ἐκ πόθεν* accipi non potest.

**) Quod interposito alio vocabulo *ἐκ δὲ τόθεν* legitur Apoll. I. 1078. II. 537. IV. 627. nihil ad probandam diaeresin confert; nam et *ἔς περ ὀπίσσω* Ὀδ. Σ. 122. atque alia composita distrahuntur. In secundo loco codd. *ἐκ δὲ τόθι*, ut *ἀπόπροθεν* et *ἀπόπροθι* passim variant Ἰλ. Κ. 410. Apoll. I. 39.

hoc quisque videt. Et quid ergo est, quod apud Lucianum legimus in Soloecista (V. 222. T. 9.) de Socrate: *πρὸς μέντοι γε τὸν ἐρωτήσαντα πηνίκα ἔξεισι, τίς γάρ ἄν, ἔφη, ἀποκριθῇ σοι περὶ τῆς τήμερον, ὡς ἐξιών;* nam ibi reprehenditur certe rogans? Graevius id non expedivit, neque alius ullus. Videbimus suo loco. *Pauw.* Poterat vel hoc loco videre, idem vitium committi ab utroque; nam et qui interrogat hoc modo, errat, et qui recte quaerenti perverse respondet. Thomas addit, eadem lege teneri etiam *τηνικαῦτα* et *τηνικάδε* et *ἡνίκα*, ex quibus Herodianus Philet. p. 400. tantum *ἡνίκα* et *πηνίκα* ad hanc temporis arte circumscripti significationem restringit; Moschopulus autem Syll. Att. *πηνίκα, ἡνίκα* et *τηνικάδε ὥρας δηλωτικά* esse vult, *τηνικαῦτα* autem pro *τότε* usurpari concedit. Horum nihil est, quod non aliquot exemplis et confirmari et rursus redargui possit: *πηνίκα ἀπιέναι δεῖ qua hora* Aeschin. c. Timarch. p 34. Plutarch. V. Cat. Min. XIII. p. 57. *πηνίκ' ἐστὶ τῆς ἡμέρας* Arist. Avv. 1498. eadem significatione *ὁπηνίκα* Thucyd. IV. 1 5. *ὁπηνίκα τῆς ὥρας* Xen. Anab. III. 5, 18. et *τηνικάδε* Plato Protag. 310. B. Phaedon. 76. B. Contra *ὁπηνίκα* generaliter pro *ὁπότε* in Aristoph. ap. Athen. IX. 14. 3-4. *ὥστ' οὐκέτ' οὐδεὶς οἶδ' ὁπηνίκ' ἐστὶ τοὐνιαυτοῦ*, et ap. Plat. de Legg. VI. p. 292. *ὁπόθεν τις οὖν καὶ ὁπηνίκα — ἐξευρηκέναι πιστεύει.* Demosth. c. Lacrit. 932. Fals. legat. p. 374. Plutarch. V. Cic. XL. 365. T. 5. et *πηνίκα* pro *πότε* in Demosth. de Cor. 329. 23. *ἐν τίσιν οὖν καὶ πηνίκα σὺ λαμπρός; ἡνίκ' ἂν εἰπεῖν τι κατὰ τούτων δέῃ. Πηνίκα οἱ γάμοι;* Philostr. V. Apoll. L. IV. c. 25. p. 165. *πηνίκα πολεμητέον* Dio Chrys. Or. XXII. p. 511. T. I. v. Plutarch. de Defect. Orac. XI. pag. 316. T. IX. Lucian. de Electr. IV. 321. Polyaen. Strat. I. 41. 5. Diog. La. III. 94. p. 221. *ὁπηνίκα — τοτηνίκα* Soph. Oed. C. 440. et *τοτηνικάδε* Cyrill. c. Julian. L. I. p. 11. A. IV. 136. D. *τοτηνικαῦτ' ἤδη* Plato Alcib. II. 149. E. *τηνικαῦτ' ἤδη* Arist. Eccl. 789. cf. Schaefer. Append. ad Plut. p. 487. Lexicographi, quum *τοτηνικάδε* receperint, recusare non possunt, quin etiam *τὸ μέχρι* et similibus locum dent. *Ἀπενθὴς τομέχρι πρώην διαγενόμενος* Synes. Epist. LVII. 196. B. *τομέχρις οὗ γράφω* Ep. LXIX. 217. *τομέχρι τοῦδε* de Regn. p. 25. D. *τομέχρι τῆς ἕω* Lucian. Toxar. 17. p. 77. T. 6. *τὸ γοῦν τῆτες* Synes. Ep. CLII. 290. A. *Κἀκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο* Eur. Phoenn. 273. 320. *ὁ μὲν τὸ κεῖθεν, ὁ δὲ τὸ κεῖθεν* Orest. 1420. Similiter apud

Ὀρθρινός οὐκ, ἀλλ' ὄρθριος.

Ὀψινός, ὁμοίως τῷ ὀρθρινός τοῦτο ἁμάρτημα. χρὴ οὖν ἄνευ τοῦ ν λέγειν, ὄψιος, ὡς ὄρθριος. a) †)

---

a) Ed. Pr. Vasc. Ὀρθρινός οὔ, ἀλλ' ὄρθριος χωρὶς τοῦ ν. usitatius οὔ, quam οὐκ. Infra Διώρυγος οὔ, οἱ γὰρ — Aristid. Or. in Nept. T. I. p. 24. τῇ μέν, τῇ δὲ οὔ, ἀλλ' — Liban. Decl. T. IV. p. 42. οὐ τὸν μέν, τὸν δὲ οὔ, ἀλλ' — Plato Phaedr. 272. A. πρότερον δ' οὔ, ἀλλ' — Aristot. de Anim. II. 2. p. 21. C. κάτω μὲν αὔξεται, ἄνω δὲ οὔ, ἀλλ' — Plat. Cratyl. p. 424. C. φωνήεντα μὲν οὔ, οὐ μέντοιγε ἄφθογγα. Xenoph. Symp. II. 19. ὠρχούμην μὲν οὔ, οὐ γὰρ ἔμαθον. v. Ast. ad Plat. Rep. 484. In altero articulo, quem ad hunc locum revocavi, Ed. Pr. et Phavor. pro τοῦτο habent καὶ τοῦτο, tum χρὴ γὰρ — postremum ὄρθριος omittunt.

Hesychium Ταμετάτι, τηνικάδε, quum τάμοθι longius distet, ταμετάκι (i. e. μεσσάκι) scribendum videtur, ut infra Τὸ μεταξύ, τηνικάδε. Quod idem tradit, Byzantios pro ὀψέ dixisse ὀψίχα, cum αὐτίκα, ἡνίκα comparandum est, atque πρόκα ejusdem non descendit a πρόξ, ut in Lexicis traditur, sed est πρό, *protenus*, cum syllaba suffixà.

†) De nomine ὄρθριος idem praecipiunt Phrynichus App. Soph. p. 54. et Thomas p. 656. de ὄψιος Thomas p. 668. Ὄρθριος (*primotinus*), quod primum occurrit in Hom. H. in Merc. 143. et Theogn. 843., certissimis argumentis constat Atticorum esse proprium, v. Aristoph. Eccl. 377. 741. Lysistr. 60. Avv. 489. Pherecrat. Athen. VI. 507. Plato Protag. 313. B. Legg. XII. 217. Aristot. H. An. X. 27. 470. eaque forma omnibus aetatibus plurimo usu celebrata est. Ὀρθρινός Aratus Dios. 948. Posidippus, Meleager, Antipater (v. Sturz. de Dial. Mac. p. 186.) et in pedestri sermone Lucian. Gall. I. 288. T. 6. interpretes Alexandrini et scriptores sacri usurparunt. Similiter ὀψινός tantum apud recentiores me legisse arbitror, Arrianum Peripl. Erythr. p. 160. Apollonium et Suidan. Contra ὄψιος (*serotinus*) jam Pindari (Isthm. IV. 59.) et Hippocratis aetate (Intern. Affect. XXIII. 655. E. XXXII. 662. D. T. VII.) invaluit, saepissimeque apud Aristotelem et Theophrastum legitur; ὀψιαίτατα Demosth. c. Eubul. 1301. Xenoph. Hell. IV. 5. 18. Sed huic alia forma

supervenit, ὄψιμος, semel in Iliade obvia, et a Xenophonte quidem Oecon. XVII. 4. accita, sed tamen minus, ut videtur, attici saporis. In Aristot. H. An. X. 27. 472. ἔαρ ὄψιον, sed in eodem libro V. 19. 227. ἔαρ ὄψιμον; pro quo V. 9. 193. Schneiderus e Rhen. ὄψιον edidit. Apud eundem Theophrastum saepissime, ut dixi, ὄψιος, et plus semel ὄψιμος H. pl. I. 15. II. 4. legitur. Ὀψινός Apoll. Synt. II. 31. 189. sed II. 8. 116. ὄψιμος, quo utuntur etiam Diod. Sic. I. 10. Plutarch. Symp. V. Quae. II. 1. M. Anton. IV. 23. multique alii. Eadem varietate distincta sunt reliqua adjectiva καιροῦ ὑπόνοιαν ἔχοντα. Πρώϊος Hippocr. de Intern. Affect. VII. 643. B. T. VII. Herodot. VIII. 130. Theophr. Caus. pl. I. 21. IV. 12. H. pl. III. 6. VIII. 4. Aristoph. Pac. 1001. 1164. cujus exemplo commotus Schneiderus in Aristot. H. An. V. 9. 193. pro πρώϊμα scripsit ex Rhen. πρῶϊα, applaudentibus haud dubie Atticistis, quibus illa displicuit vocabuli forma. Photius: Πρώϊα, οὐ πρώϊμα. Phrynichus App. Soph. p. 59. πρῷον τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν πρώϊμον. Hoc tamen et Xenophonti placuit, sive quis alius est auctor Oeconomici XVII. 4. et Arriano Peripl. Erythr. p. 157. Cyrill. c. Julian. III. 111. B. atque Aristophanes ipse πρῷμον Vesp. 264. Πρωϊνός denique Plutarch. Symp. VIII. Quae. VI. 5. 368. Apollon. Lex. p. 206. Athen. I. 41. Aesop. Fab. 413. p. 269. Attica horum vocabulorum scriptura in formulis certis δείλης πρωίας et δείλης ὀψίας veluti jure asyli inviolata fuit. Ὡρινός superest tantum in latino *hornus*; ὥριος Homerus, Hesiodus, Pindarus, Solon XIV. 9. Himer. Or. III. 434. Diog. La. II. 139. Heliod. II. 402. ὥριμος Comicus Athen. VII. 162. Dioscor. I. 38. 19. b. Geoponn. V. 45. 412. et epigrammatum scriptores. v. Graefe ad Meleagr. p. 55. et 101. Attici potissimum ὡραῖος usurpant. Apparet autem ex his omnibus, terminationem in ιος merito ceteris omnibus antelatam esse. Sed iis adjectivis, quae duplicem significatum habent, utraque terminatio in ιος et ινος, sed sua quaeque potestate, adhibita est. Χειμέριος verbi causa apud bonos auctores de tempestate, χειμερινός de eo, quod per hiemem fit vel nascitur, dici solet. Sic ἀγὼν χειμερινός, ὄλυνθοι χειμερινοί, ἥλιος χειμερινός, τροπαὶ χειμεριναί adeo crebro leguntur, ut Appianus Hist. Rom. II. 48. 241. II. 52. 247. quum τροπαὶ χειμέριοι scriberet, a recta ratione ab-

Μεσονύκτιον: ποιητικόν, οὐ πολιτικόν. †)

---

errasse videatur. Contra ἡμέριος poetis relictum, ejusque loco pro significationis diversitate modo ἡμερινός, modo ἡμερήσιος usurpatum est; contra communem consuetudinem πλοῦς ἡμέριος Xenoph. Oecon. XXI. 3. et κύκλος ἡμέριος Philo Legg. Alleg. p. 65. D. sed et hic in margine corrigitur ἡμερινός et idem a Stephano in Thes. s. v. redditur Xenophonti. Καθημερινόν Phrynichus App. Soph. p. 24. cum Galeno et Moeride ad medicos rejicit; quod paullo ante Theophrasti et Plutarchi aetatem reperitur in Ionis iambis Athen. VI. 259. F. (nisi εἶον καθημερινήν ab Athenaeo additum est) neque Polyaeno IV. 2. 10. Hierocli Comm. in Carm. Aur. p. 213. Schol. Arist. Acharn. v. 244. aliisque hujus monetae scriptoribus fastiditum est. Sed extremum adjiciam, in Theocr. Id. VIII. 16. τὰ δὲ μάλα ποθέσπερα πάντ' ἀριθμεῦντι, in quo adjectivi temporalis insolentia offendor, ποθ' ἑσπέρᾳ ἀνταριθμεῦντι sufficiendum videri, quod respondet Virgiliano *bisque die numerant*.

†) Thomas adjungit et μεσονύκτιος poeticum esse; oratoribus autem dicere licere μεσούσης νυκτός, aut μέσης νυκτός, aut μεσῶν νυκτῶν. Sic eidem μέση ἡμέρα pro meridie communis dialecti est, at μέσου ἡμέρας, aut μεσημβρία, aut μεσοῦσα ἡμέρα elegantiora, *Nunnes*. Hoeschelius Lucianum (Ver. Hist. II. 28. de Merc. Cond. c. 26.), Plutarchum Quaest. Rom. c. 84. et sacros scriptores hoc vocabulo usos esse notat; primum occurrit in Hippocr. de Morb. L. II. c. 17. 569. C. T. VII. quem excipiunt Aristoteles, Diodorus, Strabo L. II. 5. 359. aliique his etiam recentiores, ab Albertio Observ. Phil. p. 195. et Wetstenio citati ad Marc. XIII. 35. quorum nullus Phrynicho satisfecerit. Pro μεσονύκτιον Herodotus μέσαι νύκτες IV. 181. περὶ μέσας νύκτας Xenoph. Hell. I. 6. 28. Anab. II. 2. 8. μέχρι μέσων νυκτῶν Theophr. H. Pl. IV. 10. 457. quod frustra sollicitat Stapelius, πρὸς μέσῳ νυκτῶν Aristid. Or. Sacr. V. 350. De μέση ἡμέρα quod addit Nunnesius, Abreschius Adnot. ad N. T. p. 622. hoc Thomae et Herodiani praeceptum labefactare studuit, allatis Xenophontis, Aristidis, Dionis Chrys., Longi te-

Ἡ ὄμφαξ, ἡ βῶλος, θηλυκῶς δέον, [a]) οὐκ ἀρσενικῶς. †)

---

a) Δέον omittunt Edd. Pr. Vasc. — Phavorinus servavit.

stimoniis, quorum illud ex Oeconomico non multum, caetera nihil momenti ad elevandam Grammaticorum fidem afferunt. *Μέση ἡμέρα* primum mihi occurrit in Hippocr. Epid. I. 113. F. T. IX. *μέσον ἡμέρας* idem I. 99. B. de Morb. L. II. 15. 564. C. T. VII. de Diaet. Salubr. II. 4. Herodot. VIII. 15. idque saepissime in Xenophontis et Thucydidis scriptis legitur; recentiores utrumque promiscue, poetae *μέσον ἦμαρ* et *μέσον ἤματος* usurpant. Adjectivi forma quae maxime placuerit Atticis, difficile est definire. *Diurnus* et *quotidianus* *μεθημερινός* scribitur, Plato Soph. 220. D. Tim. p. 45. C. Philo de Cherub. p. 121. E. (quo loco *μεθημερινοὶ γάμοι* e Demosthene expressum est) de Vict. Offer. 852. C. Aristid. Or. in Aescul. p. 38. de Comoed. agend. p. 505. Plutarch. de Isid. p. 383. F. *Μεσημβρινός* *meridionalis* Thucyd. VI. 2. Aesch. Agam. 578. Prom. 728. Sept. c. Th. 383. Aristoph. Acharn. 40. Vesp. 774. Avv. 1096. ubi Brunckius, si voluisset atticae dialecti perinde ut numerorum rationem ducere, non *μεσημερινός* substituere, sed vel *μεθημερινός* (quod hoc sensu posuit Dio Cass. LXVII. 17. 1115. *ἀναπαύεσθαι τὸ μεθημερινόν*, *) quanquam et hoc loco cod. *μεσημβρινόν* praefert) vel *μεθαμέριος* reponere debuisset, quod et *diurnum* (Eur. Ion. 1050.) et *meridionalem* (Theocr. VII.) significat.

†) Ὁ ὄμφαξ, τοῦ ὄμφακος Apollon. Lex. p. 814. Vill. et Hesych. s. ὑποπερκάζουσι. τὸν ὄμφακα Plutarch. Praecept. Conj. p. 411. T. VII. τοὺς ὄμφ. Geoponn. IV. 15. 506. cf. Stephanus h. v. Ἡ ὄμφαξ praeter Homerum Hippocr. de Vict. Acut. LXVIII. 323. Aeschyl. Agam. 979. Theocrit. XI. 21. Dioscor. V. 31. ab Hoeschelio citatus.

De agello Thomas ἡ βῶλος, de gleba utrumque genus usurpari scribit; simpliciter ἡ βῶλος dicendum esse docent Phrynichus App. Soph. p. 30. et Moeris p. 95. Masculinum genus (τοῖς βώλοις) e Luciano sustulit Hemster-

*) Heliod. VII. 27. 306. κατευνάζειν τὴν δέσποιναν τὸ μεσημβρινὸν ἐπειγομένη.

Ἡ πηλός Συρακούσιοι λέγουσιν ἁμαρτάνοντες. [a]) †)

---

a) Cur *ἁμαρτάνοντες*? An Syracusanis non licuit quod Atticis? Ridiculum hoc. Pro *λέγουσιν ἁμαρτάνοντες* Ed. Pr. Thomas p. 712. (et Phavor.) *λέγοντες ἁμαρτάνουσιν. Pauw.* Temperasset risu Pauwius si ei locum infra scriptum s. *Σώματα*, ubi *οἱ ῥήτορες λέγουσι παραπαίοντες* dicit, et alia methypallagae exempla in memoria habuisset, qualia notant Grammatici in homericis istis *εὐόμενοι τανύοντο*, *χασσάμενος πελεμίχθη*. *ἐτύχησε βαλών*, *φόνος αἵματος* etc. Ita plerumque nihil interest *ἄγοντες ἥκομεν* an *ἥκοντες ἄγομεν*, v. Reisig. Conj. Aristoph. p. 141. *πολιορκοῦντες προσεκάθηντο* Paus. I. p. 30. an *ἐπολιόρκουν προσκαθεζόμενοι* VIII. 681. *εὖ ποιῶν ἐσίγησας* an *εὖ ἐποίησας σιγῶν*, *ἔλαβες φθάς* an *ἔφθης λαβών*, *πέμψας ἐκέλευ*. an *ἔπεμψε κελεύων*, v. Abresch. Dilucc. Thucyd. p. 258. Porson. ad Med 247. Heindorf. ad Plat. Gorg. p. 124. Koenius ad Gregor. p. 87. Schaefer. ad Apoll. Schol. p. 174. Schol. Barocc. ad Soph. Aj. 193. Schol. Eur. Phoen. 1501. Ex hoc fonte manarunt innumerae lectionum discrepantiae, quae tum huc tum illuc flecti patiuntur artemque eludunt. Sic ex eodem Antiphanis loco Pollux X. 107. *χαίρουσιν ὀνομάζοντες*, Athenaeus autem *χαίροντες ὀνομάζουσιν* refert. In Aristot. H. An. VI. 22. *ἐπιβαίνων πληροῖ* codex reg. *ἐπιβαίνει πληρῶν* exhibet. In Theocr. Id. IX. 35. *οὓς γὰρ ὁρῶσαι γαθεῦσιν* emendant *οἷς γὰρ ὁρεῦντι γαθεῦσαι*. Sed placuisse Theocrito primariam notionem participio includere vel hic locus ostendat Id. XXIV. 75 *Πολλαὶ Ἀχαιϊάδων μαλακὸν περὶ γούνατι νῆμα Χειρὶ κατατρίψοντι ἀκρέσπερον ἀείδοισαι Ἀλκμήναν.* Eandem antistropham licet observare in nominibus. Oppian. Cyn. II. 592. *φαιδρότερον τερπνοῖσι* cod. reg. pro *τερπνότερον φαιδροῖσι* Pro *ἄμαξαν καμάρης* Herodot. IV. 69. Hemsterhusius maluit *ἁμάξης καμάρην*. Platonicum *εἰς τὸ λήθης γῆρας* a Suida citatum Kuesterus, ignorans Platonis esse e Phaedr. p. 346., in *εἰς τὴν τοῦ γήρως λήθην* refingendum putabat.

husius Timon. c. 54. e Plutarcho V. Alex. XXV. p. 287. T. IV. Reiskius, *βῶλος ἀφεθεῖσα* refingens; idemque majore audacia in Dion. Chrys. Or. III. p. 111. pro *μηδένα βῶλον* jubet *μηδεμίαν* scribi; Antiphilo Ep. *ἀδεσπ.* CDL. *πᾶσ' ἀπόλωλε — βῶλος* restituit Jacobsius in Act. Monac. T. I. Fasc. II. p. 142. Mansit adhuc *πολλοὶ βῶλοι* Dio. Cass. XL. 47. 252. *πεπυρωμένους βώλους* Zosim. III. 21. 247. et in Liban. Declam. T. IV. p. 187. Geoponn. II. 24. 160. saepius interposito masculino genere. v. Niclas Tom. III. p. 249. Schaefer ad Schol. Apoll. p. 533. *βῶλος χρυσοῦς* Aesop. Fab. 59. p. 511. Cor. *β. συγκεκομμένοι* Photius s. *Παλάθην*.

†) Eustathius ad *'Οδ. Δ.* (1504, 34.) muliebre etiam esse et Atticum observat ex Diodoro quodam Grammatico.

Ποταπός διὰ τοῦ τ̄ μὴ εἴπῃς, ἀδόκιμον γάρ. διὰ δὲ τοῦ δ̄ λέγων ἐπὶ γένους θήσεις, ποδαπός ἐστι; Θηβαῖος ἢ Ἀθηναῖος. Ἔστι γὰρ οἷον ἐκ τίνος δαπέδου. Τὸ ποταπός δέ, ἔστι ποταπὸς τὸν τρόπον Φρύνιχος; Φρόνιμος, ἐπιεικής. Χρὴ οὖν οὕτως ἐρωτᾶν, ποῖός τίς σοι δοκεῖ εἶναι; a) †)

a) Ed. Pr. *διὰ τοῦ δ̄ δὲ λέγων*, deinde post *δαπέδου· Ποταπός δὲ ἐστιν, εἰ εἴποις, ποταπὸς τὸν τρόπον Φρύνιχος, ἐπιεικής. Χρὴ οὖν οὕτως ἐρωτᾶν· ποῖος σοί τις δοκεῖ εἶναι.* Eodem modo haec scripta sunt in Phavorini Lexico, nisi quod pro *εἴποις* male *εἶπος* subrepsit.

Nunnes. Atticos hoc vocabulum feminine enuntiasse, nullo verbo significat Eustathius, neque suppetit mihi aliud hujus transfretani vitii exemplum.

†) Phrynichi verbis, ut nunc quidem scribuntur, nulla alia sententia subjecta esse potest, nisi *ποδαπός* de genere, *ποταπός* de moribus intelligi debere. Cum quo pugnat hoc, quod statim adjungitur, ei, qui de moribus percontetur, *ποῖος* usurpandum esse. Primum adhaesit H. Stephanus, qui Phrynichum sic interpretatur, *ποταπός* non dicendum esse nisi adjecto accusativo; itaque ubi accusativo nullus locus sit, *ποῖος* usurpari. Thes. T. I. 1873. Sed neque hoc ei admodum satisfacit, quum Phrynichus initio *τὸ ποταπός* in totum abjiciat. Hanc difficultatem non attigit Nunnesius, qui postrema verba, sublata post v. *ἐρωτᾶν* interpunctione, hunc in modum interpretatur: *ita* (per *ποταπός*) *rogare oportet, quando scire aveo, qualis tibi aliquis videtur esse,* quod concedi nequit. Pauwio primum lacunae suspicio suboriebatur, hoc pacto complendae: *Ποταπός διὰ τοῦ τ̄ μὴ εἴπῃς ἀντὶ* (*τοῦ*) *ποδαπός*. Sed et hoc retractat et ad extremum nihil expedit. Thomas p. 724. *ποδαπός* de genere, de moribus autem *ποταπός* et elegantius *ποῖος* usurpari monet. Mihi exploratum est, *ποταπός* funditus a Phrynicho ejici, illam autem circumscriptionem, qua permittitur *ποταπός* in morum percontatione, ab alio liberaliore grammatico appositam esse. *Ποδαπός* locali significatione apud veteres

usitatissimum est; v. Aesch. Suppl. 249. Choeph. 654. Arist. Lysistr. 85. Acharn. 768. (et cum epexegesi ποδαπὸς τὸ γένος Pac. 186.) Soph. Oed. C. 1160. Eur. Helen. 1222. tum Plato, Xenophon (quos Stephanus citat) et Demosthenes *). Vitiosae scripturae prima vestigia cernuntur in Herodot. V. 13. VII. 218. ubi librarii nonnulli ποταπὸς invexerunt, Herodoto insuetum. Neque Theophrastum Fischerus Char. XIII. 101. hoc vitium admisisse censet, sed scribas recentiores in culpa ponit; quod idem de Alexide suspicari licet, cujus versus quum Athenaeus X. 37. p. 78. sua manu describeret, insciens fortasse

*) τὰ ἀναλώματα ἐγέγραπτο καὶ ὅποι ἀνηλώθη καὶ ὅ, τι ποιούντων, καὶ ἡ τιμὴ τίς ἦν καὶ νόμισμα ποδαπὸν καὶ ἐκ πόσου ἡ καταλλαγή. Reiskius ὁπόδαπον ex cod. Aug. edidit, quod nescire se fatetur, an usquam alibi inveniatur. Consulto autem hunc locum commemoravi, ut pateret tironibus, Graecos data opera in interrogationibus obliquis pronomina ἀναφορικὰ et ἐρωτηματικὰ effugiendae repetitionis causa commiscuisse, v. c. Plato Rep. III. 319. οὐκ οἶδα ὁποίᾳ τόλμῃ ἢ ποίοις λόγοις χρώμενος ἐρῶ. Idem Gorg. p. 115. T. IV. ἆρ' οὖν παντὸς ἀνδρός ἐστιν ἐκλέξασθαι, ποῖα ἀγαθά ἐστι καὶ ὁποῖα κακά. Aristot. Rhett. I. 4. εἰδέναι, ὁπόση τε ὑπάρχει καὶ πόσην ἐνδέχεται ὑπάρχειν. Aelian. Hist. An. IX. 8. τίς ὁ τρόπος, καὶ τὸ σχῆμα ὁποῖον, καὶ ὁποῖον τὸ πάθος καὶ εἴσοδοι ποταποὶ, ἀλλαχόθεν εἴσεσθε. Itaque in Heliod. IV. 16. ὥστε ὥρα λέγειν ὑμῖν, οἵτινες ἢ πόθεν ἐστέ, nulla ratio erat, cur Corayus καὶ ὁπόθεν, quod in cod. legitur, praeferret. Heliodorus ipse VII. 14. οἵτινες καὶ πόθεν ἐστέ, λέγοντες. VIII. 14. οἵτινές εἰσιν ἢ πόθεν. VII. 12. ἀλλὰ τῆς ποίας Ἑλλάδος ἢ πόλεως τίνος καὶ τίνες ὄντες καὶ ὅπως ἀφίκεσθε, κατείπατε. Sic in Demosth. de Rhodior. Libert. p. 200. ἀφ' ὁποίων λόγων ἢ ποίας πράξεως, nihil prorsus praestat, quod plures codd. praebent, ἀπὸ ποίων. Eur. Rhes. 702. τίς, πόθεν ἢ ποίας πάτρας; ὁποῖον εὔχεται τὸν ὕπατον θεόν; ubi neminem hodie viventium relativum offendet in directa interrogatione positum, v. Brunck. ad Plut. v. 392. qui quod dicit, ὁποῖος, ὅπως, ὅς, ὅστις centies apud Atticos poetas occurrere in interrogatione, idem valet de scriptoribus cujusvis generis et in relativis omnibus: ὁποίοις συντευξόμεθα; Heliod. VII. 14. ὁποτέραν λέγεις; Lucian. Dial. Meretr. X. 246. T. VIII. ὁπόσον τινὰ καὶ ποδαπὸν καὶ πόθεν γενόμενον; Demosth. c. Timoth. p. 1199, 25. ἡλίκον ἂν γένοιτο; Lucian. Imagg. VI. 8. ὅπως τὰ θηρία ἐξιχνευτέον; Id. Fugit. XXVI. 326. ὡς σοῦ τὸ εὔτολμον ἐξέλιπε; Aristaenet. Ep. a Bastio edita Ep. Cr. p. 270. τουτὶ ὅτου τις εἴποι μεῖζον; Basil. Ep. CXLIII. 174. T. III. ἀνθ' ὅτου περιυβρίζουσι; Cyrill. c. Julian. III. 76. C. ἀνθ' ὅτου προσνενεύκασι; V. 156. C. VII. 238. D. ἀνθ' ὅτου — ἐποιησάμην; Themist. Or. XXXIII. 364. C. Sed pronomen ὅς pro interrogativo τίς usurpari, falsa est Hoogeveeni opinio ad Vig r. V. 14. alienissimo Demosthenis loco (Or. I. c. Aristog. p. 779.) abutentis.

communiorem formam intulit, qua Philo Legg. Alleg. p. 57. C. Philostratus V. Apoll. III. 16. 107. Athen. XIV. 67. 372. caeterique impune utuntur. Sed si veterum vestigia speculamur, Phrynicho sat justas causas ad damnandum ποταπός fuisse apparet; cujus hoc judicium approbat Photius p. 521. *Ποδαπός, διὰ τοῦ δ, οὐχὶ διὰ τοῦ τ, ἔστι γὰρ οἷον ποίου δαπέδου.* Ac ne de moribus quidem si quis percontetur, ut ποταπός usurpet, Phrynichum concedere arbitror. Nam ad hoc significandum veteribus Atticis pronomen ποῖος satis fuit, cui si par habuissent ποταπός, persaepe eo vel fortuito vel variandae orationis causa usi fuissent. Atqui ποταπός hac significatione apud recentiores demum reperitur, Philonem Legg. Alleg. p. 57. C. de Legat. ad Caj. p. 1043. C. Joseph. XVII. 9. 853. Dion. Hal. Antt. IV. 66. p. 801. T. II. VII. 58. 1445. Lucian. de Parasit. c. 22. p. 120. T. 7. Sext. Emp. c. Ph. p. 656. Geoponn. IV. 7. 529. Diog. La. VI. 55. 342. Et hoc mihi satis argumenti est, cur verba illa, quibus hujus adjectivi usus conceditur, non a Phrynicho profecta esse putem. Ex alia parte Pauwius urget: „Illud non „omittendum: ποταπὸς τὸν τρόπον Φρύνιχος; φρόνιμος, „ἐπιεικής. An ita Phrynichus de se ipso? Cras credam, „non hodie, quanquam Grammaticorum ineptias novi. „Nomen illud Φρύνιχος ab epitomatore est; ipse Phryni„chus fortasse scripserat Σωκράτης, quod apud Thomam „est." Solent utique Grammatici perinde ut Philosophi et Nomici, quum exempla ex tempore fingunt, alienis uti nominibus, maxime *Dionis* et *Theonis* Chrysipp. ap. Philon. quod mund. incorr. p. 951. C. Sext. Emp. Hyp. II. 20. Galen. Defin. medd. p. 245. F. T. II. *Socratis* Aristot. de Gener. An. IV. 3. 674. E. T. II. Sext. c. Astrol. p 355. c. Log. I. 426. ut notat Plutarchus Quaest. Rom. XXX. p. 350. T. VIII.: *τοῖς ὀνόμασι τούτοις ἄλλως κέχρηνται κοινοῖς οὖσι, ὥσπερ οἱ νομικοὶ Γάϊον, Σήϊον καὶ Λούκιον, καὶ οἱ φιλόσοφοι Δίωνα καὶ Θέωνα παραλαμβάνουσι.* Sed nonnunquam etiam suis utuntur, ut Apollonius de Synt. II. 11. III. 7. III. 32. Priscianus Gramm. L. XVIII. 1. p. 1127. Phavorinus s. *Σύλληψις.* Eundemque morem etiam Phrynicho sequi licuisse, quis repugnet? Sed quod in illa oratione Φρύνιχος φρόνιμος celebratur, id, si extra jocum est, nimis arroganter dictum est, quam ut in hominem non admodum ineptum cadere possit; a jocatione

Φανός: ἐπὶ τῆς λαμπάδος, ἀλλὰ μὴ ἐπὶ τοῦ κερατίνου λέγε. τοῦτο δὲ λυχνοῦχον. a) †)

---

a) Ed. Pr. *τοῦτο δὲ λυχνοῦχον λέγε*, rectius.

autem ille mihi alienissimus fuisse videtur; *οὐ γάρ τι γλυκύθυμος ἀνὴρ ἦν, οὐδ' ἀγανόφρων, ἀλλὰ μάλ' ἐμμεμαώς*. Itaque hoc certe vocabulum ab alio adjectum esse, confitendum est.

His absolutis, nihil aliud restat nisi quaerere, an recte contenderit Phrynichus, *ποδαπός* tantummodo *ἐπὶ γένους* poni. Unum novi Demosthenem in Or. l. c. Aristog. p. 782. (si tamen illa Demosthenem auctorem habet) *ποδαπός* pro *ποῖος* usurpasse: *τίς οὖν οὗτός ἐστι; κύων νὴ Δία τοῦ δήμου. Ποδαπός; οἷος, οὓς μὲν αἰτιᾶται λύκους εἶναι, μὴ δάκνειν.* qui locus ita comparatus est, ut oratori ex ambiguitate significationis lusum captasse videatur. Quam ob causam sic statuo, vocabulum illud jam ante occasum Graeciae a genuina significatione deflexisse, auctoribus paucis et ignobilibus, increbruisse autem vitium cum ceteris aevi macedonici corruptelis. Sic legitur ap. Josephum *ἐπ' ἀδήλῳ τὸ ποδαποὶ γενήσονται* Antiqq. V. 4. 326. *ποδαποὶ τὸν τρόπον* VI. 14. 356. *ποδαπὸν τὸ τέλος* VII. 4. 571. quo utroque loco Coccejus, qui de illo Atticistarum praecepto per somnium inaudiverat, *ποταπόν*, tanquam magis atticum, reponi jussit. Eodem modo loquuntur Aristid. Rhetor. T. II. p. 457. Diog. La. VI. 3. 3. 8. Julian. Or. in Const. p. 46. Liban. Decl. T. IV. p. 136. Synes. de Insomn. p. 154. D. Nicomach. Ger. Arithm. I. p. 24. et is usus jam Apollonii aetate invaluerat: *ἐπὶ ἐθνικῆς ἐννοίας ποδαπός λέγομεν, ἢ ἴσθ' ὅτε ἀνθυπάγεται καὶ τὰ ἐν ποιότητι, ὅτε λέγομεν, ποδαπός ἐστι Τρύφων, μέλας ἢ λευκός* de Synt. L. I. 3. 26. *Ποῖος* autem pro *ποδαπός* Pherecrates ap. Plut. de Mus. p. 1142. *ποῖος οὑτοσὶ Τιμόθεος; Μιλήσιός τις πυῤῥίας*, et Callimachus Ep. XXX. *Τίς; Ἐρχῖνος. ποῖος; ὁ Κρής·* usurparunt.

†) Poll. et Hesych. idem referunt; *φανός* autem recte accentu in ultima; si in penultima, esset nomen proprium viri, ut Grammatici volunt, ejus fortasse, cujus mentio fit in Eqq. Aristoph. quanquam ibi cum tono in ultima vulgatum est. Nomine *φανός* utebantur Attici pro

Ἐν χρῷ κουρίας φάθι καὶ μὴ ψιλόκουρος. †)

---

lampade aut face aut taeda; Euripides sane Poll. X. φανὸν πεύκης, quam alii δᾷδα, i. e. taedam s. facem. Λυχνοῦχον vero Attici appellant laternam; ea fere cornea est, quam posteri φανόν nominarunt, unde *fanal* nostris in navigiis. Ammonii locus sic legendus: Λυχνοῦχον καὶ λαμπτῆρα φασὶ τὸν νῦν φανόν, φανόν δὲ τὴν λαμπάδα. Cicero lychnuchi ligneoli meminit, ut lychnuchus non tantum in corneo instrumento dici videatur, sed in quocunque lychni reponerentur; nam et Latini lychnos pro lucernis usurpant, ut Virg. et Cicero, vitandae humilitatis aucupio, ut loquitur Fortunatianus. Neque vero adduci possum, ut *lychnuchus ligneolus* Ciceronis esset is, quem Alexis Athen. XV. ξυλολυχνοῦχον uno verbo nominat; quod idem fortasse fuisse suspicatur Athenaeus atque ὀβελισκολύχνιον Theopompi, instrumentum militare. Λύχνιον quoque et λυχνίδιον, ut observat Pollux, appellabant Attici (hoc non dicit Pollux X. 118.) quam posteri λυχνίαν, i. e. candelabrum. Eustathius docet, φανοὺς proprie ex sarmentis accensis, δᾷδας vero ex taedis fieri solitos. *Nunnes.*

†) *Strictim attonsum* dicit Plaut. Captiv. cui ἀντιτίθεται *per pectinem* attonsus. *Nunnes.* Ψιλοκόρσης Herodian. L. IV. Ψιλοκορσέω Diog. Ep. IX. *Hoeschel.* Exscripsit h. l. Thomas M. p. 318. ἐν χρῷ κουρίας, (quod Etymologus M. p. 514., ut sub uno accentu (ὑφ' ἓν) positum, sine jota scribi vult) Lucian. Fugit. 27. 528. T. 8. Synes. Encom. Calv. p. 79. A. Poll. IV. 133. ἐν χρῷ κεκαρμένος Lucian. Dial. Meretr. 12. 255. Athen. XII. 24. 445. Paus. X. 25. 239. ἐν χροῒ κειράμενος χαίταν Alcaeus Mess. Ep. XIX. εἰς χρόα κειράμενοι Hegesipp. Ep. V. 4. Verbum ἐν χρῷ κουριᾷν Pherecrat. Poll. I. 33. Plutarch. V. Alcib. XXIII. p. 3.. Ἡ ἐν χρῷ κουρά, ἡ ψιλὴ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον καὶ πρὸς τὸν χρῶτα καὶ ἐν χρῷ δὲ κουρίας Eustath. p. 1450. 32. Ψιλόκουρος autem nondum mihi sui potestatem fecit, sed ψιλοκόρσης s. ψιλοκόῤῥης apud Herodian. et Glossographos, i. q. ψιλόκρανος Schol. Hesiod. pag. 98. Heins. quod deest Lexicis. Pro φάθι autem scribendum erat φαθί.

Πεινῆν, διψῆν λέγε, ἀλλὰ μὴ διὰ τοῦ ᾱ. †)
Ἡ χάραξ ἐρεῖς θηλυκῶς [a]) *τὸ τῆς ἀμπέλου στήριγμα, οὐ κατὰ τὸ ἀῤῥενικόν.* ††)

---

a) θηλυκῶς non additum in Ed. Pr. V.

†) Vulgaris horum verborum scriptura cum ingressu Macedonici aevi tenuis scaturiginis instar hic ibi emicat: πεινᾷ Aristot. H. An. IX. 21. 442. πεινᾶν Theophrast. v. Sallier. ad Thom. p. 699. ἐχρᾶτο Aristot. Oecon. II. 24. p. 19. quae fortasse librarii corruperunt. Mox aliud super aliud ebullit: πεινᾶν Joseph. Antiqq. X. 11. 542. Plutarch. V. Aristid. XXV. 380. T. II. V. Alex. XLII. p. 313. T. IV. Philostr. V. Apoll. VI. 36. 273. Aelian. H. An. VII. 20. Διψᾷ Aeschin. Dial. III. 38. Philo quis rer. div. haer. p. 518. E. Dioscor. VI. Praef. p. 320. b. διψᾶς Athen. III. 474. χρᾷ (uteris) M. Anton. L. II. 4. 23. III. 13. 58. χρᾶσθαι Philo Mechan. p. 55. Alcidam. περὶ Σοφ. p. 91. T. VIII. χρᾶται Eur. Phoenn. 961. quod Porsonus protinus eo, quo debebat, amandavit, et Diod. Sic. III. 65. qui multo saepius χρῆσθαι usurpat. Similiter etiam Pausan. II. 28. 285. et Polyaen. V. 19. 175. χρᾶσθαι, longe pluribus locis χρῆσθαι asciverunt. Ἐχρᾶτο Anthippus comicus Athen. IX. 68. 495. Geopon. II. 18. 138. Athenaeus de Machin. p. 4. Ἀποψᾶσθαι Machon Athen. XIII. 41. 91. καταψᾶν Poll. I. 214. quod rectius paullo infra in Cod. καταψῆν scribitur. Σμῆν jam Luciani aetate ita a communi consuetudine abhorrebat, ut inter alia affectatae elegantiae exempla etiam illud poneret κάρδοπον σμῆν Lexiphan. III. 182. T. 5. Verbum ζῆν autem formam suam firmissime retinuit, et vero etiam χρῆσθαι istis temporibus peritiores probasse idem Lucianus indicat. Athenis autem perdiu tabernae casearîae resonabant suum πότερα κνῆν ἢ ἐπεσθίειν Poll. VII. 196.

††) Idem Pollux, Schol. Arist. Ammon. Etym. Eustath. qui pro vallo castrorum virilis generis esse illud pronuntiant. *Nunnes.* Hoeschelius vulgatum illud proverbium commemorat: Ἐξηπάτηκεν ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον. Idem traditum a Phrynicho in App. Soph. p. 72. Ammonio p. 145. Polluce I. 162. Moeride p. 410. Thoma p. 912. et Suida; quos, qui nobis illustrarunt, nullum contrarium exem-

Σκίμπους λέγε, ἀλλὰ μὴ κράββατος. †)

plum invenisse videntur. Sed de ridicis et palis ὁ χάραξ in Geoponn. L. IV. 12. 289. sed multo saepius feminino genere legitur; τὰς χάρακας V. 27. Needhamus pro vulgato τοὺς χάρ. nullo auctore intulit. Etiam in Plutarch. de Liber. Educ. VII. p. 13. T. VII. Edd. veteres omnes τοὺς χαρακας exhibent. Ἀργυρέῃσι κάμαξι nunc in Ἰλ. Σ. 563. ex Grammaticorum praecepto legitur, Zenodoto masculinum genus tuente; quod et in Hesiod. Scut. Herc. 298. evicit, v. Tittmannum ad Zonar. p. 1146. cujus memoriam effugit χλοερὸς κάμαξ Phalaeci Ep. III. In Liban. Progymn. p. 990. T. IV. κλίμακας ὑποκεῖσθαι δεῖ (vitibus) καὶ χάρακας, legendum videtur κάμακας, nisi canterii intelliguntur.

†) Ἀσκάντης etiam dicebatur Atticis, Eustath. sed usitatius, inquit, σκίμπους a σκίμπτω, nusquam tamen κράββατος apud Classicos invenitur. Pollux tamen κράββατον affert ex Critone et Rhinthone. Sed populus Atticus id non curat. Hesych. ait, σκιμπόδιον esse κλινίδιον μονοκοίτιον, i. e. in quo unus tantum cubare possit. Propterea fortasse μέρος τοῦ κραββάτου appellat Etym. aut μέσον, ut scribit Phavor. Addit Etym. scenae similem esse, quasi tectus esset. Schol. Arist. dicunt etiam habere pedes σκαμβούς. Addit Thom. usurpari etiam pro σκαμνεῖον, *sedile*. Ex his perspicere licet, lecticam proprie opertam fuisse σκίμποδα; si sequamur Etym. et Galenum X. Meth. hecticos in balneum portari ἐπὶ σκίμποδος; sed quia ceteri scriptores illud tacent, tam in aperta quam in tecta dici posse videtur. Talis fuerit exhedra Cicer. III. de Orat. Latini grabbati s. grabati (ut lacus pro λάκκος) et scimpodii nomine utuntur, ut Agell. 19. *offendi Frontonem in scimpodio Graeciensi cubantem*, et Libanius narrat, se domi in lecto, in schola vero in scimpodio cubare solitum. *Nunnes*. Reprehendit quondam senex christianus juvenem oratorem illa pro hac usum voce, quod nimirum in divinis λογοποιητικῇ τέχνῃ nihil sit opus, οὐ σύ γε ἀμείνων τοῦ κράββατον εἰρηκότος Sozom. Eccl. Hist. I. 11. *Hoeschel*. Pauwius κράβατος cum κραπάταλος cognatum esse putat, quod Hesychius ἀνεμώδης, ἀσθενής, ληρώδης interpretatur, ideoque κράβατος de sella vili et

Ἐρεύγεσθαι ὁ ποιητής· ὁ δ' ἐρεύγετο οἰνοβαρείων· ἀλλ' ὁ πολιτικὸς ἐρυγγάνειν λεγέτω. †)

---

abjecta dictum esse; eodem pertinere σκιμπόδιον, quod quum proprie ὑποπόδιον significaret, hinc ad grabbatum vilem translatum esse. Denique etiam σκάντης et ἀσκάντης, a σκαιός derivata, nomen habere a vilitate. Hesychius: Σκάνθαν, κράββατον. Σκάνιξ, ἐπαρίστερος etc. Ἀσκάντης, κράβατος, κλινίδιον εὐτελές. In Etym. loco mutilo s. Ἀσκάντης non, ut Sylburgio visum, ὁ δὲ κράβατος οὐ παρ' Ἕλλησιν ἐν χρείᾳ, sed οὐ παρ' Ἀττικοῖς, vel οὐ παρ' εὐδοκίμοις, legendum esse conjicit. Hactenus Pauwius. Sed rectissimum est Sylburgii judicium; nam κράββατος a nullo eorum, quos Grammatici Ἕλληνας appellare solent, usurpatum videmus. Toti autem quaestioni a Sturzio Dial. Mac. p. 176. abunde satisfactum est. Copiis ab eo collectis adde Moschion. Affect. mul. p. 4. et Grammaticum MS. Wetstenio ad Marc. II. 4. et Dorvillio Vann. Crit. XII. 570. citatum.

†) Thomas dicit, Atticos de eo, qui ructet jejunus, ἐρυγγάνειν, quod si post cibum ructet, ἐρεύγεσθαι dicere. Harmenopulus eandem differentiam tradit in L. de Syntaxi. *Nunnes.* Duravit haec ionica vox in proprio et nativo solo usque ad Hippocratem et Herodotum I. 202. Aliquot vero seculis post, evulsis et confusis dialectorum terminis, libere in omnes partes radices egit. Attici veteres propriam sibi viam fecere, non ἐρεύγω dicentes, sed ἐρυγγάνω, ut τυγχάνω pro τεύχω, πυνθάνομαι pro πεύθομαι, λανθάνω pro λήθω. Sed ut λήθειν Xenophonti, ionicae suaviloquentiae miratori, nonnunquam arrisit, ita etiam ἐρεύγεσθαι in aures recentiorum influxit, Aristol. H. An. IX. 20. 388. (ποταμὸς ἐξερεύγεται) X. 1. 496. Hinc Diodor. Sic. II. 11. Strabo IV. 6. 16. Philo de Ebriet. p. 259. E. Philostrat. Imagg. L. II. 26. 852. ὡς ὄζοι στεμφύλου καὶ ἀπραγμοσύνης (sumtum hoc ex Aristoph. Nubb. 1007.) καὶ κατὰ τῶν ἀστυτρίβων ἐρεύγοιτο. Ποταμὸς ἐρεύγεται Appian. Bell. Mithr. c. 103. p. 797. ἐκ κραιπάλης ἐρευγόμενοι Theophylact. Ep. VII. A finitima *effutiendi* significatione (quod et ipsum a *fundo* ortum

habet) dilatatis finibus eo usque traductum est, ut postremo apud Judaeos Alexandrinos idem valeret ac *pronunciare* (v. Sturz. de Dial. p. 167.), more sinistro plebejae Graecitatis, ea quae a veteribus proprie et signate dicerentur, ita extenuantis, ut vis vera verborum et natura deperiret; ut v. c. κραυγάζειν pro καλεῖν, et πιέζειν pro *tangere*, ψηλαφᾷν, et σκαλεύειν pro *inquirere*, et χορτάζεσθαι pro *epulari* dixerunt. Hinc illud transmigravit ad scriptores christianos. Anna Comn. XV. 488. B. πάνθ' ὁπόσ' εἶχεν ἐν τῇ ψυχῇ ἐξερευγόμενος καὶ ἀναφανδὸν λέγων. Eustath. p. 538. τὸ γὰρ κρὶ εὐρυφυὲς εἰπεῖν θηλυκῶς ἐσχηματίσθαι, οὐκ ἂν ἐρεύξεταί τις (sic p. 518. οὐκ ἂν ἐροῦσι).

Atticum est, ut modo dixi, ἐρυγγάνειν. Eupolis Athen. XV. 42. 521. Cratin. VIII. 34. 270. Diphil. VII. 39. 66. Eur. Cycl. 251. προσερυγγάνειν Theophr. Char. XIX. 128. Lucian. Epist. Saturn. p. 26. T. IX. Alciphr. Ep. I. 25. κατήρυγεν Aristoph. Vesp. 913. 1151. προσερυγόντες Aelian. H. An. IX. 11. προσερύγοι Diodor. comicus Athen. VI. 36. 419. Lexicis adde ἀπερυγγάνειν Nicet. Ann. XXI. 10. p. 410. C. τὸν οἶστρον ἀπερυγόντες Philo de Somn. p. 584. A. τὸν ἰὸν ἀπήρυγεν Diod. Sic. V. 77. et ἐναπερυγγάνειν. ἐφυβρίσας καὶ ἐναπερυγὼν τὸ πάθος Philo Decalog. 762. D. Hunc aoristum Atticis unice probari docet Phrynichus App. Soph. p. 42. ἤρυγον — τὸ δ' ἠρευξάμην παρ' αὐτοῖς ἀδόκιμον, ὥσπερ καὶ τὸ ἐρεύγομαι καὶ τὸ ἐρυγγάνω. Hoc postremum aperte falsum est neque a Phrynicho profectum, qui ἀντὶ τοῦ ἐρυγγάνω vel simile quiddam scripsit. Ita et secum consentit, et cum Photio: Ἐρυγγάνειν, ὃ ἡμεῖς ἐρεύγεσθαι. Ἐρυγᾷν est extremae Graecitatis. Geoponn. XVII. 17. 1157. —

Cognatum huic stirpi verbum ἐρᾷν pluribus locis a librariis deformatum est: ἐὰν ἐξαρύσῃς τὸ ὕδωρ Hippocr. de Morb. II. 24. 576. C. T. VII. rectius ἐξεράσῃς codices servarunt; ἐπειδὰν τὸ αἷμα ἐξερασθὲν ὑπόχολον γένηται de Mul. Morb. II. 12. 802. D. Foesius ἐξαραχθέν, Cornarius ἐξαρθέν substituit, neuter bene; pro *ejicere* et *effundere* Atticos dixisse, certissimum est; an etiam pro *evomere* usurparint, dubitasse videtur Porsonus, qui in Pherecratis versu Athen. XV. 685. A. ὦ μαλάχας μὲν ἐξερῶν mallet ἐξεμῶν legi, Advers. p. 128. Sed hac significatione verbum ipsum posuit Archigen. ap. Galen. de Comp. Med. p. locc. VIII. 3. 576. et alii, v. quos Schleusnerus citat s. ἐξέραμα; ἐξέρασμα autem et ἐξεράζω procul dubio

Ὁ φάρυγξ ἀρσενικῶς μὲν Ἐπίχαρμος λέγει, ὁ δὲ Ἀττικὸς ἡ φάρυγξ. †)

---

ex errore notariorum nata sunt. v. Brunck. ad Arist. Lysistr. Argum. In Plutarch. de discr. Adul. et Am. IX. p. 168. T. VII. παντοδαπός ἐστι καὶ ποικίλος, εἰς ἄλλον ἐξ ἄλλου τύπον, ὥσπερ τὸ μεταιρόμενον ὕδωρ, περιῤῥέων ἀεί; quo loco Wyttenbachius μεταιωρούμενον, alii μεταρνόμενον proponunt; propius vero videtur μετερώμενον. Similiter apud eundem scriptorem Symp. L. VI. Quaest. VII. 1. 263. T. XI. (vini vis) ἐξανθεῖ καὶ ἀποπνεῖ διεωρωμένου, legendum διερωμένου. Atque etiam μετακεράσαι, quum habet transfundendi notionem, a temperatione sejunctam, ut Plutarch. Praec. Polit. IV. 144. T. XII. et Dioscor. I. 63. 26. b. μετακεράσας ἐκ τοῦ κυρτιδίου τὸ ἐξιπωθέν, fortasse eodem revocandum est.

†) Etymol. docet, Dorienses genere virili uti, Atticos vero muliebri. At Suidas virili genere inquit nomen φάρυγξ idem valere, quod λάρυγξ, muliebri vero proprie esse φάρυγγα caput stomachi. Eustathius etiam et Schol. Aristoph. femininum esse debere prodiderunt. In horum nominum usu variant posteri; sunt enim finitimarum partium nomina. *Nunnes.* Epicharmi locus fortasse extat Athen. X. 1. 4. De re ipsa consentiunt Herodianus, Thomas p. 570. Schol. Aristoph. Rann. 258. Feminino genere usi sunt Aristophanes, Thucyd. II. 49. Pherecrates Athen. XI. 62. 282. Aristid. Or. Sacr. II. 303. Paus. VIII. 37. Aelian. H. An. I. 30. unde probabile fit, etiam in Aristoph. Fr. XCIII. τὴν φάρυγγα restituendum esse. Ὁ φάρυγξ contra Aristot. H. An. H. 12. XI. 3. de Anim. Part. III. 3. Eur. Cycl. 214. Plutarch. Symp. VII. Quaest. I. 3. Lucian. Asin. c. 38. 175. T. 6. Ac ne hi quidem constanter; in Eur. Cycl. 355. rursus ἡ φάρυγξ legitur et in Hippocratis, Aristotelis et Galeni scriptis utrumque genus peraeque tam de oesophago, quam de arteria aspera reperitur. cf. Heringa Observv. VII. p. 61. Neque enim servari solet, quod Philoponus ponit praeceptum, in Aristot. II. de Anim. 1. a. φάρυγξ ὅτε μὲν θηλυκῶς λέγεται, σημαίνει τὴν κυρίως φάρυγγα — ὅτε δὲ ἀρσενικῶς, σημαίνει πολλάκις τὸν λάρυγγα. Certe nihil erat, cur Casaubonus

Αὐθαδίζεσθαι λέγε, μὴ ἀναιδεύεσθαι. a) †)

a) In Ed. Pr. V. ἀλλὰ μὴ ἀναιδ. legitur.

in Teleclid. Athen. XIV. 52. 541. εἰς τὸν φάρυγ' εἰςεπέτοντο femineum articulum substitueret.

†) Thomas inquit, elegantius dici ἀπαυθαδίζεσθαι quam αὐθαδιάζεσθαι et ἀπαυθαδιάζεσθαι. Idem quoque observat, Atticos nunquam dicere ἀναιδεύεσθαι sine praepositione, nec ἀναισχυντεῖν, quod idem valet, sed addita praepositione ἀπαναιδεύεσθαι et ἀπαναισχυντεῖν. *Nunnes.* *Αὐθαδίζεσθαι* Naz. αὐθαδιάζεσθαι et ἀπαυθαδίζεσθαι Chrysost. ἀπαυθαδιάζειν Philo (de Nobil. 907. C.). ἀπαυθαδιάζεσθαι Procop. de Aedif. Just. II. 3. 33. *Hoeschel.* Haec quia vicinitate juncta et ab antecursoribus breviter comprehensa sunt, nos quoque junctim percurremus. Ac primum monebo, verbum αὐθαδίζειν, hactenus in Lexicis omissum, in cod. Gregorii Naz. Or. XLIII. 891. D. servatum esse, quo loco alii αὐθαδιάζειν, vulgata ἀπαυθαδιάζειν habet; αὐθαδίζεσθαι, quod Phrynichus probat, inter recentiores frequentissimum est. v. Themist. Or. XXIX. 346. B. Zosim. Hist. V. 24. 450. M. Anton. L. IV. 32. 67. Sopater Διαιρ. Ζητημ. p. 349. E veterum numero mihi succurrit nullus, sed substantivum affine αὐθάδισμα ex Aeschylo protulit Hemsterhusius ad Thom. p. 85. ἀπαυθαδίζεσθαι, praeter locos ab eodem indicatos, usurpant Plutarchus de Mulier. Virt. p. 279. T. III. Symp. L. VII. Quaest. I. 3. 291. T. XI. ubi gratiam facimus Reiskio ἀπαυθαδιάζεσθαι corrigenti, Maxim. Tyr. XXXVIII. p. 227. Euseb. c. Hierocl. XLII. 461. ed. Olear. Menand. Prot. 118. D. quorum nullus Plutarchi aetatem excedit. Quid igitur censori nostro fiet, qui hoc αὐθαδίζεσθαι de meliore nota commendat? Sed videamus de altera forma, si forte quis huic palmam deferendam putet. Hemsterhusius l. c. αὐθαδειάζεσθαι, inquit, *occurrit in Sexto P. H. I. c. 34. invito Salmasio, qui reponit αὐθαδιάζ., quanquam illud recte formatur ab* αὐθάδεια. Verum vidit Salmasius; ab αὐθάδεια non magis αὐθαδειάζεσθαι duci potuit, quam ab ἀλήθεια, εὐσέβεια, quidquam huic simile; neque α illud e substantivi confinio traductum, sed plane insiticium est, ut in ἐλευθεριάζειν, χεῤῥονησιάζειν, ἐνεχυριάζειν, δωριάζειν, quorum pleraque ambiguo

flexu sunt. *Αὐθαδιάζεσθαι* igitur non asse plus valet, quam *αὐθαδίζεσθαι*, indisertos patronos nactum Procop. Anecd. XIV. 42. D. XV. 44. B. Menand. Prot. p. 113. A. Gregor. Naz. Or. II. 14. B. IV. 103. C. *Ἀπαυθαδι-σθαι* ex Apologia Pseudo-Platonica, Plutarcho et recentioribus (Abresch. ad Aristaen. Ep. II. 20.) producunt, *ἐπαυθαδιάζεσθαι* Arrian. Exp. Alex. IV. 9. 243. *καταυθαδιάζεσθαι* Menand. Prot. p. 117. B. omissum in Lexicis; quorum omnium ponduscula in unum collecta non videntur uni Aristophani, qui *ἀναιδεύομαι* et *ὑπεραναιδεύομαι* usurpat, aequiparari posse. Itaque necesse est aut veterum monumenta, quibus Phrynichus nitebatur, intercepta esse, aut illum contrarium dixisse ejus, quod nunc legitur, hoc nimirum: *Αὐθαδίζεσθαι μὴ λέγε, ἀλλὰ ἀναιδεύεσθαι.* Quanquam Attici hoc genus verborum, quod in sermonibus vulgi plurimum jactatur, invite repugnanterque, nec ultra necessitatem admisisse reperiuntur; velut *ἀλαζονεύεσθαι, ἀσωτεύεσθαι, φιλανθρωπεύεσθαι, πονηρεύεσθαι, νεανιεύεσθαι* optimis auctoribus usui fuerunt. Sed longe maxima pars invecticia est, ut *ἀρεσκεύεσθαι, ἀπειροκαλεύεσθαι, πιθανεύεσθαι, πολυτελεύεσθαι* (corrige *πολυτελέσασθαι* Diog. La. X. 11. 609.), *χρηστεύεσθαι, σοβαρεύεσθαι* atque alia innumerabilia, quae neque apud antiquiores reperiuntur ullo vestigio, neque in Lexicis comparent omnia, velut *ἐπαριστερεύεσθαι* Hesych. s. *σκανεύεσθαι, κιναιδεύεσθαι* Schol. Lucian. Jov. Trag. 233. T. 6. *ἀκαιρεύεσθαι* Philo de Vit. Mos. I. 684. B. *εὐτραπεζεύεσθαι* Eustath. 1055. 18. *καταισχρεύεσθαι* Tzetz. Chil. VI. 53. *κατισχυρεύεσθαι* LXX. et Suid. s. *ἐτραχήλιασε.* Quorum multitudinem si quis cum illa paucitate compăret ac praeterea ad Grammaticorum voces animadvertat, (vid. Phrynich. s. *ἀκρατεύεσθαι, ἀναισθητεύομαι, χρησιμεύω, φρονιμεύεσθαι*) non fortuito factum esse judicabit, ut veterum pauca, recentiorum permulta testimonia exstent. Hoeschelius: „*ἀναιδεύεσθαι* Athanas. T. I. p. 62. 67. T. II. „p. 25. Chrysost. L. III. *περὶ ἱερωσύνης; ἀναισχυντεῖν* au„tem, quod Atticos unquam dicere negat Thomas, Plato „V. de Legg. Aristot. Rhet. III.“

Υἱέως οἱ ψευδαττικοί φασιν, οἰόμενοι ὅμοιον εἶναι τῷ Θησέως καὶ τῷ Πηλέως.

Υἱέα: ἐν ἐπιστολῇ ποτὲ Ἀλεξάνδρου τοῦ σοφιστοῦ εὗρον τοὔνομα τοῦτο γεγραμμένον, καὶ σφόδρα ἐμεμψάμην· οὐ γὰρ, ἐπεὶ υἱέος καὶ υἱεῖ ἐστὶν, εὐθὺς καὶ τὸν υἱέα εὕροι τις ἄν· ἀλλὰ τὴν αἰτιατικὴν υἱόν λέγουσιν οἱ ἀρχαῖοι. Τοῦτο δὲ καὶ Φιλόξενος ἐν τοῖς περὶ τῆς Ἰλιάδος συγγράμμασι δαψιλέστατα ἀπέφηνεν, ἀδόκιμον μὲν εἶναι τὸν υἱέα, δόκιμον δὲ τὸν υἱόν. [a]) †)

---

a) Hos articulos ex diversis locis huc revocavi. Ed. Pr. et Phavor. ἐν τοῖς πέντε περὶ τῆς Ἰλιάδος συγγρ. Idem Phavorinus in primo τῷ Θησέως καὶ Πηλέως. in secundo male υἱέως et ἐπέφηνεν.

†) *Υἱέως*] Hujus genitivi tanquam a recta υἱεύς derivati, quam jam olim Thomas detestatus est, monimenta extant in libris editis manuve scriptis, neque ea solum inferioris aetatis, ut v. c. Joseph. Antt. XVIII. 2. 874. etc. Plutarch. Consol. ad Apoll p. 347. T. VII. Philostr. V. Apoll. VIII. 7. 352. Dio Cass. 68. 21. 1137. Themist. Or. V. 64. D. et saep.; sed etiam ipsos antiquos auctores haec labes infuscavit, ut Thucyd. I. 13. ubi codd. aliquot et Thomas υἱέος exhibent, sed Scholiastes vulgatum invenit, idemque vitium concepit codex Casselanus III. 26. porro Plat. Rep. II. 248. quo e loco Photius s. Ἥρας δεσμός rectius υἱέος citat; sed υἱέως mox recurrit pag. 249. Legg. III. 128. Xenoph. Hell. IV. 1. 40. Demosth. c. Macart. 1062. 1075. 1077. eaque forma bis in eadem oratione a Reiskio p. 1057., veteris erroris consorti, pro vulgato υἱέος reducta est. Sed si vel dupla, vel etiam plura hujus scripturae exempla in lucem proferantur, tamen multis numeris superior est ea forma, quam Grammatici solam Atticis concessam esse volunt, neque dubito, quin in hac servanda summa fuerit veterum constantia.

Non ita late vagatum video alterum vitium, a Phrynicho infamatum: τὸν υἱέα Arrian. de Venat. c. XVII. p. 209. Themist. Or. IV. 58. B. V. 70. D. Dio Chr. Or. XV. p. 448. Nicet. Ann. I. 9. 21. D. Dativi species triplex est; una epica υἱάσι, quam Brunckius ad Apoll. Rh. III. 692.

Τελευταιότατον λέγειν ἁμάρτημα τῶν περὶ παιδείαν δοκούντων τευτάζειν. ἐπεὶ γὰρ ἀρχαιότατον εὗρον λεγόμενον παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, ᾠήθησαν καὶ τοῦτο δεῖν λέγειν. ἀλλὰ σὺ τελευταῖον λέγε.

Κορυφαιότατος: ἐνεκαλυψάμην εὑρὼν παρὰ Φαβωρίνῳ. *Λέγε* οὖν κορυφαῖον. [a]) †)

---

a) Utrumque articulum quum in unum contraxerit Thomas, nec etiam in recentioribus carminibus heroicis tenendam censet; altera attica *υἱέσι*, Plato Gorg. 492. B. Laches 186 B. Hipp. 152. Xen. Memor. I. 2. 27. Demosth. c. Macart. 1063. c. Conon. 1260. Arist. Nub. 1424. restituenda etiam Sophocli Ant. 571. tertia a fictitio illo nominativo derivata (Eust. 1348, 27.) *υἱεῦσι*, Aelian. H. An. IX. 1. a Thoma reprehensa. *) Cum *υἱέσι* Constantinus Lascaris L. III. ō. 7. Callimachium *δραμέσι* componit, unde natus est recentiorum Grammaticorum error, *δραμεῦσι* in usu fuisse negantium, quo utuntur Plato Legg. VII. 390. Artemid. I. 26. Aristid. Or. Plat. II. 268. Paus. VI. 21. Heliod. III. 18. 132. Eustath. 772. Ex alio fonte corruptae Graecitatis fluxit *υἱέες* Aelian. H. An XI. 1. quae forma nonnullis haud dubie illustrior et exquisitior visa est. Nam et *κεστρέες* legitur XIII. 19. et *Μυονέες* Paus. VI. 19. 198. *φονέες* Lesbon. *Λογ. Προτρ.* p. 26. T. 8. *ἱερέες* Appian. Bell. civ. II. 109. 325. *τοκέες* Philo *quod omn. prob. lib.* 870. D. *κακοφραδέες* Adamant. Phys. I. 3. 329. *ἀρειμανέες* I. 13. 354. Accusativus Atticus est *υἱεῖς*, Plato Alcib. II. 138. C. Laches 179. A. Euthyd. 272. D. Phaedr. 233. C. Aristoph. Vesp. 569. Demosth. c. Leoch. 1099. c. Conon. 1260. etc. non *υἱέας*, Maxim. Tyr. X. 169. quod non recte Matthiae p. 98. cum *βασιλέας* comparat.

†) *Κορυφαιότατος* apud nullum eorum reperitur, qui

*) Ex simili errore natus est dativus *πρεσβεῦσι* Lycophr. 1056. et cod. in Demosth. Fals. Legat. 385. 14. et 386. 10. *πρέσβεις προπαροξυτόνως, ὡς μάντεως, ἀπὸ τῆς εὐθείας ὁ πρέσβυς. οἱ δὲ παροξυτόνως, ὡς χαλκέως, ἀπὸ εὐθείας τῆς ὁ πρεσβεύς, οἵτινες ἁμαρτάνουσιν· οὐ γάρ ἐστιν ὁ πρεσβεύς* Schol. Arist. Acharn. 93. Sic *πρέσβεως* Tzetz. ad Lyc. v. 447. sed codd. *πρεσβέως*.

Βεβίασται ἡ κόρη λεκτέον, ἀλλ' οὐχ, ὥς τινες τῶν ῥητόρων, ἔφθαρται. †)

---

quoque, quoniam de eodem vitio est, sub uno conspectu posuimus. *Τελευταιότατα* et *ὠλίσθησαν λέγειν* Ed. Pr. et Phavor. omisso *δεῖν*, quod crebro a librariis transiliri alio loco demonstravimus; pro *περί* idem *παρά* et in secundo pro *εὑρών* scripsit *εὗρον*. De v. *τευτάζειν* v. Ruhnk. p. 255. Apud Hesychium s. *ἀτετῶς*, *ἀφροντίστως*, non *ἀτεύτως* (*ἀτευτάστως* scribere debebant), sed *ἀνετῶς* legendum.

aliquo pretio sunt. Josephum, Plutarchum, Dionysium, Heròdianum huc devertisse, docent Abreschius ad Thom. p. 551. et Graevius ad Lucian. Pseudos. §. 5. hoc ipsum, quo usus erat aliquando, rejicientem. Ingravescens Graeciae aetas hoc vitio scaturit. vid. Euseb. H. Eccl. IX. 10. 455. Socrat. H. Eccl. III. 16. 192. Hermes Stob. Ecl. Ph. I. 22. §. 9. Zachar. Dial. de Mund. Opif. p. 179. Synes. ad Paeon. 309. D. Ex ipso fortasse Phavorini loco, quem ante oculos habuit Phrynichus, retinuit hoc vocabulum Diogenes La. II. 85. p. 129.

Propter eandem *ἐπίτασιν τῆς ὑπερθέσεως*, quam in hoc reprehendit Gramm. Herm. p. 210., improbatur etiam *τελευταιότατος*, quod qui usurpaverit, praeter Arrianum, scio neminem. cf. s. *Ἐσχατώτατος* et *Κεφαλαιωδέστατος*.

†) At Scaliger ad Varr. L. V. non dubitat, quin atticum sit *διαφθείρειν τὴν παρθένον* pro vitiare, ut *βιάζεσθαι* pro violare poni arbitratur. Quorum neutrum mihi persuadet; prius quidem, quia malo cum Phrynicho, quod ad consuetudinem attici sermonis pertinet, sentire, quam illi, et sine teste quidem, assentiri. Posterius, quia *violare*, si attente legas Varronem, idem valebat olim, quod *videre*, inde translatum ad concubitum *σεμνῶς*, ut in verbo *γιγνώσκω* factum a Menandro observat Hermogenes *περὶ τοῦ σεμνοῦ λόγου*. Varronis locum ita legendum censeo: *Hinc visenda, vigilant, pervigilium et invident et Attianum illud obviolavit, quod incidit in videndum*, h. e. in rem videndam. Ut *obvium* dicitur, in quod incidimus in via, sic et *obviolare* dixit Attius, cum incidimus in aliquid in re aliqua videnda. Unde modeste *violavit virginem* pro *vitiavit*. Sic et in L. IX. Ep. 9. ad Fam. *virginem me quondam invitiatam* (sic enim repono) *per vim*

Ἡ ὕσπληξ λέγεται, οὐχ ὁ ὕσπληξ. a) †)

a) Ed. Pr. ἡ ὕσπληξ λέγε, ἀλλ' —:

violat, i. e. γιγνώσκει. *Nunnes.* Scaliger neque Phrynicho assentitur, quia βιάζεσθαι γυναῖκα et φθείρειν non idem sit, et, quum βιάζεσθαι dicatur vel virgo vel nupta, cui vis infertur, de virgine, quae citra nuptias volens imminuitur, necessario φθείρεσθαι usurpari; neque Nunnesio concedit, *violare* idem unquam significasse quod *videre*, sed esse hoc nugatorium Critices Varronianae judicium, similitudine primae syllabae utriusque verbi temere innitentis. Huic de utroque adstipulatur Pauwius, sed in Varronis loco et hunc et Nunnesium talpas fuisse pronunciat; „sic, inquit, legendum est: *Video a vi* „(pro: visu) — — *et Attianum illud, Oblivio lavet. La-* „*vere* pro *lavare* antiqui; *oblivio lavet,* abluit, tollit. Ab „eodem *vi* est *violo* et *violavit virginem*, quod pro vitia„vit dictum; violare est βιάζεσθαι, vitiare φθείρειν; hoc „γενικόν, illud εἰδικόν." De Varrone, Pauwii sententia vincit. Sed, ne ultra, quam oportet, excurram, verbum διαφθείρειν, *feminam tentare, corrumpere*, Lysias, Demosthenes c. Timarch. p. 175. Aeschin. c. Steph. 1109. et 1125. Menander ap. Ammon. p. 41. φθορεύς et φθορά Philo de Legg. Spec. II. p. 787. D. φθαρεῖσα παρθένος Eur. Fragm. Melan. XXIII. Diod. I. 23. ἡ φθορά — τὸν φθείραντα — usurparunt; quae Moeris et Thomas vulgaris usus, minusque urbana esse tradunt. Phrynichus fortasse non plus intelligi voluit, quam verbis expressit, puellam vitiatam, hac communi significatione, non ἐφθαρμένην dici, sed βεβιασμένην; neque illud apud antiquiores reperio.

†) Phrynichus App. Soph. p. 69. ὕσπληξ θηλυκῶς, οὐκ ἀῤῥενικῶς, cui accedunt Etym. s. ἀλώπληξ, Moeris p. 376. Thomas 877. In Atticorum libris, qui hodie superstites sunt, ne tenuissimum quidem hujus vocabuli indicium affertur, ideoque a Thoma p. 131. ex toto repudiatum videtur. Ἡ ὕσπληξ Heliod. IV. 3. 137. τῆς ὕσπληγγος Lucian. de Calumn. n. cred. 12. 43. T. 8. Plutarch. Symp. L. VIII. Quaest. IX. 3. τὴν ὕσπληγα Harpocr. s. βαλβίς. Ὁ ὕσπληξ Eustath. p. 598. ὁ ὕσπληγξ Hero Autom. p. 241. τοῦ ὕσπληγ-

Ἰλὺς οἴνου, οὐκ ὀρθῶς λέγεται· ποταμοῦ μὲν γὰρ ἰλύς, οἴνου δὲ τρὺξ ἢ ὑποστάθμη. †).

γος p. 166. οἱ ὕσπληγγες Paus. VI. 20. 206. Nulla cum generis significatione ὕσπλαγξ Theocr. Id. VIII. 58. ἀπὸ ὕσπληγγος (pro ἀφετηρίας) Galen. de Trem. Palp. VI. 213. A. Epigr. ἀδεσπ. CVI. p. 159. T. IV. ubi cod. Vat. ὕσπληγος, quam formam etiam codd. plures in Lyc. Cass. v. 22. tuentur quamque Hemsterhusius ad Lucian. Tim. p. 576. vetustis codd. et editt. consuetam dicit. Hesychius: Ἄφεσιν, ὕσπληγγα, quod male sollicitant. Atque haec varietas terminalis est in multis aliis. Μῆνιγξ et μῆνιξ, *Meninx* et *Menix*, v. Tzschucke ad Pomp. Mel. Nott. Critt. P. II. Vol. II. 456. μάστιξ et μάστιγξ, φάρυξ et φάρυγξ, φῦξ et σφίγξ, πῶυξ et πῶυγξ, σμῶδιξ et σμώδιγξ, ὄρυξ et ὄρυγξ, quorum modo exilior modo plenior forma magis recepta est. Ad eam terminationem partim traducuntur nomina, jam deformata, ut πλάτη, πλάτιγξ, partim solitaria est, ut πλάστιγξ, φύσιγξ, σύριγξ, ὄστλιγξ, φαύσιγξ, πίφιγξ, σπήλυγξ, λάϊγξ, στρόφιγξ, στόρθυγξ. Ὕσπληξ autem unde ortum habeat, ex dorica forma ὑσπλαγίς s. ὑσπλατίς intelligitur, quae quum feminini generis sit, etiam illud recte a Phrynicho praecipi apparet.

†) Recte et proprie; nam ἰλύς est ab εἴλω, εἰλύς, ἰλύς, εἰλός, ἰλός. *Pauw*. A Phrynicho hausit hoc praeceptum Thomas p. 471. quem Hippocratis, Aristotelis, Theophrasti, aliorumque auctoritate reprimere conatur Trillerus. Non negari potest, hos ἰλύς de vini faecibus usurpasse, sed translatio non satis verecunda, neque Atticis veteribus probata, qui proprietatem vocabulorum ita accurate servarunt, ut in oleo ἀμόργη, in lacte ὀρός, in vino τρύξ, in aqua ἰλύς, in sanguine ἰχώρ (*serum*) usurparent, communiter autem cujusvis liquoris crassamentum ὑπόστασιν s. ὑποστάθμην vocarent. Sed exteri scriptores atque Athenienses ipsi, qui ad hoc commune et quotidianum genus dicendi inclinarunt, cujusvis generis sedimenta ἰλύν dixisse reperiuntur. Ἡ χολή ἐστιν οἷον ἰλύς τις αἵματος, οἷα καὶ τοῖς οἴνοις καθισταμένοις ὑφίστασθαι πέφυκεν, ἣ ὀνομάζουσι τρύγα Galen. in Aphor. Comm. II. p. 144. F. T. X. αἵματος ὑπόστασις καὶ ἰλύς Id. de Temper. L. II. c. 3. p. 61. F. T. III. ἰλὺς καὶ τρὺξ τοῦ αἵματος de

Κόριον, ἢ κορίδιον, ἢ κορίσκη λέγουσι, τὸ δὲ κοράσιον παράλογον. [a]) †)

---

a) Ed. Pr. *λέγουσιν* omittit, extrema sic scripta exhibet: *τὸ δὲ κοράσιον οὔ.*

Atr. Bil. VII. 174. C. T. III. Nam et *τρύξ* ad alias res transfertur; *τρὺξ στέατος* Dioscor. II. 87. p. 87. b. *τοῦ κατεργαζομένου χαλκοῦ οἷον ὑποστάθμη καὶ τρὺξ* V. 120. *τὴν ὑπόστασιν καὶ τρύγα τοῦ ὕδατος* Metrodor. ap. Plut. de Placit. Phil. III. 9. 429. T. XII. Hesychius: *'Αμόργη — τρυγία ἐλαίου ἰλύς· τρυγία ἐλαίου* Geopp. IX. 21. 618. Photius: *"Τλην τὸ καθιζον τοῦ οἴνου ἢ τοῦ ὕδατος· οὕτως 'Αριστοφάνης.* leg. *ἰλύν.* Neque id solum *τρύγα* vocarunt, sed ipsum etiam vinum nondum defaecatum s. mustum, quod Pollux docet VII. 18. Cratini versu: *'Αλλ' ἦν ὅτ' ἐν φάσσωνι τὴν οἱ συνέχων μετ' ἐμοῦ διῆγες οἴναρον ἕλκων τῆς τρυγός*, ubi scribendum est *τὴν ἴσην ἔχων*. Recentiores Graeci illo nomine etiam vinacea et loram significarunt. v. Niclas. ad Geoponn. T. I. p. 457. Addam ad extremum de voc. *ὑπόστασις* Pacati observationem: *Εἰρηναῖος ὁ γραμματικὸς ἐν τῷ κατὰ στοιχεῖον 'Αττικιστῇ καὶ βάρβαρον ἀποκαλεῖ τὴν λέξιν (ὑπόστασις)· μηδὲ γὰρ παρά τισι τῶν παλαιῶν εὑρῆσθαι· εἰ δέ που καὶ εὕρηται, μὴ ταῦτα σημαίνειν, ἐφ' ὧν νῦν παραλαμβάνεται· παρὰ μὲν γὰρ Σοφοκλεῖ ἐν τῷ Φοίνικι ἐνέδραν σημαίνειν τὴν ὑπόστασιν· παρὰ δὲ Μενάνδρῳ τὰ καρυκεύματα* (v. Poll. VI. 60.), *ὡς εἴ τις λέγοι τὴν ἐν πίθῳ τοῦ οἴνου ὑπόστασιν*, Socrat. Hist. Eccl. III. c. 7. 179. Nicephorus scribit: *καὶ ἄλλος τὴν ἐν πίθῳ τρύγα φησί.* Epiphanius: „*apud Menandrum vero, quae ex vino colliguntur in dolio, ὑπόστασιν i. e. substantiam vocant.* *'Υποστάθμη* usurpat Plato Phaed. p. 87. D. v. quos Rhoerius citat ad Porph. de Abst. III. 14. 246.

†) Eadem Thomas p. 548. Photius: *Παιδισκάριον, κοράσιον δ' οὐ λέγεται, ἀλλὰ καὶ κεκωμῴδηκε Φιλιππίδης ὡς ξενικόν* p. 270. Sed Pollux II. 17. *κόριον, κόρη, κορίσκιον* probans, addit: *τὸ δὲ κοράσιον εὐτελές, ὥσπερ καὶ τὸ κορίδιον.* quem locum citans Nunnesius corruptelae suspicionem prodit, adscriptis verbis: *nisi locus mendosus sit.* Pauwius vero, „nescio, inquit, cur Nunnesio suspectus „sit locus Pollucis, quo *κορίδιον* improbat, ubi tantus „est in his Grammaticorum dissensus. Speciose magis his

„Phrynichi locus suspectus esse potuisset ei; nam qui „utrumque considerat, animadvertet statim, pro κορίσκιον „hic facilius irrepere potuisse κορίδιον, quam ibi lectio- „nem aliam pro ea, quae nunc circumfertur; a κορίσκη „haud dubie κορίσκιον.“ Eadem est sententia Oudendorpii, qui, ne Thomas cum Polluce discordet, illi e cod. Leidensi pro κορίδιον retribuendum putat κορίσκιον. Neutra ratio probari potest. Nam quod Pollux κορίδιον abjectum vocat, id non obstat, quo minus bene atticum habeatur. Sunt enim multa εὐτελῆ ab optimis scriptoribus necessario recepta. Sed usus tulit, ut, quum κόριον et κορίσκη tantummodo aetatis puellaris significationem haberent, κορίδιον tantum in familiari sermone de puellis inferioris sortis usurparetur cum εὐτελισμῷ quodam, quem significat Pollux, quemque nos fere in indigena voce *Mädel* signamus. Ejusdem notae est κοράσιον, a Platone positum in festivissimo poematio, quo Venerem inducit Musas juvenculas matronali gravitate compellantem: *Κοράσια, τὰν Ἀφροδίταν τιμᾶτε.* — Quis hic non intelligit cum judicio et delectu collocatum esse vocabulum εὐτελές, hoc est, sermonis familiaris et vernaculi proprium, neque Pollucem hoc exemplo refutari posse? Quis non idem ludicro Luciani stilo concedat, quem bis hoc vocabulo usum esse adnotant? Sed si Arrianus in summa argumenti gravitate, si scriptores sacri et ecclesiastici (v. Sturz. de Dial. Mac. p. 45. et Du Cang. Lex. p. 714.) cum nulla εὐτελισμοῦ significatione huc delapsi sunt, apparet, eos contra cultioris sermonis leges peccasse. Fuerunt etiam qui in Hesychio: *Κόριον μικρόν, κοράδιον*, reponi juberent κοράσιον, ignorantes, illam terminationem Graecitati in senium vergenti familiarem fuisse, πηγάδιον, σειράδιον. *) ψηττάδιον Anaxandr. Athen. III. 66. 410. in ψηττάριον fortasse mutandum.

Quod autem Phrynichus κοράσιον contra analogiam factum esse dicit, non eo spectat, quo Pauwius statuit, quod a κόρα (pro κόρη) derivatum sit, sed quod nullum

*) Dissimillima composuit Fischerus ad Well. II. 25. neque satis distincte Etym. M. p. 105. p. 700. σειράδιον, κεφαλάδιον, τυχάδιον (Eustath.) cum antiquis σπηλάδιον et ἐλάδιον Comici (Athen. VII. 40. 68. et 71.) confert, a quibus rursus distant ὑφάδιον, σημάδιον, χειμάδιον, γλυκάδιον (Zonar. p. 1457.), ὀσφράδιον, quae omnia cum verbis in αινω cognata sunt; λεμβάδιον Nicet. Ann. VIII. 6. 140. A. XIX. 3. 363. a λέμβος, ut φωκάδιον.

Ἡ ῥάξ ἐρεῖς· ὁ γὰρ ῥὼξ δύο ἔχει ἁμαρτήματα. †)

---

graecorum deminutivorum in ασιον terminatur. Petrus quidem Ramus in Gramm. Gr. p. 18. similiter ab ἀδελφὴ ἀδελφάσιον duci scribit, sed id quo auctore tradat, incompertum est. Κάππα, καππάσιον extremae Graecitatis est, Πρυμνάσιον autem et Κορυφάσιον (cf. Duker. ad Thucyd. IV. 3.), quae Schol. Venet. T. 404. cum κοράσιον componit, nullam cum eo praeter terminationis similitudinem habent, ideoque ille κοράσιον potius Macedonicum esse tradit. Eodem judicio damnantur κορασίδιον Arrian. Epict. I. 18. 102. quo Lexica carent, et κορασιώδης Plutarch. Symp. III. Quae. I. 1. Etiam κορικός adjectivum familia submovet Pollux II. 17. (alterum κορίκιον aperte depravatum, Lexicisque eximendum est), pro quo παρθενικόν dici mavult. Κορικὸν καὶ ῥαδινὸν οὐδὲν εἶχε Aelian. V. H. XII. 1. 205. κορικῶς τρυφᾶν Philo de Vit. Mos. p. 611. A. βαδίζειν Alciphr. Ep. III. 2.

†) Hesychius: Ῥάξ ἡ τῆς σταφυλῆς, ἣν ἡμεῖς ῥᾶγα. In ora Phrynichi nostri MS. hic locus sic explanatur: σημαίνει γὰρ τὸ φαλάγγιον. ὁ δ᾽ ἀποῤῥὼξ ἀπόκομμά τι δηλοῖ. Eustathius (p. 1485. 59. cf. 1633. 42.): ῥὼξ καὶ σολοικισμὸς καὶ βαρβαρισμὸς κατὰ Αἴλιον Διονύσιον, quo loco reponendus articulus ὁ ῥώξ. soloecismus scilicet est, quia genere muliebri exprimendum erat, barbarismus, quia τὸ ᾱ mutatum in ω̄. (etiam in Photio p. 357. articulum reponit Oudendorpius ad Thom. p. 774.) *Nunnes.* Forte ῥὼξ non amarunt Attici, quia ionicum est, ut ὤνθρωπος, θὠῦμα. Et sic ῥάξ (a ῥήσσω ῥήξ) non modo de acino, sed etiam de phalangio ab Atticis usurpatum. Quia ῥὼξ de acino usurpabant, ῥὼξ etiam usurparunt de phalangio. *Pauw.* Ῥάγες acini Hipp. de Haemorrh. II. 146. C. T. XII. ῥάξ in fragm. Sophoclis ap. Porphyr. Abst. II. 19. 134. ῥᾶγα βοτρύων Plato Legg. VIII. 450. αἱ τῶν βοτρύων ῥᾶγες Aristot. de Color. c. II. p. 796. A. eandemque nuper formam e codd. recepit in Hist. An. V. 16. 216. 17. 224. pro vulgato ῥῶγες, quod ad repellendum Phrynichum olim producere solebant viri docti. Sic etiam ῥὰξ σταφυλῆς Theophr. H. Pl. III. c. 17. Philo de Charit. p. 703. Alciphr. III. 22. Antig. Car. c. 92. Galen. de Usu Part. X. 4. 535. E. T. IV.

Τάχιον οἱ Ἕλληνες οὐ λέγουσι, θᾶττον δέ· μᾶλλον μὲν οὖν Ἕλληνες τὸ τάχιον, θᾶττον δὲ Ἀττικοί. *) †)

---

a) *Μᾶλλον — Ἀττικοὶ* desunt in Ed. Pr. „Postrema clausula non est Phrynichi, sed Phrynichum corrigentis studiosi. Nempe ad oram libri posita in textum irrepsit.“ *Scaliger*. „Notula haud dubie est recentioris, qui Phrynichum haud intellexit. Fontem erroris aperiam tribus verbis: in hoc libello *Ἀττικοὶ* per excellentiam quandam dicuntur *Ἕλληνες*. v. V. *Εὐστάθεια*. V. *Στηθύνιον*. V. *Χύμη*. Et *ἀνελλήνιστον* sumitur pro *ἀνάττικον* V. *κατὰ χειρῶν*. Quo modo, quum *Ἕλληνες* hic quoque intelligendum est, lector minus attentus id non animadvertit et sic notulam illam adscripsit supervacaneam, quae ab Ed. Pr. rectissime abest. De *Ἕλληνες* pro *Ἀττικοὶ* videndus etiam Salmasius de Ling. Hell.“ *Pauw*. De additamento idem judicat Fischerus in Ind. Theophr. s. *ταχύ*.

Introduct. XI. 372. C. T. II. Lucian. Macrob. 24. 129. T. VIII. Dioscor. IV. 173. 251. a. Athen. XIV. 61. 561. et expresso genere *αἱ ῥάγες* Theophrast. H. Pl. IV. 16. 491. Caus. Pl. III. 21. V. 13. Philostr. Imag. I. 31. 809. Apollon. Lex. Hom. p. 248. Geoponn. V. 2. 314. ubi cod. Guelph. constanter neotericam formam *ῥόγας* praebet. *) Suidas: *Ῥάξ ἐπὶ σταφυλῆς, ῥώξ δὲ ἐπὶ φαλαγγίου*, de quo discrimine nihil suboluit Grammaticis majorum gentium, neque id agnovit Aelianus H. An. III. c. 30. qui, ut Aetius, Nonus, Achmet. Onir. c. 285. aliique, etiam phalangium illud *ῥᾶγα* dicere solent. v. Bernard. ad Non. T. II. p. 318. *Ῥᾶγες* pro acinis e Ctesiae Indicis refert Photius Bibl. 19. 830. *ὁ ῥώξ* ex Esai. 56. Hoeschelius. *Πυκνόῤῥωξ* et *εὐρώγης* e poetis Anthologiae excitavit Sturzius p. 192. *πεντάῤῥωγον* in Leonidae Tar. Ep. XIII. codex praebet. Adde *φιλοῤῥώξ* Simmiae II. 3. et *μικρόῤῥωξ* Hesychii, pro quo Plato Legg. VIII. et Dioscor. V. 2. 259. a. *μικρόῤῥαξ* dixerunt. Suidas: *Ῥώξ, κόκκος·* quod male Kuesterus in *ῥάξ* mutat. Clare Antiatt. p. 103. *κόκκους οὐ δικαιοῦσι λέγειν ῥοᾶς ἢ σταφυλῆς, ἀλλὰ ῥᾶγας*. Adde Lexicis *ῥαγοειδής* Galen. de Usu Part. X. 4. 535. E. Non. Epit. c. 72. 258. et *ῥαγώδης* Theophr. H. Pl. VI. 2. VII. 14.

†) Eodem, quo ille, sensu sunt Moeris, Herodianus,

*) In his et aliis locis scribendum est *ῥᾶγες*; vocalem vel in prima positione produci vult Draco p. 19. et 80. sed *ῥᾶξ* scribi non necesse est, nisi in Aeolicis monumentis. Pro dorico *γλαύξ* Arist. Eqq. 1097. scribendum est attice *γλαῦξ*, quo tenore notatur Vesp. 1086. v. Schol. ad h. l.

Κωλύφιον μὴ λέγε, κωλῆνα δέ. †)

Thomas; contrarium sentit Lucianus Soloec. 7. 226. quem non una ratione cum ceteris conciliari posse video; auxilio autem et correctione indigere ex eo judico, quod neque ipse hanc comparativi formam sibi indulsit, neque alius quisquam melioris notae scriptor, si a paucis discedimus exemplis, librariorum ignorantia fortasse vitiatis, ut ap. Hipp. de Mul. Morb. I. 2. 729. C. τάχιον καὶ μᾶλλον, pro quo paullo ante θᾶσσον legitur. Herodoto nunc L. IV. 127. pro illo ταχύτερον redditum est, constanti hujus scriptoris usu confirmatum. Hipparchi Pythagorei auctoritas a Fischero commemorata ad Vell. I. 78. non major est quam vel Theanus Ep. I. 55. vel Phalaridis Ep. LXXVII. Ex Atticis scriptoribus Piersonus Menandreum λόγου τάχιον commemorat, eo loco positum (Ploc. p. 150.), qui corruptelis coopertus neque ab Heringa Observ. pag. 250. satis expurgatus est. In vulgari autem dialecto quantopere hoc nomen viguerit, innumera Diodori, Plutarchi, Dionysii et aequalium exempla docent, quae sciens praetermitto.

†) I. Reg. 9, 24. ἥψησεν ὁ μάγειρος τὴν κωλέαν. ad quem locum Photius noster Epist. CCXLII. Msc. τὴν δὲ κωλέαν ἡ τοῦ 'Ακύλου ἔκδοσις κνήμην ἀναγράφει· εἴη δ' ἄν, ἀκριβέστερον εἰπεῖν, σκέλος, ὅπερ καὶ δυσὶν ἑτέροις ὀνόμασι δηλοῦται· λέγω δὴ ὁ μετὰ μηρὸν κωλήν, καὶ τὸ μετὰ τὸν μηρὸν ἀκροκώλιον. τὸ γὰρ τῆς κνήμης ὄνομα διαφόροις πράγμασιν ἐπιπλανᾶται· εἰώθασι γὰρ καλεῖν κνήμην καὶ τὸ ἔμπροσθεν μὲν τοῦ σκέλους εἰς μῦν ἐπηρμένον· ὥςπερ τὸ ὄπισθεν ἀντικνήμιον. καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο τὸ συγκείμενον ἔκ τε τοῦ προκνημίου καὶ τῆς παρακνημίδος, ἅμα τῆς ἐπαλειφούσης αὐτὸ σαρκὸς καὶ τῆς δερματίδος, ἡ παλαιὰ τῆς Ἑλλάδος κνήμην ὀνομάζει. *Hoeschel.* (a vulgatis p. 564. in nonnullis discrepans). *Κωλέα, κωλῆ, perna;* inde κωλύφιον fieri non potest, sicuti nec a κωλεός; κωλύφιον a κῶλον deducendum esset, qua voce perna denotari non solet; quare κωλύφιον revera minus accommodatnm est. *Pauw.* Est utique a κῶλος (s. κῶλον), quemadmodum docet Etymol. p. 586. 40. κωλήν, ut a μέγιστος μεγιστήν, a Κέφαλος Κεφαλλήν derivatur. Indidem ducitur etiam κώληψ, ut a

σκῶλον (σκόλος) σκόλοψ, ab ἐλλός ἔλλοψ, et hinc rursus κωλήπιον, quod apud graecos scriptores nondum mihi indagatum, sed a Latinis receptum est, qui *colepium* (v. Burman. ad Petron. 545.) et *colephium* s. *coliphium* scribunt. Hoc fuerit illud, quod quaerimus, κωλύφιον, ἢ et ι pro υ substituto, ut ὀρνίφιον pluribus Aeliani locis legitur pro ὀρνύφιον, et ξυλίφιον apud Hesychium s. Φρύγετρον, et rursus ξυλήφιον in Alexid. Athen. XIII. 23. 52. Polyb. VII. 54. et 55. quibus omnibus locis ξυλύφιον (eadem mensura qua κέλυφος) scriptum fuisse suspicor, ut δενδρύφιον Mechann. vett. p. 194. Theophr. H. Pl. IV. 8. Dioscor. I. 148. 57. b. Hesych. s. Λύγος, ζωύφιον etc. Ξυλήριον autem, cui Albertius patrocinatur ad Hesych. s. Ῥόμβος, atque tota illa terminatio deminutivorum in ηριον, de qua docte et copiose egit Spohnius meus Comm. de Extr. Odyss. Part. p. 133., multas habet suspiciones. Etymologus autem hoc modo scripsisse videtur: Ξυλάφιον — δοκιμώτερον δὲ τὸ ξυλύφιον καὶ ξυλάριον.

Κῶλος autem et κῶλον tantummodo terminatione distant; unde et κωλεός et κωλῆ s. κωλέα et reliqua oriuntur, de quibus modo dictum est; quanquam non omnia Atticis perinde probata, neque eodem modo accepta sunt. v. Casaub. ad Ath. L. IX. init. Κωλεός (ut ὀσχεός) ex uno Epicharmo affert Athenaeus; femininum genus varie scribitur, modo κωλῆ (male κωλή Plut. V. Artax. XVIII. 408.), ut ἀλωπεκῆ, ἀνθρωπῆ, λεοντῆ, modo non contractum κωλέα I. Sam. IX. 24. cf. Valcken. Gloss. sacr. p. 196. Lips. ut τὴν αἰγέαν Joseph. Antt. I. 16. 49. αἱ σκελέαι Poll. VI. 59. 92. τὰς τραγέας Theophr. de Odor. p. 452. Plutarch. Quaest. Gr. XV. 386. quod rectius contrahitur. Eustathius p. 276. τραγαῖ περισπωμένως, ὡς λεονταῖ. sed idem p. 1963. 39. alia hujus inconstantiae exempla profert: ἡ μηλέα οὐ συναιρεῖται εἰς μηλῆν κατὰ τὴν συκῆν. ἀμυγδαλέα, ἀμυγδαλῆ, ῥοδέα, ῥοδῆ — τὸ δὲ μορέα οὐ συναιρεῖται. Κυνέη recte in anapaestis Aristoph. Nub. 287. non recte in Lucian. Bis accus. 21. p. 81. T. VII. Contra κερδαλέα in oratione soluta perinde ut alia qualitatum vocabula, ἀργαλέα, λυσσαλέα, contractionis exsors est, neque κερδαλῆ (multo minus κερδάλη Greg. Naz. Or. IV. 116. B.) nisi cum recordatione poeticae memoriae usurpandum est. Denique etiam retracto accentu κώλη

Κακοδαιμονεῖν: οὕτως οἱ νόθως ἀττικίζοντες. Ἀθηναῖοι γὰρ διὰ τοῦ ᾱ, κακοδαιμονᾷν λέγουσιν. καὶ θαυμάσαι δ' ἄν τις, πῶς εὐδαιμονεῖν μὲν λέγουσιν, οὐκέτι δὲ κακοδαιμονεῖν, ἀλλὰ κακοδαιμονᾷν· καὶ πῶς εὐδαιμονοῦσι μὲν λέγουσιν, οὐκέτι δὲ κακοδαιμονοῦσιν, ἀλλὰ κακοδαιμονῶσι. a) †)

a) Ed. Pr. et Phav. καὶ θαυμάσαι ἄν τις. Illa οὐκέτι δὲ καὶ κακοδαιμονοῦσι, hoc vulgatam sequente. Thomas breviavit h. l.

nonnunquam scribitur, ut ὄσχη, substantivorum modo, Arist. Nub. 1128.

Antiquae formae κόλος s. κόλον monimentum est verbum ἐγκοληβάζειν, i. e. in poplitem s. posticam impingere, ingeniculare, πρὸς σκέλος κυρηβάσαι, quod Eustath. p. 1026, 51. non inscite homerico κώληπα κόψαι apponit. Idem mihi significare videtur κολετρᾷν, quod Scholiastae Aristophanis generalius κλοτζοκοπεῖν et τζαλοπατεῖν interpretantur, sed proprie ad eandem corporis partem pertinet, unde et *culus* et κόλων (*cinaedus*, κόλλαβος) nominantur. Zonaras p. 1359. Μελαμπύγου, μελανοκώλου. et hodie Graeci, ut Corayus tradit ad Isocr. p. 245. ὀπισθόκωλα dicunt pro παλιμπυγηδόν.

†) Si Nunnesium audis, κακοδαιμονεῖν dicitur infortunatum esse, sed κακοδαιμονᾷν insanire, aut a furiis et malo genio agitari. Pauwius εὐδαιμονεῖν et εὐδαιμονᾷν (quod plane barbarum est) forma, non significatu differre statuit; εὐδαιμονεῖν significare deos sibi faventes habere et sic felicem esse; oppositum κακοδαιμονᾷν deos sibi habere offensos et sic esse infelicem. Longe praestat Nunnesii ratio, a Blomfieldio ad Aesch. Sept. p. 201. tacite adoptata, quam si sequimur, non difficile est repertu, cur Attici κακοδαιμονᾷν potius quam κακοδαιμονεῖν dixerint. Verba enim in ᾷν et ιᾷν derivata proprie in animi corporisve affectionibus usurpantur. Sic v. c. σπληνιᾷν dicitur τὸν σπλῆνα ἀλγεῖν, et similiter λιθιᾷν, κριθιᾷν, μολυβδιᾷν (Phryn. App. p. 52. deest Lexx.); de animi perturbationibus δυσερωτιᾷν, νυμφιᾷν, πασχητιᾷν, et cetera multi-

tudo desiderativorum. Similiter nos Germani et aegrum appetitum voluptatis et corporis in morbum inclinantis imbecillitatem, quia in utroque impotentia quaedam intelligitur, uno eodemque vocabulo (*Sucht* et *süchtig*) appellamus. Id genus Attici plerumque in ᾷν, vulgares in ιᾷν terminant. Photius: *Λιθῶντας τρισυλλάβως, οὐ λιθιῶντας· Πλάτων ια΄ Νόμων* (*ἀνδράποδον λιθιῶν* vulgatum Plato Legg. XI. 916. A.). *καὶ βραχᾷν λέγουσιν, οὐ βραχιᾷν* (l. *βραγχ.*) *καὶ ἕτερα τοιαῦτα* p. 164. Idem: *ψώραν καὶ βράγχαν* (leg. *ψωρᾷν, βραγχᾷν*) *δισυλλάβως λέγουσιν*. *Βραγχᾷν* legitur ap. Aristot. H. An. VIII. 21. 590. Dion. Cass. LXIII. 26. 1045. *βραγχιᾷν* Porphyr. Abst. III. 7. 252. Psalm. LXX. 4. In Aristotelis loco eo, unde Stephanus *βραγχιᾷν* protulit, nescio an praestet *βραγχᾷν*, ut idem scriptor *ταυρᾷν, τραγᾷν, κυνᾷν* et *καπρᾷν* usurpat, quod Sylburgius VI. 17. alteri lectioni *καπριᾷν* praefert. Ita Poll. II. 103. verbo *βραγχᾷν* aliquis jota superscripsit, ut esset *βραγχιᾷν*. Id si de Aristotele, scriptore non admodum eleganti, obtineri non potest, certe in Platone *ποδαγρᾷν*, quo et Aristoph. Plut. 559. utitur, recte judicarunt vulgato *ποδαγριᾷν* praestare. Ac fortasse etiam in Platone l. c. *λιθῶν* pro *λιθιῶν* scribendum, et in Gorg. 494. E. ubi *κνησιᾷν* et *ψωριᾷν* leguntur, alterum quidem retinendum, *) alteri autem ea forma tribuenda est, quam Photius Atticis placuisse refert. In Aristophane, unde Pollux *καρηβαριᾷν* citat, haud dubie *καρηβαρᾷν* legebatur, quam scripturam Dionysius Atticis tribuit, in Theophr. de Odor. p. 450. servatam. *Ὑδερᾷν*, quod Jungermannus Poll. IV. 187. in *ὑδεριᾷν* mutavit, tuetur etiam Photius: *Ὑδερῶν, ὑδρωπιῶν*. v. ad Hesych. s. *ὑδρῶν*. In *χειρᾷν* non temere videntur codd. Pollucis conspirare; *λεπρᾷν* multos habet et antiquiores testes, sed nec *λεπριᾷν* dubitari debet, Porphyr. Abst. III. 7. 252. Dioscor. I. 103. 43. b. Similiter etiam *ἰκτερᾷν* et *ἰκτεριᾷν* (ut *ἰκτερώδης* et *ἰκτεριώδης* **)), *κριθᾷν* et *κριθιᾷν* etc. Eadem

*) Retinent jota, quae cum substantivis in ις, ιας, ης, vel usitatis, vel suppositis, cognata sunt, *κλαυσιᾷν, κερουτιᾷν, ὠχριᾷν, μαθητιᾷν, βινητιᾷν, ὀφθαλμιᾷν, πνευστιᾷν, περιπνευμονιᾷν, κυνοδακνιᾷν, ὑδροφοβιᾷν*. Lexicis adde *φαλακριᾷν* Suid. s. *ἀωρόλειος, χιμετλιᾷν* Dioscor. II. 39. p. 77. a. *φονητιᾷν* Isidor. Pelus. Ep. III. 619. Eustath. 475.

**) In eodem Hippocrate *ἰκτερώδης* de Morb. L. II. 5. 555. B.

est verborum varietas, quae animi quendam affectum significant, ut θανατᾷν et θανατιᾷν, δαιμονᾷν et δαιμονιᾷν, quorum hoc scriptores quidam impoliti de arrepticiis (v. Valck. ad Hipp. p. 895. Coray ad Heliod. p. 146.), illud veteres usurpant. Successit ad haec tertia forma δαιμονίζεσθαι, quae etiam in affinibus quibusdam apparet, καπρίζεσθαι Aristot. H. A. VI. 17. Hes. s. θριῆσαι, σπληνίζεσθαι.

Atticos igitur veteres probabile est propriam hujus flexurae vim consectantes et exemplum simplicis δαιμονᾷν intuentes, κακοδαιμονᾷν dixisse de iis, qui magnitudine malorum a mente consilioque deducuntur, atque unum ex alio sibi infortunium arcessunt. Is est sensus, eaque forma ap. Aristoph. Plut. 372. Demosth. de Reb. in Chers. p. 93. (ubi recte Wolfius e codd. et Dionysii auctoritate κακοδαιμονοῦσι in κακοδαιμονῶσι vertit) Xenoph. Memor. II. 1. 5. Dinarch. c. Demosth. p. 63. T. IV. de quo loco Wolfio potius quam Reiskio assentior. Hinc plurimum distat κακοδαιμονεῖν, quod infelicitatem significat a θεοβλαβείᾳ disjunctam; sic Xenoph. Hier. II. 4. et Michael. Eph. in V. Nicom. p. 71. a. εὐδαιμονεῖν et κακοδαιμονεῖν tanquam opposita commiserunt, et perspicue Plutarch. de Cup. Div. I. 149. d. Exsil. X. p. 375. T. X. Epist. Socr. IX. 16. (Orellii nota plena errorum est) M. Anton. L. II. 8. Arrian. Epict. I. 25. 128. Diog. La. VI. 71. 348. Sext. Emp. adv. Log. VII. 372. (κακοδαιμονικόν ex eod. c. Ph. I. 589. adde Lexicis). Veterum et probatorum auctorum nullum hujusmodi exemplum Phrynicho innotuisse videtur, neque is aut κακοδαιμονᾷν de mera infelicitate (v. Var. Lect. in Xen. Hier. l. c. quod plane absonum foret) neque κακοδαιμονεῖν de mentis aegritudine (quo sensu dixit Schol. Lucian. Lexiphan. XVII. 195. T. 5.) usurpari concesserit. Corayo in Heliod. I. 24. βαρυδαιμονιᾷν in βαρυδαιμονεῖν mutanti non accedam; quae ambo concorditer in uno quasi significationis fundo stabulantur, ut σκληροτραχηλεῖν cum τραχηλιᾷν, δυσουρεῖν cum δυσουριᾷν, κατηφεῖν cum κατηφιᾷν, σκοτοδινεῖν cum σκοτοδινιᾷν, σπουδαρχεῖν cum σπουδαρχιᾷν consistit. In hoc postremo clare apparet vis desiderativa cum hac terminatione in ιᾷν proprie conjuncta; quae antequam certis finibus in-

T. VII. de Intern. Affect. c. 47. 672. D. de Morb. Mul. II. 13. 803. D. et ἰκτεριώδης ib. II. 12. 802. D.

clusa esset, poetarum arbitriis libere inserviit. Hac libertate Homerus ἀφριᾷν, φυσιᾷν, δηριᾷν, δερκιᾶσθαι, σκοπιᾶσθαι etc. produxit, quam flexuram olim promiscuam et communem fuisse docent nos veterum dialectorum reliquiae, ἀδικιᾷν, μετριᾷν, μογιᾷν. v. ad Greg. p. 229.*) Postquam autem super ceteras excrevit attica dialectus, perpauca duraverunt veteris abundantiae monimenta. Eustath. p. 95. *Μηνίειν βαρυτόνως ὁ ποιητής· οὕτω καὶ ἡ κοινὴ χρῆσις· τῶν τινὲς δὲ ὕστερον Ἀττικῶν μηνιᾷν.* Cothurni tragici principes priscam formam μηνίειν retinuerunt, Aesch. Eum. 101. Soph. Oed. C. 965. 1274. Eur. Cycl. 494. rerum civilium scriptores Attici neutrum usurpant, recentiores promiscue utrumque (v. Abresch. et Locell. ad Xenoph. Eph. p. 131.), sic ut nesciam, utrum Appiano Bell. Civ. p. 390. μηνιῶν relinquendum an e cod. Aug. μηνίων recipiendum sit, quod aliis locis legitur, Bell. Mithr. 46. 706. Annib. VII. 291. Pertinet haec dubitatio etiam ad Synes. Ep. III. p. 160. ubi textus ἐμήνιει, margo ἐμηνία exhibet. βαρυμηνιᾷν Nicet. Ann. XV. 6. 304. ἐβαρυμηνίασε XVI. 3. 316. dubiis eximendum est. *Μαλκίειν* Demosthenes, μαλκιᾷν s. μαλακιᾷν Xenophon protulit, v. ad Hesych. h. v. quae praeterea adnumerant, μαλκιεῖν, μαλκείειν, μαλκεῖν ex errore nata sunt. **) Relicto apud Epicos μειδᾷν, Attici μειδιᾷν sibi asseruerunt, Plat. Parm. 130. A. Arist. Thesm. 513. Themist. Or. VII. 91. C. Porphyr. Abst. III. 3. 300. *Γειτονεῖν* Aesch. Pers. 309. Suppl. 794. Legg. VIII. 426. T. 8. Polit. p. 33. T. 6. et γειτνιᾷν Aristoph. Eccl. 327. Dem. c. Callicl. 1272. 1278. Aristot. Rhet. I. 9. 104. T. 4. Theophr. H. Pl. IV. 12. 469. pari fere apud illos auctoritate sunt; γειτονιᾷν ap. Etym. s. γείτων, Lex. Rhet. Bekk. p. 231. a Lexicographis omissum, recentioris usus videtur neque communiter receptum. Antiatt. p. 86. *Γειτονιᾷν ἀντὶ τοῦ γειτνιᾷν Θεόπομπος Φιλίππῳ* (f. Θ. Φιλιππικῶν) καὶ γειτονεῖν. — *Σκοτοδινιᾷν* Plato Legg. II. p. 80. Theaet. p. 155. C. Philo de Joseph. 546. σκοτοδινεῖν Lucian. Philop. I. p. 238. T. IX. nullus antiquiorum attigit. Pro homerico

*) Pleraque illa a perfectis derivantur, κελευτιᾷν s. κελευστιᾷν, ἀοιδιᾷν, ὑλακτιᾷν, ὀρεκτιᾷν.

**) *Μαλακιεῖ* Aelian. H. An. I. 32. μαλακιοῦσα IX. 16. μαλκιεῖν IX. 5. falso accentu notantur; μαλακιῶντα Themist. Or. IV. p. 60. non opus est in μαλκιῶντα verti, quod Harduinus optabat.

Κόρημα χρὴ λέγειν, ἀλλ' οὐ σάρον; καὶ κορεῖν καὶ παρακορεῖν, οὐχὶ σαροῦν.

Σάρωσον ἐπειδὰν ἀκούσῃς τινὸς λέγοντος, κέλευσον παρακόρησον λέγειν, ὅτι οὐδὲ σάρον λέγουσιν, ἀλλὰ κόρημα καὶ κάλλυντρον. [a]) †)

---

a) Edd. hos articulos diversis locis exhibent; secundum male repetitum dicit Pauwius, eamque repetitionem a librorum discrepantia derivat. Ed. Pr. κάλυντρον pro καλλ.

ἀκηδεῖν, quo adhuc Aeschylus usus est Prom. 508., recentiore memoria ἀκηδιᾷν in consuetudinem venit, nec κατηφεῖν et κατηφιᾷν, quae pariter celebrantur a scriptoribus vulgaribus, Attici frequentasse videntur.

†) Σαροῦν improbat Phrynichus, non σαίρειν; σαροῦν scil. est a σάρον, quod itidem improbat. Pollux X. 29. εἰ δὲ καὶ σαίρειν φήσεις τὸν θυρωρὸν, τί κωλύει κἀκεῖνο (κόρημα) καλεῖν σάρον· ἡ χρῆσις γὰρ ἀπὸ τῆς ἅλω καὶ ἐπὶ τῆς οἰκίας ἄγει τοὔνομα. Scripserat antea IV. 94. σάρον ὡς Ἀπιτόπολιν τὸ ἐν τῇ ἅλῳ ἐκάλουν. Si eum sequamur, σάρον proprie dicitur areae verriculum et ἀκυρολογία in eo, quod nomen ab area ad aedes transferatur male. Nescio, an ei assenserit Phrynichus; rationes ubique addere debuissent Grammatici, ob quas vel probabant vel improbabant voces. Pollux etiam μυλήκορον, quod proprie de mola dicitur, ab Archippo ad aedes et alia loca traductum esse dicit X. 29. quae κατάχρησις longe major, sed potuit comicum quid in eo latere, quod molae verriculo aliquis purgaret forum. *Pauw*. Verbum σαροῦν a Phrynicho et Moeride improbatum Sturzius p. 192. tantummodo in N. T. et Geoponicorum libris inveniri notat. Usurpavit etiam Artemid. II. 33. 199. verrendi notione; translate Lycophro. v. Lexx. Composita κατεσαρώθη (*corpora in mare ejecta*) Euseb. H. Eccl. V. 1. 210. ἀπεσάρωσε Nicet. Ann. I. 12. p. 31. D. Lexicis desunt; eodem pertinet *Asarotum*. Σάρον, quod Pollux l. c. bonitate nulli postponit, jam in Pythagoreorum symbolis commemoratur, in quibus et illud praecipiebant μὴ σαρὸν (hanc oxytonesin improbat Jungerm. ad Poll. l. c.) ὑπερβαίνειν; aliud exemplum ex Ione, repetiit Hesychius.

Ἀφῆλιξ λέγοντες ἁμαρτάνουσιν οἱ ῥητορικοί· τοὐναντίον γὰρ ἢ δεῖ χρῶνται. τὸν μὲν γὰρ πρεσβύτερον ῥητέον ἀφήλικα, οἱ δ' ἐπὶ τοῦ μηδέπω τῆς ἐννόμου ἡλικίας χρῶνται. [a]) †)

Ἐπιτροπιάζειν: ἔτι καὶ τοῦτο διέφθαρται, καίτοι λεγόντων τῶν ἀρχαίων φανερῶς [b]) *ὑποτροπιάζειν.* ††)

---

a) Ed. Pr. pro *λέγοντες ἁμαρτάνουσιν* habet *λέγουσιν* et pro *τῆς ἐννόμου*, *τῆς ἐν νόμῳ*. Sic et Phavor. utrumque scribit, pro *ῥητορικοί* autem rectius *ῥήτορες*. *Ἐπὶ τοῦ τῆς ἐνν. ἡλ.* aut addi aut intelligi debet *ἐπιβεβηκότος*. Suidas: *τινὲς δὲ χρῶνται ἐπὶ τοῦ μηδέπω τῆς ἐννόμου ἡλικίας παιδός*, quae eadem leguntur in Anecd. Bekk. p. 470. et Zonarae Lexico p. 351.

b) Ed. Pr. et Phav. mutato ordine *λεγόντων φανερῶς τῶν ἀρχαίων*.

†) Significationem omnium judicio damnatam, v. Phrynich. App. init. Moeris, Suidas, Thomas, a Phrynicho Comico huic vocabulo subjunctam esse tradit Poll. II. 17. quem prorsus alia dicentem facit Schneiderus: *Φρύνιχος τὰς νέας μὲν ἀμφήλικας λέγει, Φερεκράτης δὲ τὴν γεραιτέραν ἀμφηλικεστέραν*, aperto scripturae errore. Nam *ἀμφῆλιξ*, quod Pauwius significare putat eum, qui circa aetatem vegetam et florentem versatur, Heynius autem ad Il. 22, 490. duntaxat scriptura ab *ἀφῆλιξ* differre statuit, omnino graecum esse non videtur. Hoc impuberem (*ἀνήλικον*) significat apud Arrianum et Theophilum. v. Steph. Thes. T. I. p. 1452. Du Cang. p. 159. et Tittmann. ad Zon. h. v. veteres omnes de aetate provecta dixerunt, iique magis comparativum in oratione pedestri, quam positivum gradum probasse videntur, a quo refugiendum esse monet Phrynichus App. l. c. Neque is vel Homerum, quem Schaeferus provocat ad Greg. p. 529., neque comoediae veteris auctores, a Polluce productos, neque quemquam recentiorum rhetorum (ut Lucian. Pseudol. XV. 71. T. 8. Aelian. H. An. XIV. 18.) intercedere sibi patietur.

††) *Ἐπιτροπιάζειν* (leg. *ὑποτροπ.*) verbum medicum, quo bis utitur Philo in Flaccum, idem quod *περιοδίζειν* in libro ejusdem in Cajum. *Hoeschel.* Res hic agitur sine

Προκόπτειν λέγουσι. τὸ δὲ ὄνομα προκοπὴ οὐκ ἔστι παρ' αὐτοῖς. [a]) †)

Βιβλιαγράφος: οὕτω λέγουσιν ἐν πέντε συλλαβαῖς καὶ διὰ τοῦ ᾱ, οὐχὶ τετρασυλλάβως διὰ τοῦ ō. [b]) ††)

---

a) Ed. Pr. *τὸ δὲ ὄνομα ἡ προκοπὴ παρ' αὐτοῖς οὐκ ἔστι.*

b) Ed. Pr. *τετρασυλλ. καὶ διὰ τοῦ ᾱ.* Phavorinus: *τετρασυλλάβως διὰ τοῦ ō βιβλογράφος.*

tabulis et testibus; nam pro *ἐπιτροπιάζειν* nullum auctorem citare possum, sive non satis attendi, sive nusquam extat.

†) Non immerito haec vox a Grammaticis contemta est, quae nullum antiquum, nedum atticum auctorem habet; nam quod in sermonibus Maximi p. 624. legitur: *Ἡράκλειτος ὁ φυσικὸς οἴησιν ἔλεγεν ἐγκοπὴν προκοπῆς εἶναι*, Stoici suum esse clamant (v. Reiske Epist. ad Fam. p. 264. Schleiermacher Mus. Phil. Vol. I. P. III. p. 522.), quorum ex disputationibus Schol. ad Lucian. Bis accus. 21. 78. T. VII. *προκοπήν* et *ἀπροκοπίαν* repetit. Neque nobis imponet ille Platonicae epistolae conditor XVII. 31. Orell. qui quum hoc nomine utitur, non tam Phrynichum erroris convincit, quam suam fraudem detegit. Philonis, Josephi, Diodori et insequentium testimoniis nihil utar. Infer Lexicis *συμπροκόπτειν* Nicomach. Geras. L. I. p. 29. ed. Wechel.

††) Pollux L. VII. *βιβλιογράφον* usurpatum inquit a Cratino, *βιβλιογράφος* vero ab Antiphane. Locus est suspectus; nulla enim varietas, nisi in casu, aut in sono, quam notarunt typographi. Suspicor legendum esse in Antiphane *βιβλιαγράφος* cum ᾱ, quod mediae comoediae poeta fuerit et minus elegans, quam Cratinus, veteris comoediae scriptor. *Nunnes.* Pauwius contra *βιβλιαγράφος* Cratino, *βιβλιογράφος* Antiphani tribuendum putat, quod illud e Phrynichi sententia emaculatius, veterique poeta dignius sit; neque probat Salmasium Antiphani *βιβλιοῤῥάφος* reddentem. Tum sic pergit: „Thomas M. *Βιβλιογράφος, οὐ βιβλιαγράφος*, directe contra assertionem Phrynichi. Res

Βασκάνιον λέγουσιν οἱ ἀρχαῖοι, οὐ προβασκάνιον μετὰ τῆς πρό. ἀδόκιμον γάρ. [a]) †)

Βοίδιον καὶ βοΐδιον ἀρχαῖα καὶ δόκιμα, οὐχὶ βούδιον καὶ βοῦδιον, διὰ τοῦ ῡ.

Ῥοΐδιον διαιροῦντες λέγουσιν οἱ ἀμαθεῖς. ἡμεῖς δὲ ῥοίδιον. [b]) ††)

---

a) Ed. Pr. et Nunn. *προσβασκάνιον* et *πρὸς*, quod Hoeschelius correxit. *Ἀδόκιμον γὰρ* omittunt Ed. Pr. et Phavor.

b) Rectius longe Ed. Pr. Vasc. et Phavor. *Νοΐδιον καὶ βοΐδιον — οὐχὶ νοΰδιον καὶ βοΰδιον.* Huic articulo alterum subjunxi, qui in Edd. multo infra ante *σμῆγμα* legitur.

est ambigua et facile labi potuerunt scribae; ipsa tamen insolentia hic etiam commendat *βιβλιαγράφος*. An rigidiores Attici maluerunt *βιβλια*— quam *βιβλιο*—, quia sic hominem habemus, qui *libris* describendis vacat, non *libro?*" Abreschius ad Thom. p. 152. Antiphanem *βιβλογράφος* scripsisse opinatur, de quo, ut de toto hoc genere, in Parergis dicere constitui.

†) *Βασκάνιον* Pollux refert a fabris ante fornicalia suspendi depellendae invidiae causa. Eodem pertinent oscilla Virgilii (Scaliger contra monet, Virgilii oscilla esse *αἰώρας*) et *satyrica signa hortorum* apud Plinium, phalli item et ithyphalli. *Nunnes.* Ut in Jeremiae Epistola: *ὥσπερ γὰρ ἐν σικυηράτῳ προβασκάνιον οὐδὲν φυλάσσον.* Scholion: *Προβασκάνια καὶ περίμβηλα Ἑλλήνων οἱ λόγιοι καλοῦσιν, ἅτινα ἱστῶσιν οἱ ἀγροφύλακες πρὸς φόβον ὀρνέων ἢ καὶ ἀνθρώπων. ταῦτα δὲ μορμολυκεῖα καλοῦνται.* Mendose in quibusdam Edd. Bibliorum *σικυήλατον*. Est autem *σικυήρατον* (quae vox et Esai. c. I. confirmante cod. Aug.) *τόπος προςκαίρων καὶ ὀλιγοχρονίων καρπῶν οἰστικός, τέρψιν τινὰ μᾶλλον ἢ ὠφέλειαν παρεχόμενος* Basil. *Hoeschel.* *Τὸ τῶν λεγομένων προβασκανίων γένος* Plutarch. Symp. V. Quaest. VII. 3. p. 228. T. XI. Glossae: *Mutonium*, *προβασκάνιον*. v. Casaub. Lectt. Theocr. c. VIII. p. 90. Douza ad Lucil. IV. p. 115. *Βασκάνιον* est in Aristoph. Fragm. Inc. LXI. quod ordinavit Porsonus ad Med. 734. Advers. p. 249. Alexandrini communiter *φυλακτήρια*, ceteri Graeci *περίαπτα* vocant.

††) *Ῥοΐδιον* quum expungeret Phrynichus, non poterat

βοΐδιον ut vetus et legitimum commendare; neque id permittunt reliqui Atticistae, quorum auctoritate Porsonus, Praef. ad Hec. LVII. Piersoni vestigiis insistens, contractas formas *οἰστός*, *οἰζυρός*, *νοίδιον*, *βοίδιον* poetis scenicis restituit, quas metrorum ratio ubique fert, non raro exigit, neque librarii penitus evellere potuerunt. Pedestres autem scriptores, quum nullo ejusmodi adminiculo niterentur, non potuerunt ingravescenti corruptelae resistere. *Βοΐδιον* quidem nunc omnibus fere locis expressum est Demosth. Olynth. III. p. 37, 6. Aristot. H. An. III. 16. 126. Plutarch. Symp. V. Quaest. I. 2. 202. T. XI. Dion. Chr. Or. VII. 224. Athen. XIII. 34. 76. Lucian. Dial. Deor. XX. 5. p. 61. T. II. Procop. Bell. Goth. IV. 21. 6.5. B. Ac pro recentioribus Graecis non nimis contendam, neque, si *ἐλεεινός* ap. Platonem Gorg. p. 49. T. IV. et Demosth. de fals. leg. p. 361. p. 366. c. Mid. p. 574. p. 582. dubium videri posse concedam, idcirco etiam Corayo assentiar Heliodorum VI. 169. et Passowio Longum p. 313. attice *ἐλεινός* scripsisse. Sed Demostheni opitulatur Ulpianus ad illum locum haec adnotans: *τὰ βοίδια ὑποκοριστικόν ἐστιν ἐν συναιρέσει ἀττικῇ*. *Βοΐδίων* nomen coqui apud Sosipatrum Athen. IX. 22. 394. *Βοιδίων* tribus syllabis scribendum videtur, ut *ὁ βοίδης, παρὰ Μενάνδρῳ, ὅ ἐστι πρᾶος καὶ εὐήθης καθ' ὁμοιότητα τοῦ ἀμνοκῶν* Eustath. p. 962, 18. quod Lexica omittunt. Tertia forma est *βοιίδιον* in Epigr. *'Αδεσπ.* 185. a Planude servata, v. Jacobs. Act. Monac. T. I. Fasc. II. p. 126. quarta *βώδιον*, quinta *βούδιον*. Hesychius: *Βώδιον*, *βοΐδιον*. Antiatticista Bekk. p. 85. *Βούδια, οὐ μόνον βοίδια*. Illa apparet etiam in *ῥώδιον* ap. Du Cang. s. *ῥόδια*, et *στώδιον*, de quo statim dicendum erit; haec in *ῥούδιον* apud eundem Du Cangium et *μνούδιον* in Gloss. Steph., denique in *φλούδιον* Zonarae p. 1813. Quippe in hunc errorem abductus est sermo vulgaris recordatione nominativorum *βοῦς*, *νοῦς*, *μνοῦς*, quibus deinde etiam alia affinxit, a diversa origine ducta. *'Ροΐδιον* cum diaeresi legitur Diod. Sic. IV. 35. (sic codd. plures pro *ῥοιάς*) Nonnus Epit. 62. 258. Geoponn. X. 76. 762. Sed in Athen. XIV. 64. 366. *ῥοΐδιον ὡς βοΐδιον τὰ ὑποκοριστικόν· Μένανδρος, τῶν ῥοϊδίων ἐτρώγομεν*, trisyllabum restituendum est. *) Utrum autem *νοίδιον*, ut Aristophani Eqq.

*) Schweighaeuserus nihil de Atticistarum praeceptis vel fando accepisse videtur, qui et haec pertulit et *ῥοΐδια* Hermippo XII.

100. sic etiam Philostrato Vit. Soph. II. 10. 586. reddi necesse sit, definire nolim. *Χοΐδιον*, *σταμνίον*, Suidas. *Σχοΐδιον* in Hesychio legitur, *στοΐδιον* ap. Strab. IX. 1. §. 15. p. 560. itemque in Hesychio s. *'Επιστόδιον* Is. Vossius reponit *ἐπιστοΐδιον*, Salmasius *ἐπιστῴδιον*; *στῴδιον* (a *στοιά*) communiter scribi solitum apparet ex Grammaticorum praeceptis, v. Etym. s. *καλῴδιον* et *στῴδιον* et Const. Lascaris Gramm. B. litt. 5. *Γρᾴδιον* (ex *γραιίδιον* contractum, v. Zonar. Lex. p. 453.) quum recte nunc scribatur in Aristophanis iambis et trochaeis, dubitari potest, utrum etiam Demostheni de Cor. p. 313. redhibendum et, si huic concessum fuerit, utrum recentioribus quoque participandum sit, ut Strab. VIII. 6. p. 255. Epist. Socrat. 36, 44. Lucian. Peregrin. XII. 2-9. T. VIII. Theophyl. Ep. III. Liban. Ep. 1424. 651. *'Αφυΐδιον*, *μυΐδιον* et quae cum his prope conjuncta neque tamen adhuc conjunctim tractata sunt, *μύδιον*, *συΐδιον*, *ἰχθυΐδιον* etc. in aliud tempus mihi differenda sunt. De vocabulis *ἁπλοῖς*, *προχοῖς*, *Εὐβοῖς*, deque duobus *ὁλοπαθέσι*, *φθόϊς* et *ὄϊς* exposuit Piersonus; *σοῖς* (a *σέω*) *σοΐδος*, *ξοῖς* (a *ξέω*) *ξοΐδος* Epigr. *ἀδεσπ.* CCXXXII. *) *κόϊς*, *κόϊν*, quod Attici *κοΐξ* (*ἡ κόϊξ* Theophr. H. Pl. I. 16.) *κοΐκα* dixisse traduntur, distinenda esse apparet ex Grammaticorum decretis Schol. Venet. *Γ.* 198. Etym. M. s. *οἴων*, Eust. p. 404. qui praeter *οἶς* et atticum *φθοῖς* nullum Graecum vocabulum in *οις* terminari praecipiunt. *Φοΐδες* enim, quod nunc apud Aristotelem legitur, illi haud dubie *φωΐδες* (h. e. *φῷδες*), sicut par est scribi, scriptum lege-

75. 547. et *προχοΐδιον* Strattidi XI. 46. 251. impertiit. Phrynichus App. p. 59. *ὡς βοῦς βοΐδιον*, *οὕτω προχόος προχοΐδιον*. quod in nostris exemplaribus ubique in diaeresi est. Atticas illas formas qui reduxerunt, accentum, qui in non contractis legitimus est, suo loco reliquerunt, licet ex tribracho dactylicum fecissent; eamque notationem jam prioribus seculis vulgo receptam, a nonnullis vero, ut irrationalem, rejectam fuisse colligi potest ex eo, quod Didymus in voc. *λῄδιον* irrationalem tonum reprehendit Eustath. 1146, 55.

*) Barytonum est Aegyptiacum *Ξόϊς*. v. Schol. Ven. *Α.* 676. *Ν.* 382. Hoc proprium, non appellativum *ξοῖς* haud dubie in mente habebat Lascaris Gramm. IV. s. 6. quum *ξόϊς*, *ξόϊος*, (ut latinum Xois) *σόϊς*, *σόϊος* pure declinari juberet. Contra *φθοΐδας* legitur bis Hipp. de Morb. Mul. II. 78. 811. F. sed saepius ibidem *φθόεις* I. 100. 792. B. (ut Athen. XI. 78. 314.) et *φθοεῖς* p. 592. D. E.

Ὀσμή χρὴ λέγειν διὰ τοῦ σ. διὰ γὰρ τοῦ δ, ὀδμή, Ἰώνων· παρανομεῖ γοῦν Ξενοφῶν εἰς τὴν πάτριον διάλεκτον, ὀδμὴ λέγων. a) †)

---

a) Ed. Pr. et Phav. ὀσμὴ λέγε διὰ τοῦ σ. hic cum Ξενοφῶν desinit: illa λέγων ὀδμὴ pro ὀδμὴ λέγων.

bant; singularem autem numerum in usu fuisse negat Phrynichus App. p. 70.

†) Idem decernunt Thomas p. 659. et Photius p. 257. contrarium Antiatt. Bekk. pag. 110. ὄζειν οὔ φασι δεῖν λέγειν, ἀλλ' ὀδωδέναι, καὶ ὀδμήν, οὐχὶ ὀσμήν· quos ne quis a transscribentibus in discordiam actos credat, Pollux II. 75. claris verbis docet, ὀδμή et εὐοδμία nonnullis festiviora videri, poetica esse ignorantibus. Verum mirabile est, quomodo in hoc vocabulo luserint librarii, qui atticam formam Hippocrati de Vict. San. L. II. c. 7. p. 47. Mack., ionicam Platoni Rep. IX. 265. (cod. reg. ὀσμή), affinxerunt, e Xenophonte autem, quae est propria hujus formae ditio, ita diligenter ab imis radicibus evulserunt, nullum ut ejus vestigium reliquum fecerint. Eadem fortuna usum est ionicum ἠώς, quod quum Photius a Xenophonte usque ad satietatem frequentari dicat, quis non demiretur nunc in omnibus locis ἕως legi? In ceteris scriptoribus utraque forma ὀδμή et ὀσμή saepe eadem pagina, periodo, atque adeo eodem versu legitur; sic ὀδμή — ὀσμή Athen. XV. 17. 460. Philon. de Sacrif. Abel. p. 136. brevissimo ambitu, sed ὀσμή tamen saepius, occurrit, et maxime in Aristotelis, Theophrasti et Galeni libris ὀσμή — ὀδμή — εὔοδμος — εὔοσμος perpetua vicissitudine sese excipiunt. Eadem est in Diodoro, Plutarcho et reliquis omnibus imparilitas, nec potest quidquam in alterutram partem constitui, nisi hoc, quod modo a me significatum est, exempla atticae formae decuplo minimum superare. Adde Lexicis ὀδμᾶσθαι Sext. Emp. adv. Log. pag. 400. Athanas. c. Gent. c. 51. p. 50. B. Poetica autem et glossematica vocabula in nullo plura notata sunt a Grammaticis, quam in Xenophonte, scriptore maxime pedestri et quotidiano: velut γοᾶσθαι Poll. III. 99. λεουργός Id. III. 134. γεραίτεροι II. 13. μυριόλεκτον VI. 206. ἀμβολάς Suid. ἀγλευ-

Βελόνη καὶ βελονοπώλης ἀρχαῖα. ἡ δὲ ῥαφὶς τί ἐστιν, οὐκ ἄν τις γνοίη. †)

κές Id. *ἀγυιά* Id. *κοινῶνες* Id. *κατέκανε* Id. *μάσσων* Id. *ζύγαστρον* Id. *πώμαλα* Thom. p. 768. *ὀπτήρ* Id. p. 653. *ἀναπτερῶσαι* Antiatt. Bekk. p. 79. *τρίπους* pro *τράπεζα* Athen. II. p. 49. B. *πάσασθαι* (pro *κτήσασθαι*) Etym. s. *πολυπάμων*. *ὀφείλη* Id. et Zonaras. Convenire Xenophontem hac in re cum Hippocrate observat Galenus Comm. II. in Hipp. de Artic. p. 326. E. T. XII. *τροπικοῖς ὀνόμασι καὶ γλωσσηματικοῖς εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης ἐννοιῶν* (f. *ἐνιότε*) *χρῆσθαι* — *ὅμοιόν τι* (l. *δὴ*) *τούτῳ* (l. *τοῦτο*) *πεπονθὼς ὁ* (*ὃ*) *Ξενοφῶν· καὶ γὰρ ἐκεῖνος, εἴπερ τις ἄλλος ἑρμηνεύων πολιτικῶς, ὅμως παρεμβάλλει πολλάκις ὀνόματα γλωσσηματικὰ καὶ τροπικά.*

†) *Ῥαφίς* Matth. XIX. Macar. Hom. XV. Epiphan. p. 181. *παῖδα νήπιον κατακεντῶντες ῥαφίσι χαλκαῖς*. *Hoeschel.* *Ῥαφίδα* ex Archippi Pluto producit Pollux X. 31. neque improbat. Sic et VII. 42. *βελόνη, βελονίδες, ῥαφίς, ῥαφίδες*, et sic vocem *ῥαφίς* aperte probavit. *Pauw.* Exscripsit hunc locum Thomas p. 150. Contrariam sententiam profitetur Helladius p. 17. *τὸ μάκτραν καλεῖν, ἐν αἷς τὰς μάζας μάττουσιν, ἀττικὸν καὶ οὐχ, ὡς ἔνιοι δοκοῦσιν, ἰδιωτικόν. ἀλλὰ καὶ ἡ ξύστρα τῆς στλεγγίδος καὶ τοῦ ὀχετοῦ ἡ ὑδρορῥοὴ καὶ ὁ ἀλετὼν τοῦ μύλου καὶ τῆς βελόνης ἡ ῥαφὶς παλαιότερον*, idque confirmat Antiatticista Bekk. p. 113. *Ῥαπίδα* (l. *ῥαφίδα*) *τὴν βελόνην Ἐπίχαρμος;* sive acum hic intellexit, sive (quod propter Athenaei testimonia credibilius est) pisciculum. Utrumque pariter valet ad vetustatem nominis vindicandam. Cf. Passow de Rat. emend. Lexx. p. 115. Verum Phrynichus antiquitatem atticam respexit, cujus auctoritas huic vocabulo deest. *Βελόνη* autem praeter Eupolin atque Aristophanem usurparunt Aeschines c. Ctesiph. p. 556. Aristot. de Anim. II. 88. 33. T. II. Philemon Fr. III. p. 195. Brunck. (ubi leg. *δεῖ*) Ammian. Ep. XVII. 96. In transcursu observo, in Maneth. V. 435. *περόνῃσι ῥωγαλέους πέπλους ἀσκηθέας ἐκτελέοντες* revocandum esse *βελόναισι*. *Ῥαφίς* primum occurrit in Hipp. L. II. de Morb. c. XXVI. p. 577. F. T. VII. *τὸ σῶμα πᾶν οἷον ῥαφὶς κεντέειν δοκεῖ*, pro quo Foesius

Ἀκεστής λέγουσιν οἱ παλαιοί, οὐκ ἠπητής. Ἔστι μὲν ἠπήσασθαι ἅπαξ παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Δαιταλεῦσι, παίζοντι τὰς Ἡσιόδου ὑποθήκας καὶ κόσκινον ἠπήσασθαι. σὺ δὲ λέγε ἀκέσασθαι τὸ ἱμάτιον. [a]) †)

---

a) De Ed. Pr. nihil hic admonet Pauwius; in Ed. Vasc. deest caput articuli Ἀκεστής — ἠπητής. orditur enim ab his verbis: Ἠπήσασθαί ἐστι μὲν ἅπαξ — Phavorinus, qui priora servavit, in hoc tamen a vulgatis discedit, quod haec eodem ordine scripsit: ἠπήσασθαί ἐστι μὲν ἅπαξ. Idemque etiam ὑποθήκας exhibet, ut Nunnesius edidit, non συνθήκας, ut Vascos. Ceterum haec non ad ὑποθήκας Χείρωνος, opus novitium, sed ad Opera ipsa pertinere, commode docet Heinrich p. 23. Locc. Plat. restt.

οἷον ῥαφίῳ substituit; tutius erit γραφίοι, ut c. 29. 580. τὸ μετάφρενον δοκέει οἷον γραφείοισι κεντέεσθαι. Sic γραφίς et ῥαφίς commutantur ap. Suid. s. Μάρκιος p. 503. Adde Lexicis γραφιοειδής e Galen. de Usu Part. XI. 4. 559. T. IV. quod et βελονοειδής et barbare στυλοειδής vocari dicit VII. 19. 475. D. Pro ῥανίδα διᾶραι in Heronis Belop. p. 140. legendum ῥαμφίδα, ut lemma marginale habet, (i. e. ῥαφίδα) διεῖραι. Sed, ut ceteros reddam: ῥαφίδες porro legitur in Nicet. Ann. VIII. 4. 156. A. Method. in Hort. Adon. p. 7. b. (ubi λαβίδας τῶν ἱματίων inepte pro λακίδας editum) et Hesych. s. βελονοποικίλτης. In Annaei vero Gazaei Theophr. p. 52. καὶ ὥς ἔφη τις τῶν παρ' ἡμῖν σοφῶν, κενον οὐδὲν, οὐδ' ὅσον ἄχωρα ἢ τρίχα βαλεῖν, lectionem a Barthio memoratam οὐδ' ὅσον αἰθέρα, quod ipse in ἀκέστραν transfigurat, ecquis est, quin videat, genuinae lectionis, ἀθέρα, vestigia continere?

†) Photius p. 58. Ἠπητὴν οὐδεὶς εἴρηκε τῶν Ἑλλήνων, οὐδὲ ἠπήτριαν, ἀλλ' ἀκέστριαν. Idem Moeris judicat p. 48. verissime. Nam praeter Xenophontem Cyrop. I. 6. 13. cujus aliquot codd. pro ἀκεσταί exhibent ἠπηταί, quam lectionem, a Nunnesio et Stephano Thes. I. 266. contemptam, Hemsterhusius defendit, et Batrachomyomachiae homericae scriptorem (quem in MS. perantiquo Tigretem [Pigretem] appellari notat Nunnesius), nullus graece scribentium hoc nomine uti sibi permisit. Verbum ἠπήσασθαι Galeno et Aristidi elapsum esse, ad Thomam notant p. 26. quod pro barbaro damnari a Dionysio Nunne-

Ἀγαθὸς μᾶλλον λέγε, μὴ ἀγαθώτερος, καὶ ἀντὶ τοῦ ἀγαθώτατος, ἀγαθὸς μάλιστα. †)

---

sius probat Eustathii testimonio, in quo ἠπήτρια pro ἠτρία corrigit. Is praeterea addit, auctorem libelli de vocc. tono differr. distinguere Ἀκεστής *medicus* et Ἀκέστης *sartor*.

Δαιταλεῦσι] Henricus in Gloss. Galen. Δεταλ. edidit. At Stephanus demum appellat Δαιδαλίδας, popularem Δαιδαλίδης, unde nomen fabulae scribendum esset Δαιδαλίδαι, nisi potius ap. Steph. Δαιδαλιδεύς legendum, et sic Aristoph. ἐν Δαιδαλιδεῦσι citaretur. Apud Stephanum certe Δαιδαλεῖς sunt cives, qui Daedala incolunt; nam quod a Δαιδάλεια Italiae Δαιδαλεύς dicitur eidem, suspicor reponendum esse ex etymo Δαιδαλιεύς. Sed quia forma reliquorum nominum gentilium, quae a demis flectuntur, plane ab hac dissentit, quid sequar, incertus sum. Etenim ap. Steph. omnes δημόται nomen in δης habent par numero syllabarum nomini demi, ut Κυδαντίδαι, Ἐχελίδαι, Ἐπιεικίδαι, a Κυδαντίδης etc. et s. Πιτακίδαι separatim adnotat, ὁμοφώνως dici gentile nomen Πιτακίδης, quasi significet canonem generalem. In plurali ὁμόφωνοι sunt populares populis; utrique enim Πιτακίδαι dicuntur. In populo tamen Αἰθαλίδαι legitur, οἱ δ' Αἰθαλεῖς, i. e. alii appellant populares illos Αἰθαλεῖς, a recto Αἰθαλεύς, aut, ut ego repono ex etymo, Αἰθαλιδεῖς et Αἰθαλιδεύς. Sic idem in Χολλίδαι scribit a Laertio δημότην nominari Χολλιεύς, quod integrum esse debuit Χολλιδεύς. Sic fortasse a Δαιδαλίδαι popularis dictus Δαιδαλιεύς. Forsitan duae erant Aristoph. fabulae, una Δαιταλεῖς, altera Δαιδαλίδαι. Δεταλεῖς demus quum nunquam memoretur, ap. Galen. reponendum videtur ἐκ τοῦ δήμου τῶν Δαιδαλιδέων, sed, cum citat fabulam, retineri potest Δαιταλέων. *Nunnes.* Retinendum omnino Δαιταλεῦσι. res est nota in hac literarum luce. *Pauw.*

†) Αἴλιος Διονύσιός φησιν, ὅτι ἀγαθώτερος καὶ ἀγαθώτατος παρ' οὐδενὶ τῶν Ἑλλήνων κεῖται. Eust. 1584. 50. Idem comprobat Etym. et propter eandem rationem, quae affertur ab Eust., ἵνα μὴ γένωνται δύο ὑπερθέσεις. Ex epistola Synesii citatur ap. Henr., nisi locus est depravatus;

Ἀρχῆθεν ποιηταὶ λέγουσι, τῶν δὲ καταλογάδην δοκίμων οὐδεὶς, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς. †)

Aristotcles certe ἀγαθώτερον usurpat, atticus tamen scriptor non est. *Nunnes.* Ἀγαθώτατος ap. Synes. Ep. CXLII. pag. 280. C. suspicione caret; eodem utuntur Diodorus Excc. L. VIII. p. 29. T. IV. Apollon. de Synt. I. 12. p. 46. Heliod. V. 15. 192. Hesych. s. φέρτατος. Ἀγαθώτερον Gregor. Naz. Or. XIV. p. 281. B. T. I. Paris. μεγαλώτατος Diacon. ad Hesiod. p. 209. βελτιώτατα olim legebatur ap. Aristot. H. An. V. 12. 201. βελτιώτερον Hesych. s. κομψότερον. Add. p. 7.

†) Ἀρχῆθεν οὐκ ἔστι παρὰ τοῖς ἀττικοῖς, πλὴν παρ' Αἰσχύλῳ. παρ' Ἡροδότῳ δὲ ἔστι καὶ τοῖς Ἴωσι Anecd. Bekk. p. 450. Ἀρχῆθεν παρὰ μὲν ταῖς ἄλλαις διαλέκτοις εὑρίσκεται· ἀττικοῖς δὲ οὐ φίλον· διὸ οὔτε Πλάτωνα οὔτε Θουκυδίδην ἔστιν εὑρεῖν λέγοντα τοῦτο Phryn. App. pag. 7. Quemadmodum Aeschylus et Sophocles (ap. Hesych. s. κουριῶν) adverbium ἀρχῆθεν ex veteri usu retinuerunt, ita etiam alia hujus generis adverbia in Tragicorum versibus inhabitant, γῆθεν, βυσσόθεν, πεδόθεν, οὐρανόθεν etc. quorum nullum in pedestrem Atticorum sermonem transfluxit. Sed post vulgatum cum aliis gentibus Atthidis decorem et ἀρχῆθεν ascitum est, quo Polyb. XIII. 4. Dion. Hal. IX. 51. p. 1884. Dio Chrys. Or. XXXI. 568. Plutarch. Amator. XVI. 31. T. 12. Appian. Illyr. XV. 850. Lucian. Amorr. III. 259. T. V. Galen. de Febr. L. II. 7. 154. B. T. VII. Suasor. ad Art. IX. 10. T. II. Athen. XI. 112. 376. Heliod. X. 9. Sext. Hyp. III. 8. 149. Hermog. de Invent. II. 47. et inter externos Philo de Vit. Mos. p. 642. C. (in L. I. p. 431. pro ἀρχῆθεν in MS. Aug. Hoeschelii ἐν ἀρχῇ legitur) Joseph. Antt. III. 12. etc. usi sunt, et multa alia catervatim irruperunt: ἀγρόθεν Philo in Flacc. p. 991. B. Lucian. Macrob. 22. 127. T. 8. (ἀγρόνδε improbat Lexiph. 5. p. 181.) Liban. Ἠθοπ. p. 112. T. IV. μακρόθεν Philo quod somn. a deo mitt. p. 575. B. Strab. III. 409. Appian. Bell. Pun. p. 149. Aelian. H. An. II. 15. XV. 12. Arrian. Tact. p. 17. μηκόθεν Mosch. de Aff. mul. p. 6. Constant. Porph. Adm. XXXI. p. 99. Schol. Lucian. Hipp. p. 295. T. 7. παιδόθεν Synes. de Prov. p. 91. C. Joann. Zon. IV. 184. A. γῆθεν Joseph. Ant. I. 19. 50. Lucian. Icarom. 14. p. 21. T. VII. Galen. de Trem. Palp. V. 205. D. Artemid.

Γαστρίζειν ἐπὶ τοῦ ἐμπίπλασθαι λέγουσιν Ἀθηναῖοι, οὐκ ἐπὶ τοῦ τὴν γαστέρα τύπτειν. μήποτε δὲ καὶ ὡς οἱ πολλοὶ λέγουσιν, χρῶνται οἱ ἀρχαῖοι καὶ ἐπὶ τοῦ τὴν γαστέρα τύπτειν. a) †)

---

a) Verba illa, quibus praeceptum circumscribitur, μήποτε —— γαστέρα τύπτειν, desunt in Ed. Pr. et Phavor. neque in eo codice, quo Thomas p. 182. usus est, scripta fuerunt, neque omnino haec palinodia aut Phrynichum aut quemquam alium mediocriter eruditum decet.

I. 68. οὐρανόθεν Jamblich. V. P. XXXII. 216. Niceph. Greg. X. 1. 287. B. θεόθεν Id. II. 4. 18. D. Marin. Procl. c. 11. Aesop. Fab. 299. 196. δυσμόθεν Nicet. Ann. V. 7. 95. D. πυργόθεν Jul. Afric. Cest. c. 24. 298. Anna Comn. Alex. X. 276. A. βαρβαρόθεν Schol. Venet. Θ. 284. ὁμόθεν Philostr. Imag. L. II. 5. 817. μεσόθεν Anna Comn. Alex. I. 21. A. δεξιόθεν II. 67. B. ῥιζόθεν III. 90. C. νηπιόθεν VII. 193. D. ἠπειρόθεν VI. 172. D. αὐτοκρατορόθεν XII. 363. C. quae pleraque a Lexicographis omissa sunt. Quae Attici ex hoc genere arcessiverunt, exceptis, quae a nominibus urbium ducuntur, vix digitorum numerum aequant, πατρόθεν, ἔσωθεν, οἴκοθεν, θύραθεν, χαμᾶθεν *). Νοτόθεν Theophrasti et βόῤῥαθεν (βορέαθεν de Sign. Ser. pag. 441.) de Sign. Pluv. p. 417. Apud Paus. I. 14. 53. ὁ δὲ τό τε ὄνομα προτεθὲν καὶ τὴν πόλιν ἔγραψε audacter dicam πατρόθεν scribendum esse. Pariter II. 7. 203. προθὲν cod. Mosq. in πατρόθεν mutavit. III. 14. 388.

†) Consentit Thomas, Phrynichi subscriptor et adscriptor. At Aristophanem binis locis γαστρίζειν dixisse pro *pugnos in ventrem ingerere*, objectat Nunnesius; hic quidem comiter, iracundius illi, qui in Thomae flagitia inquisivere. Pollux autem usum verbi γαστρίζειν et ὑπογαστρίζεσθαι pro *helluari* generatim comoediae assignat II. 168. quae tot tamque diversos auctores complectitur, ut, nisi aliquis unus nominatim proferatur, hoc testimonium ponderis habeat perparum. Neque nobis notus est atti-

*) Χαμόθεν, quod Apollonius in docta illa μεθοδείᾳ, quae nobis jam saepius ad partes vocata est, de Adverb. p. 600. vulgaribus adnumerare videtur, praeter cod. Aldi Herodo. II. 125. etiam Cratini exemplo ap. Priscian. XVIII. 214. stabilitur.

cus scriptor vel unus, qui Pollucis sententiam confirmet; quod in tanta rerum convivalium celebritate haud fortuito factum videri potest. Accedit, quod ea significatio verbi, quam Phrynichus Atticis abjudicat, naturae convenientior est. Nam ut a κεφαλή, κεφαλίζειν, *caput percutere*, a λαιμός, λαιμίζειν, a ῥάχις, ῥαχίζειν *) ducitur, ita γαστρίζειν a γαστήρ natura sua nihil aliud significare potest, quam τὸ τὴν γαστέρα τύπτειν vel πληγὰς ἐμφορῆσαι κατὰ τῆς γαστρός (Philo II. Legg. specc. p. 793. E.). Jure itaque mireris, Sextum Empiricum patrii sermonis adeo ignarum fuisse, ut γαστρίζειν ἀντὶ τοῦ τύπτειν εἰς γαστέρα non magis dici posse affirmaret, quam μυκτηρίζειν ἀντὶ τοῦ εἰς τὴν ῥῖνα τύπτειν, adv. Gramm. X. p. 262. Sed hac aetate verbum hoc, quo de agitur, nullam aliam quam helluationis notionem habuisse videtur; sic usurparunt praeter Lucianum et Synesium (ad Thomam citatos) Posidon. Athen. XII. 55. 460. C. Philostr. V. Apoll. IV. 3. 142. VIII. 7. 347. (γαστρίζεσθαι τῶν δρυῶν) Athen. V. 46. 312. (γαστρίζεσθαι οἴνοις καὶ βρώμασι) Alciphr. III. Ep. 45. Themist. XXII. 276. C. Maxim. Tyr. XXXVI. 2. 183. Γαστρισμός Sophilus, mediae comoediae poeta, Athen. III. 56. 589. a qua credibile est, hunc usum dicendi inductum esse. Itaque Phrynichus culpa liberari non poterit, nisi quis velit hoc effugio uti, ut librarios dicat verba ἐμπίπλασθαι et τὴν γαστέρα τύπτειν inter se commutasse, quod fecisse in aliis saepe arguuntur. **)

Quod autem in texto ἐμπίπλασθαι scripsi pro vulgato ἐμπιπλᾶσθαι, id mihi annuente Phrynicho fecisse videor. In Thomae loco, hinc expresso, male ἐμπίμπλασθαι legitur, de quo quod Grammatici nostri praecipiunt, confirmare possum Suidae testimonio: Πίμπλαται, ἐμπιπλᾷ δέ, et Moschopuli: Πιμπλῶ μετὰ τοῦ μ, ἐμπιμπλῶ χωρὶς τοῦ μ διὰ τὸ κακόφωνον· ἀλλὰ ἐνεπίμπλων, ὡς καὶ ἐμπιπρῶ, ἐνεπιμπράμην Schol. ad Ἰλ. Α. p. 28. cui consentit Gram-

*) Alia hujus significationis terminatio est in verbis γναθοῦν, i. e. εἰς γνάθους τύπτειν, γυιοῦν, κεφαλαιοῦν in Evangelio D. Marci XII. 14. v. Interpp. In illis substantivum verbo insitum modo accusativum objecti, modo dativum instrumenti significat, ut κεντρίζειν, γονατίζειν, ὠλεκρανίζειν, πτερνίζειν, πυγίζειν. Ap. Sext. Emp. c. Gramm. X. 262. pro ἀντικνημίζειν (τὸ εἰς ἀντικνήμιον τύπτειν) perperam editum ἀντικνημιάζειν.

**) In Poll. VI. 42. pro γαστριβόρος restitue γάστρις, βορός.

maticus Parisiensis Bastii p. 681. ἐμπιπλᾶν et ἐμπιπρᾶν inter ecthlipses numerans. Multis quidem locis contra hanc regulam ἐμπιμπλάναι scribitur, Xenoph. Hier. I. 25. Alcidam. π. Σοφ. p. 82. T. 8. Alciphr. III. Ep. 24. Aelian. H. An. IX. 22. XII. 2. Aristid. T. I. p. 125. Dio Cass. LXII. 16. 1014. et ἐμπιμπράναι Hipp. de Aer. et Locc. III. 55. p. 46. Cor. Menandri fabula Ἐμπιμπραμένη, Athen. XIII. 8. 20. (ubi leg. πανώλης ἐξόλοιθ') Phil. Legg. Alleg. II. p. 107. de Temul. p. 244. A. Max. Tyr. III. 42. IV. 51. sed his locis non multum tribuam, primum quod longe plura extant in contrariam partem exempla, deinde quod in illis quoque codices plurimum inter se dissentiunt, ut Xenoph. Anab. I. 7. 8. Porphyr. de Abst. I. 33. 54. Herodian. I. 12. Appian. Bell. Mithr. XXXVIII. 695. denique quod pristini editores, verae rationis ignari, saepe formam genuinam adulterarunt, ut H. Valesius in Euseb. H. Eccl. X. 480. et VII. 30. 563. et Havercampius Joseph. Antt. XII. 8. 619. ille ἐμπιμπλάναι, hic ἐμπιμπράναι recepit. Postremo etiam saepe pro simplici compositum et in compositis ἐν et ἐκ successit, ut Reiskius in Dion. Chr. Or. XXVII. 527. pro πίμπλησι reposuit ἐμπίμπλησι, non adtentus, in Dione semper ἐμπιπλάναι legi, et Thucyd. III. 82. τὴν φιλονεικίαν ἐμπιμπλάναι plerique codd. ἐκπιμπλάναι exhibent, nullo ad sensum discrimine; τὰς ἐπιθυμίας ἐκπιμπλάναι Dio Cass. XLI. 27. 281. τὸ τῆς ψυχῆς ἐφιέμενον ἐκπ. Synes. Ep. CXXXVII. 274. C. unde patet, Brodaeum in Xenoph. Hell. VI. 1. 4. 339. ἐμπλῆσαι τὰς γνώμας pro ἐκπλῆσαι sine idonea causa assumsisse. Contrario modo peccat ἀνεπίπλη Aristid. Or. Plat. II. 142. T. II. ἐκπίπλησι Arrian. Tact. p. 46. ἐνεπίπλατο Aeschin. fals. leg. p. 251. ubi recte cod. Helmst. ἐνεπίμπλ. servavit, ἐνεπίπλη Aristid. Or. in Alex. p. 83. et ἐνεπίπραντο Rhodiac. p. 544. T. I. utroque loco codd. defectum literae explent. Ἐμπίπλαται in Hom. H. in Deor. Matr. XXX. 10. scribi debet convenienter homerico ἐμπίπληθι Ἰλ. Φ. 311. In Tragicis ἐμπίπρατε Eur. Herc. 244. cum ἐμπίμπλαμαι Ion. 925. pugnat; in Aristophane Brunckius ubique fortiorem formam ἐμπιμπλάναι et ἐμπιμπράναι partim e codd. partim suo periculo reduxit, Lys. 311. Acharn. 447. Thesm. 749. Nub. 1484.

Γαργαλίζειν λέγε διὰ τοῦ ρ, ἀλλὰ μὴ διὰ τῶν δύο γ, γαγγαλίζειν. [a]) †)

Γήινον λεκτέον διὰ τοῦ η, ἀλλὰ μὴ διὰ τοῦ ε, γεϊνον. [b]) ††)

---

a) Ed. Pr. Γαγγαλίζειν δι' ἑνὸς γ λέγε, ἀλλὰ μὴ — etc. Phavorinus: Γαργαλίζειν διὰ τοῦ γ, ἀλλὰ μὴ διὰ τῶν δύο γγ, γαγγαλίζειν, Φρύνιχος.

b) Ed. Pr. Vasc. et Phavor. pro ἀλλὰ μὴ habent καὶ μή.

†) *Γαργαλίζειν*, *γαργαρίζειν* et *γαγγαλίζειν* a sono facta sunt: *γαγγαλίζειν* de risu accepit Phrynichus et sic pro *γαργαλίζειν* non dicendum esse *γαγγαλίζειν* monuit. Cum Phrynicho sentit Etymologus et cum utroque Hesychius. *Pauw*. Phrynichus App. p. 466. Bibl. Coisl. *Γάργαλος καὶ γαργαλισμός· τὸ δὲ γαργαλίζεσθαι, οὐκ ἀττικόν*. Eodem modo nuper haec edidit Bekkerus p. 31. Nihilominus tamen difficile est ad credendum, Phrynichum et a se ipsum defecisse et contra Platonem stetisse, a quo verbum *γαργαλίζειν* usurpatum est Phaedr. p. 251; neque pervideo, quomodo id ab eo reprehendi potuerit, qui substantivum ex eo derivatum probaverit. Et quod tandem, amabo, aliud verbum erit, quod pro *γαργαλίζειν* dici possit? Hanc ego rationem habeo ad suspicandum, Phrynichum *γάργαλος* et *γαργαλίζεσθαι* pariter probasse, *γαργαλισμός* autem non improbasse quidem illud, (nam et huic Platonis auctoritas praemunitur,) sed tamen alteri *γάργαλος* ut commune proprie attico postposuisse. Moeris: *Γάργαλος ἀττικῶς, γαργαλισμός Ἑλληνικῶς*. *Γαγγαλίζειν* vero quam longe a vetustatis consuetudine absit, vel ex eo patet, quod Hemsterhusius, unicus Thomae commentator, omnia expiscatus nullum nisi ex Hesychio et Glossis Graecolatinis exemplum proferre potuit; adde his *δυσγαγγάλιστος ἵππος* Geoponn. L. XVI. 2. 1110. T. II.

††) Etym. s. *Γαῖα· Γῶ τὸ τίκτω, ἐξ οὗ γίνεται γέα διὰ τοῦ ε, οἱονεὶ ἡ γεννητική, κατὰ κρᾶσιν γῆ*. Hesych. *Γῆ*, *τῇ γῇ*. A *γῆ* est *γήινος*, a *γέα*, *γεϊνος*; *γειρός* aliud est. *Pauw*. *Γεϊνος* nusquam locorum vidi, sed *γήινος* ubique apud antiquissimos pariter ut recentissimos reperitur.

tis quibusdam vocabulis hunc usum adstringere videtur Gramm. Bekk. p. 130. αὐτῇ νηΐ, αὐτοῖς ἀνδράσιν, αὐτοῖς ἵπποις· ταῦτα χωρὶς ἄρθρου. Neque tamen haec sola articulo carent, neque semper: αὐτοῖσι τοῖς πόρπαξι Arist. Eqq. 849. αὐτῷ τῷ τόκῳ Liban. Λογ. ῥητ. p. 552. T. IV. ubi Reiskius: „τῷ *omittit Wolfius ex more Graecorum*" male ille quidem. quam in rem plura notata sunt a Kühnio ad Aelian. V. H. I. 5. et Schaefero ad Bos. pag. 745. Praepositionem interponere epici in more habent; αὐτῷ σύν τε λίνῳ 'Οδ. N. 118. αὐτῷ σὺν θώρηκι Arat. 697. αὐτῷ σὺν τρίποδι Apoll. Arg. IV. 1590. ut mirer, Matthieum Gramm. 541. et Hermannum ad H. H. in Ap. I. 146. noluisse αὐτοῖς σὺν παίδεσσι tolerare. Similiter Eur. Cycl. 701. αὐτοῖσι σὺν ναύτῃσι, pro quo Porsonus συνναύτῃσι correxisse dicitur, Ion. 32. αὐτῷ σὺν ἄγγει. Inverso ordine σὺν αὐτοῖς ἕρμασι Apoll. Rh. I. 1200. σὺν αὐτοῖς τόκοις Alciphr. III. 5. σὺν αὐταῖς μητράσι Polyb. XVI. 32. quo utroque loco articulum interponunt; σὺν αὐταῖς ἀτράκτοις καὶ δένδρεσιν Anton. Lib. XXII. 98. Denique etiam pronomen in hac constructione postponi solet. Κέρασιν αὐτοῖς Long. Past. II. p. 238. ubi Schaeferus, *rarissime*, inquit, *hoc ordine reperias; solemnis usus postulat* αὐτοῖς κέρασιν. Exempla ad manum sunt plura: θριξὶν αὐταῖς Aelian. H. A. II. 16. ὀστράκοις αὐτοῖς XIV. 4. ἵπποις αὐτοῖς Liban. 'Εκφρ. T. IV. p. 1100. τείχεσιν αὐτοῖς Heliod. IX. 2. 350. ἐπιστάταις αὐτοῖς Appian. Syr. LVIII. 625. αὐτόπρεμνα ῥίζαις αὐταῖς ἀνασπάσας Philo de Agricult. p. 188. C. quo loco ne qua glossae suspicio existat, plura hujus generis contulimus ad V. Μέλλω. Αὐταῖς ψήφοις καὶ καταδίκαις αὐταις Maxim. Tyr. XVIII. 356. ἱεροῖς αὐτοῖς Aristid. Panath. p. 135. T. I. ubi vulgarem ordinem restituit cod.

Par est articuli inconstantia in Ellipsi voc. οἶκος; nam et cum duplici articulo dicitur ἐν τῷ τοῦ Διός Lycurg. c. Leocr. p. 231. T. IV. ubi ἱερῷ addebat Taylorus, ἐν τῷ τῆς Ἀγλαύρου Demosth. de fals. leg. p. 438. ἐβάδιζον εἰς τὰ τοῦ ἀδελφοῦ Lys. c. Erat. 392. εἰς τὰ τοῦ ἀποθανόντος Dem. c. Macart. p. 1071. et cum solo articulo substantivi omissi ἐν τῷ καπήλου Plato Com. Athen. X. 58. 116. ἐν τῷ Κηφέως Lucian. Dial. Mar. XIV. p. 123. T. II. (Aristophanis locis usi sunt Fischerus ad Theophr. pag. 157. et Schaeferus ad Bos. p. 345.) Denique cum solo genitivo personae ἦκε ἐς τοῦ Κλεομένεος Herodo. V. 51. ἐπειδὴ ἐς

Βράδιον: καὶ τοῦτο Ἡσίοδος μὲν λέγει βράδιον δὲ Πανελλήνεσσι φαείνει, Πλάτων δὲ καὶ Θουκυδίδης καὶ οἱ δόκιμοι βραδύτερον.[a]) †)

Γρυλλίζειν διττὴν ἔχει τὴν ἁμαρτίαν, ἔν τε τῇ προφορᾷ καὶ τῷ σημαινομένῳ. ἐν μὲν τῇ προφορᾷ, διὰ τῶν δύο λλ, ἐν δὲ τῷ σημαινομένῳ, ὅτι παρὰ τοῖς ἀρχαίοις τὸ γρυλίζειν ἐστὶ τιθέμενον ἐπὶ τῆς τῶν ὑῶν φωνῆς, οἱ δὲ νῦν τάττουσιν ἐπὶ τῶν φορτικῶς καὶ ἀσχημόνως ὀρχουμένων. ἐρεῖς οὖν γρυλίζειν καὶ γρυλισμὸς συῶν, οὐ γρυλλισμός.[b]) ††)

---

a) Ed. Pr. *Πανελλήνεσσι φαίνει*, Phavorin. *καὶ οἱ δοκιμώτεροι*. Post *καὶ τοῦτο* excidisse videtur *ἀδόκιμον* vel simile quiddam.

b) *Διὰ τῶν δύο λλ*. Ed. Pr. omittit articulum; fortasse scripsit ὅτι διὰ δύο λλ. vel, ut in Phavor. legitur, διὰ τὸ γράφεσθαι διὰ δύο λλ. — *Καὶ ἀσχημόνως* omittit eadem Ed. quae non desunt in Lexico Phavorini, vicissim sequentia *ἐρεῖς* — *γρυλλισμός* omittentis.

τοῦ βασιλέως πίνωσιν Philostr. V. Apoll. II. 27. 79. εἰς τοῦ Σαράπιδος Aelian. H. An. XI. 31. ἐς τοῦ Ἀπρωνιανοῦ Dio Cass. LXXVI. 8. 1277. v. Brunck. ad Lys. v. 407. ἤειμεν ἐκ τοῦ Θερσαγόρου Lucian. Encom. Dem. 27. p. 155. T. 9. ἔπεμπέ με πρὸς τοῦ διδασκάλου Liban. Themistocl. p. 390. T. IV.

†) Paucis hic defungi possum, quum et veteres Grammatici, Lucianus Soloec. VII. Moeris, Thomas M. Phrynicho concinant, et eorum explanatores, quamvis multos locos, Plutarchi, Athenaei, Dionis, Heliodori et aequalium proferant, nihil, quod Atticistarum auctoritatem infringere possit, in medium attulerint, et omnino nullum extet in Atticorum scriptis hujus formae exemplum.

††) Pollux hanc vocem (*γρυλλίζειν*) tribuit coturnicibus, quam ceteri Grammatici uno consensu suibus adscribunt, nisi locus est depravatus et corrigendum sit *γυαλίζειν*, sublato ρ. Vox enim coturnicum est *γύα, γύα*, a qua nostri Valentini *guallas* vulgo vocant. Λ et Δ con-

fundi testantur Terentian. et Inscriptiones. et in Suda *Διούτωρ* p. adjutor. Nam quod ap. Hesych. legitur *γρυλλάζειν* et interpretatur *γογγύζειν*, stare nullo modo potest, sed legendum videtur *γρυλλίζειν τὸ γρύζειν*. nam *T* et *Γ* confunduntur plerumque, ut in Ptolemaei Hispania Tarraconensi editum *Etelesta* pro *Egelesta*, quae nunc *Yniesta*, nobilis salis fossilis et nativi cōpiā. *Nunnes.* *Ἐπὶ τῶν φορτικῶς καὶ ἀσχημόνως ὀρχουμένων*: exemplum quaero, quo translatio illa stabiliatur audacior certe et insolentior. Si legitur *ὀργιζομένων*, modestior esset et usitatior. Illud Hesychii *Γρυλλάζειν, γογγύζειν* male mutat Nunnesius; *γρύλλη ὑῶν φωνή* sequitur. A *γρύλλη* et *γρύλλα* est *γρυλλάζειν*, id autem non eodem modo acceptum et alicubi per *γογγύζειν* explicitum: *Γογγύζειν, φθέγγεσθαι, τονθορύζειν* (sic leg. pro *τὸ θορύζειν*). Idem: *Γογγρῦσαι, ὡς χοῖρος φωνῆσαι*. Si quid mutandum, commodissime igitur legi posset *γρυλλάζειν, γογρύζειν*. Sed nihil muto et in *ὠνοματοπεποιημένοις* istis magna varietas. *Pauw.* De scriptura idem adnotant Phrynichus in App. p. 35. et Thomas p. 191. quem Sallierius Aristophanis et Aristotelis auctoritate refellit. Et in illo quidem Plut. 507. longam syllabam metrum poscit; apud Aristot. H. A. IV. 9. 168. *γρυλλισμός* omnes libri tuentur; *γρυλλίζειν* duplici *λ* Aelian. H. A. X. 11. Dio Chr. Or. VII. p. 246. Zenodotus de Vocc. Ann. p. 229. Valck. Georg. Pisid. Hexaem. v. 956. neque unquam aliter scriptum reperitur, nisi quod Moschopulus illum Zenodoti locum referens et codd. Poll. V. 89. *γρυλίζειν* exhibent. Eustathius p. 1657. 7. *Χοίρειος φωνὴ ὁ γρυλλισμός· ὅθεν καὶ Πλούταρχος Γρύλλον τινὰ ἔκλασε.* Saltationis genus *γρύλλον* duplici *λλ* dici quum ipse Phrynichus doceat, qui potest verbum hinc naturaliter prognatum repudiare? Et quis tandem Graecorum *γρυλλίζειν* seu *γρυλίζειν* de saltatu vel decoro vel indecoro usurpavit? Mihi quidem nullus hodie succurrit. Itaque pro *ὀρχουμένων* Phrynichum *ὀδυρομένων* scripsisse conjicimus. Hoc sensu legitur ap. Procop. Arcan. Hist. XVII. p. 49. C. *βασιλεὺς δὲ κλάειν τε καὶ ὀδύρεσθαι τὸν ἀπολωλότα σκηπτόμενος καθῆστο γρυλλίζων.*

Γογγύλη: καὶ ἐνταῦθα ἁμάρτημα. οἱ γὰρ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ στρογγύλου τιθέασιν, οἱ δὲ νῦν ἐπὶ τῆς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων γογγυλίδος καλουμένης. λέγε οὖν ἐπὶ τοῦ λαχάνου γογγυλίς, ἀλλὰ μὴ γογγύλη. †)

Πάντοτε μὴ λέγε, ἀλλ' ἑκάστοτε καὶ διαπαντός. ††)

Γενέσια: οὐκ ὀρθῶς τίθεται ἐπὶ τῆς γενεθλίου ἡμέρας. Γενέσια γὰρ Ἀθήνησιν ἑορτή. Λέγειν οὖν δεῖ, τὰς γενεθλίους ἡμέρας ἢ γενέθλια. †††)

---

†) Excerpsit haec Thomas p. 194. Phrynichus App. Soph. p. 55. γογγυλίς οἱ ἀττικοὶ λέγουσιν, ἀλλ' οὐ γογγύλη· γογγύλην δὲ τὸ στρογγύλον ξύλον. Minus decise Pollux VI. 54. γογγυλίδες λέγουσι καὶ γογγύλας. Γογγυλίς Hippocr. de Intern. Affect. c. 42. 668. T. VII. Theophr. H. Pl. VII. 1. Plutarch. V. Caton. II. 387. alii. γογγύλη pro rapo vulgus Graecorum dixisse apparet ex eo, quod Aristophanes Thesm. 1185. Scytham hoc utentem inducit, itemque Diocles Athen. II. 55. 226. Strabo V. 4. 8. 204. Dioscor. II. 134. 106. b. Clemens Paed. II. 1. aliique recentiorum. In Arist. Pac. 30. γογγύλη male pro substantivo accepit veterem interpretem sequutus Hoeschelius. Γογγυλώδης e Schol. Pac. 789. adde Lexicis.

††) Πάντοτε et Ἀπάντοτε (quod ex Apollon. de Adverb. p. 595. Bekk. et de Synt. II. 21. 152. Lexicis inserendum est) a nullo classicorum auctorum usurpatum esse, convenit mihi cum Sturzio de Dial. Mac. p. 87. cujus copiis mantissam adjicere nolo. Zonaras Lex. p. 1526. τὸ πάντοτε παρ' οὐδενὶ τῶν δοκίμων εὑρίσκεται.

†††) Hesych. Γενέσια ἑορτὴ πένθιμος Ἀθηναίοις ἢ νεκύσια. Ammon. differre monet γενέσια et γενέθλια, ut γενέθλια in die natali dicantur, γενέσια vero in mortuis, et propterea ait ἀκυρολογεῖν, qui γενέσια in vivis usurpet. At Phavorinus cum περὶ γενεθλίων locutus esset, addit οἱ δ' Ἀθηναῖοι καὶ γενέσια λέγουσιν, quod repugnat omnium Grammaticorum sententiae. Nam quod legitur: Γενέσια· ἡ δι' ἐνιαυτοῦ ἐπιφοιτῶσα τοῦ τεχθέντος μνήμη ap. Suid. Moschop. et Phavor., corruptum est τεχθέντος et repo-

Ἀργὴ ἡμέρα, ἀργὴ γυνὴ, μὴ λέγε. ἀλλ' ἀργὸς ἡμέρα καὶ ἀργὸς γυνὴ, καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως.[a]) †)

---

a) Ed. Pr. *Ἀργὴ ἡμέρα μὴ λέγε, ἀλλ' ἀργὸς ἡμέρα καὶ ἀργὸς γυνὴ κ. τ. λ. ὁμοίως.*

nendum *τεθνεῶτος*. *Nunnes.* *Γενέσια γὰρ Ἀθήνησιν ἑορτή*] Locus mutilus; nam quae haec est ratio distinctionis? Meursius perbene in Graec. Fer. *ἑορτὴ πένθιμος*. Apud Phavor. recte scribit Nunnesius *τοῦ τεθνεῶτος*, ap. Suid. *τοῦ τεχθέντος* manere potest, quia hic de atticismo non agit puro et cum rudioribus ibi loqui potuit; ap. Etym. ubi legitur *γενέσια ἡ δι' ἐνιαυτοῦ μνήμη*, inserendum est *τεθνεῶτος* ante *μνήμη*. *Pauw.* Mihi nec Nunnesii conjectura, quam Jungermannus ad Poll. III. 102. et Alberti Observ. Philol. approbant, nec Pauwii emendatio necessaria videtur. Nam eodem modo ap. Suid. Etym. et Gramm. MS Biblioth. Coisl. p. 470. *γενέθλια ἡ δι' ἐνιαυτοῦ ἐπιφοιτῶσα τοῦ τεχθέντος ἑορτή, γενέσια ἡ δι' ἐν. ἐπιφ. τοῦ τεχθ. μνήμη*, nisi quod in Etym. in secundo articulo *τοῦ τεχθέντος* omittitur. Hic satis apparet *ἑορτὴν* dici viventis natalem, *μνήμην* mortuorum memoriam die eorum natali vel emortuali celebratam, neque necesse esse aut in Suida *τοῦ τεθνεῶτος* pro *τεχθέντος* scribere, aut illud in Etym. interserere. Deinde Athenis communiter feriae denicales nomen habuere *γενέσια*, ut tradit Grammaticus Bekk. p. 231. *Γενέσια, ἑορτὴ παρὰ Ἀθηναίοις πενθήμερος, οἱ δὲ νεκύσια*; quae eadem in Hesychio leguntur, sed pro *πενθήμερος* hic *πάνθιμος* extat, quod alii in *πένθιμος*, alii, quibus V. D. Siebelis in Fragm. Philoch. p. 87. subscripsit, in *πάνδημος* mutant, adspirante Antiatt. Bekk. p. 86. qui *δημοτελῆ ἑορτὴν* perhibet, neque adversatur tamen, quominus etiam *ἐπὶ τῆς ἰδίας ἑκάστου* dicatur. cf. Bastii Append. Ep. Cr. p. 16. Sed veteribus Graecis religioni fuisse videtur, nomen ferale *τῶν γενεσίων* ad natalitiorum solemnitatem transferre, neque praeter Philonem, Josephum, (in quo temere audacterque Fischerus ad Vell. T. II. 62. *γενέθλιος* reponit) Alciphronem et Dionem Cassium XLVII. 18. 503. LVI. 46. 843. LXVII. 2. 1102. LXXVII. 2. 1298. quisquam antiquior auctor eo nomine abusus videtur.

†) Idem traditum a Suida s. v. Gregorio Cor. p. 65. et Thoma p. 109. „Philo L. III. de Mose *οὐκ ἀργὸν ὕλην λα-*

βόντος τοῦ τεχνίτου, sed ibi MS. Aug. ἀργήν, ut et seq. p. 459. pro νεωτεριζούσης ἡδονῆς in cod. A. μετεωριζούσης legitur." *Hoeschel.* Phrynichi sententiam ratam habuit Porsonus ad Hecub. v. 150. neque ipse facere possum, quin amplectar; quanquam recentiores Graecos, ortum hujus vocabuli ignorantes, et ipsos femininam positionem usurpasse et antiquitati tribuisse video. Velut e Soph. Phil. 99. Eustathius p. 486. et 779. γλῶσσαν ἀργήν pro ἀργόν citat, quo genere Artemidorus I. 52. 52. γλῶσσαν ἀργὴν ἔχειν dixit. Similiter Xenoph. III. 2. §. 19. pro ἀργὸς γῆ plures codd. ἀργή. Sed jam ab Aristotelis temporibus haec repeti potest corruptela, cujus in Hist. An. X. 27. 470. γυναῖκες ἀργαί; ἀργὰς μελίσσας saepius legitur. In Platonis comici versibus Athen. XI. 25. 221. Eust. 1282. 50.

Λύσας δὲ ἀργὴν στάμνον εὐώδους ποτοῦ
ἵησιν εὐθὺς κύλικος εἰς κοῖλον κύτος.

ubi nec *candida amphora* intelligi nec διαρκής, quod Jacobsius Emendd. p. 249. restituit, de ampla amphora recte dici posse videtur, commodissimum erit στάμνον ἀργήν, sicut scriptum est, vel pro cetera hujus poetae munditie et venustate στάμνον ἀργόν, de cado indelibato atque interioris notae intelligi. Hiatus tollendi non una ratio est; si ista e Platonis Phaone deprompta sunt (quae fabula est in vinosas), facillima fuerit correctio: λύσασα δ' ἀργήν s. ἀργόν. Praeter Epimenidium γαστέρες ἀργαί, quod in exemplum sumsit Nicet. Ann. VIII. 4. 155. D. εἰς ἀργὰς γαστέρας ὀχετηγήσας, occurrit feminina positio apud hos scriptores: ἀργαὶ βάσεις Dionys. de Comp. Verb. XXII. p. 148. T. V. ἀργὴ ἡμέρα Plutarch. V. Aristid. XVI. 564. Galen. Comm. II. in L. VI. Epidem. p. 414. A. σὰρξ ἀργὴ καὶ ἀδιάπλαστος Id. de Usu Part. L. XIV. 7. 540. E. T. III. cf. L. I. 19. 506. D. II. 16. 534. A. ἀργὴ ὕλη Athanas. c. Gent. c. 15. p. 15. E. βύρσαις ἀργαῖς Mechan. vett. p. 6. γῆν ἀργήν Harpocr. s. Αὐτόχθ. Eustrat. in I. Nicom. 17. b. Tzetz. ad Lyc. 91. Variat lectio ap. Philostr. Her. p. 6. Boiss. et Aelian. H. A. I. 10.

Graecos autem nonnunquam Grammaticae rationis oblivione compositis declinationem simplicium tribuisse etiam ex hoc apparet, quod non solum ἡ σκυθρωπός Appian. H. Rom. VI. 18. 120. sed etiam, secus quam oportebat, ἡ σκυθρωπή dixerunt Lucian. Bis accus. XX. 74. T. 7.

Ἀποκριθῆναι, διττὸν ἁμάρτημα. ἔδει γὰρ λέγειν ἀποκρίνασθαι καὶ εἰδέναι, ὅτι τὸ διαχωρισθῆναι σημαίνει, ὥσπερ οὖν καὶ τὸ ἐναντίον αὐτοῦ, τὸ συγκριθῆναι, εἰς ἓν καὶ ταὐτὸν ἐλθεῖν. Εἰδὼς οὖν τοῦτο ἐπὶ μὲν τοῦ ἀποδοῦναι τὴν ἐρώτησιν, ἀποκρίνεσθαι λέγε, ἐπὶ δὲ τοῦ διαχωρισθῆναι, ἀποκριθῆναι. [a]) †)

[Γεννηθῆναι] παρὰ Ἐπιχάρμῳ καὶ ἐστὶ Δώριον: ἀλλ' ὁ Ἀττικίζων γενέσθαι λεγέτω. [b]) ††)

---

a) Ed. Pr. καὶ εἰς ἓν et in sine τὸ ἀποκριθῆναι.

b) Articulus hic in Ed. Pr. omissus, in Nunnesii exemplo capite truncatus est. „Quo verbo significarit Epicharmus τὸ γενέσθαι, non„dum potui invenire; ii, quibus copia erit integrioris exemplaris, illud „reponent; in nostro desunt initiales literae, ut D. Hieronymus lo„quitur, ut minio notari possent.“ *Nunnes.* Pauwius ambigit, an γεννᾶσθαι illo loco desit, eoque pertinere censet ista Thomae: Γεννηθεὶς ἀντὶ τοῦ γενόμενος οὐδεὶς τῶν δοκίμων· ἐγεγόνειν γάρ etc. Fischerus ad Vell. T. III. p. 58. γεναθῆμεν, Oudendorpius ad Thom. p. 189. γενηθῆναι excidisse statuit; illud ab hoc loco tam alienum est, quam quod maxime, hoc ita appositum est, ut nihil magis.

†) Consentit in his Phrynicho Thomas M. p. 96. quibus obviam ivit Abreschius Dilucidd. Thucyd. III. 356. „Fefellit utrumque, inquit, Ammonius, minus intelle„ctus, cujus praeceptum se tantum extendit ad medium „ἀποκρίνασθαι, quod non facile apud probatos auctores „reperiri puto sensu cernendi.“ In Thomam M. grammaticum novitium, aliena signa sequentem, talis erroris suspicio cadere possit, in Phrynichum nullo modo, neque ἀποκριθῆναι unquam quisquam pro ἀποκρίνασθαι veteres usurpasse demonstret. Quod ex Platonis Alcibiade secundo affertur exemplum, quum nullum habeat sui simile, quum auctor dialogi incertus, et praeterea a librariis nonnunquam forma vulgaris inducta sit, huic merito fidem abrogat Sturzius de Dial. Alex. p. 148. Apud Polybium autem, Diodorum, Josephum etc. multa hujus vitii exempla obversantur, a quo ne Atticistae quidem Rhetores abstinuerunt. v. Lucian. Demonact. XXVI. 244. T. 5. Aristaen. Ep. I. 22. et 24.

††) Exemplum hujus aoristi ab Atticistis civitate ex-

Πελαργός: οἱ ἀμαθεῖς ἐκτείνουσι τὸ ᾱ, δέον συστέλλειν· πελαργὸς γὰρ οὐδὲν ἀλλ' ἢ Ἐρετριακῶς πελασγός. [a])

---

a) *Πελασγός* quasi a futuro verbi *πελάζω*, in quo prima brevis. Strabo observat et Pelasgos ab Atticis *Πελαργοὺς* vocari, nomine ducto a ciconiis. *Nunnes.* Quid verba Phrynichi sibi velint, ignoro; neque scio, quid sibi velit Nunnesius. Si legeretur *ἐκτείνουσι τὸ ε̄* — in illis lux mihi appareret. Quidam *πηλαργός* scribebant, quos indoctos vocat Phrynichus, quia *Πελαργός* Eretriace dicebatur pro *Πελασγός*, a *πελάζω*, ut Grammatici volunt, non a *πηλός*. *Πηλαγόνας* nosti; similiter suum *πηλαργός* intellexerint illi propter ipsam Pelasgorum antiquitatem. *Pauw.* Haec quamvis inepta sunt, non intermisi tamen, ne quis vel levissimum rei obscurissimae extricandae adminiculum a me praeteritum quereretur. Equidem Phrynichum hoc voluisse judico, quod verbis expressit, alpha in hoc nomine non longum esse, sicut est in adj. *ἀργός*, quod nonnulli fortasse sequuti sunt, sed breve, convenienter communi formae *Πελασγός*, rhotacismo Eretriensium in *Πελαργός* versae, cujus plura olim in libris manu scriptis vestigia fuisse probabile est, ut Schol. Lucian. Reviv. 42. p. 160. *τὸ πελασγικὸν — γράφεται καὶ πελαργικόν.* Pelasgos a verbo *πελάζειν* cognominatos esse, miror Sturzio persuaderi potuisse Dial. Mac. p. 9.

clusi ex Archyta protulit Fischerus l. c., plura in versione Alexandrina et sacris auctoribus reperiuntur. Inter Graecos hujus vitii consortes antiquissimus fuerit Macho comicus *παρεγενήθη* usurpans Athen. XIII. 45. 106. hunc comitantur Polybius II. 67. *φανερὸν ἐγενήθη*. IV. 6. *μέχρι παρεγενήθησαν*, et Diodor. I. 1. *ὑπουργοὶ γενηθέντες*. III. 40. *ξηρὸς ἐγενήθη*. In L. XIII. 38. pro *ἐγενήθη* cod. *ἐγένετο* et vicissim II. 13. pro *παρεγένετο* cod. *παρεγενήθη* offert, quo patet, quam proclives in hunc lapsum fuerint librarii. Illi fere suppar Dionysius Hal. eodem vitio implicatus est Antt. IV. 69. 806. VII. 55. 1440. et Strabo I. 47. III. 2. 399. (p. 149. ubi pro *ὑπηγόρευον αὐτῷ τὸν μῦθον* scripserim *ὑπεχορήγουν*) V. 4. 20⁻. T. II. VIII. 4. 155. T. III. Plures dare possum recentiores, Paus. VIII. 13. Athen. V. 25. 258. XII. 26. 446. Diog. La. VIII. §. 64. Hipp. Ep. ad Damag. p. 20. T. I. (p. 913. T. I. Lind.) quorum omnium laus minima in similitudine Atticorum posita, tamque exigua auctoritas est, ut Phrynichi judicium, cui Heynius ad Apollod. p. 7. et Tzschuckius ad Strab. IX. p. 509. temere leviterque diffisi sunt, evertere nulla ex parte valeant. In Phalar. Ep. XCV.

Ἀσπάραγος: καὶ τοῦτο δυοῖν ἁμαρτήμασιν ἔχεται[a])· *ὅτι τὲ ἐν τῷ π καὶ οὐκ ἐν τῷ φ λέγεται, καὶ ὅτι ἴδιόν τι φυτόν ἐστιν ἄγριον ὁ ἀσφάραγος, καὶ οὐκ ἐν τοῖς ἡμέροις καταλεγόμενον. ὁ γοῦν Κρατῖνος ἐν ἄλλοις ἀγρίοις αὐτὸ καταλέγων φησίν·*

> *Αὐτομάτη*[b]) *δὲ φέρει τιθύμαλον*[c]) *σφάκον,*
> *πρὸς αὖτ' ἀσφάραγον κύτισόν τε.*
> *ἐν ἅπασιν ἀνθέρικος ἀνηβᾷ*[d])
> *καὶ φλόον ἄφθονον.*

ὥστε παρεῖναι πᾶσι τοῖς ἀγρίοις· ἅπαντα γὰρ

---

a) Pro *ἔχεται* scribendum videtur *ἐνέχεται.*

b) Ed. Pr. *αὐτομάτην — πρὸς αὐτὸ* pro *πρὸς αὐτά*, *ἐνηβᾷ* pro *ἀνηβᾷ*, et *ἄφθορον* pro *ἄφθονον*. Pauwius verba poetae in hanc formam redegit: *Αὐτομάτη δὲ φέρει τιθύμαλον καὶ σφάκον· Πρὸς αὐτά γ' ἀσφάραγον κυτισόν τ' ἐν ἅπασι Ἀνθέρικος ἀνηβᾷ καὶ φλόμος ἄφθονος*, *scilicet*, inquit, *ut versus appareat. φλόμον intellige, quae ellychnia praebet. Nunnesius per φλόον intelligit Theophrasti φλέων. ut nihil aliud dicam, unde apparet, eum ita fuisse appellatum?* Versus isti ex Hermanni sententia, quem de hoc loco percontatus sum, sic distingui debent:

> *Αὐτομάτη δὲ φέρει τιθύμαλλον καὶ σφάκον πρὸς αὐτῷ*
> *Ἀσφάραγον κύτισόν τε [νάπαισιν] ἀνθέρικος ἐνηβᾷ*
> *Καὶ φλέων ἄφθονον, ὥστε παρεῖναι πᾶσι τοῖς ἀγροῖσιν.*

Φλόμος ἄφθονος mea opinione adoptandum est ex simillimo Eupolidis loco ap. Plutarch. Symp. IV. 1. p. 662. quem Meineckius meus Cur. Crit. p. 58. dextre tractavit; sed praeterierunt eum emendationes Bodaei Stapelii ad Theophr. p. 409. propositae, quibus res fere ad liquidum perducta erat. In eo pariter *κύτισος*, (non *κυτισός*, ut in Ed. Pauw. scribitur,) *σφάκος*, *ἀνθέρικος*, *φλόμος*, caprarum pabula, commemorantur.

c) *Τιθύμαλον* Ed. Vasc. *τιθύμαλλον* scribitur Aristoph. Eccl. 405. v. Schneider Addend. ad Nicand. Alex. p. 534.

d) Vulgatum *ἀνηβᾷ*, etsi haud dubie vitiose scriptum, tamen Ruhnkenium, qui hoc verbum pro *repubescere* usurpari negaverat, ab errore retraxit. v. Epist. IV. ad Ernest. p. 13. ed. Tittmann.

p. 267. *συνάριθμος τῶν εἰς τὸν ταῦρον γενηθέντων* non *ἀναλωθέντων*, ut Lennepio videbatur, sed leviore emolimento *ἐνεθέντων* scribendum puto; minoris non potis.

τὰ καταλελεγμένα ἄγρια. Οἱ δὲ νῦν τιθέασιν e) ἐπὶ παντὸς ἀμαθῶς. Τῶν γὰρ λαχάνων αἱ ἄκανθαι ὅρμενα καλοῦνται καὶ ἐξορμενίζειν, τὸ ἐκβλαστάνειν καὶ ἐξανθεῖν. Λέγε οὖν ὅρμενα, ἀλλὰ μὴ ἀσπαράγους, ἀδόκιμον γὰρ λίαν. †)

---

e) Ed. Pr. et Vasc. τιθέασι τὸ ἃ ἐπὶ παντὸς ἀμαθῶς. Αἱ ἄκανθαι primum Nunnesius e libro suo edidit; Ed. Pr. Vasc. αἱ ἄνθαι. „Recte, inquit Pauwius; olerum germina et cauliculi primi nunquam „dicti sunt aut dici potuerunt ἄκανθαι. Ἄνθαι bonum est et com„mode statuminat sequens: τὸ — ἐξανθεῖν. Cauliculi primi sunt „olerum efflorescentiae. Ἀσφάραγος proprie dictus ἀκάνθας habet, „indeque ἀκανθίας vocatur, sed id nihil ad olerum cauliculos, qui „edules sunt; de loco Theophrasti alias." Credo equidem, ad graecas Calendas. Ceterum recte Pauwium ἄνθαι tueri, etiam ex Phrynich. App. p. 38. ὅρμενα καλεῖται ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν τὰ τῶν λαχάνων ἐξανθήματα, credibile est.

†) Phrynichus App. Soph. p. 24. Ἀσφάραγος — οἱ δὲ πολλοὶ τὰ ὅρμενα τῶν λαχάνων διὰ τοῦ π ἀσπαράγους καλοῦσιν, δυσὶ περιπίπτοντες ἁμαρτήμασι, ὅτι τε διὰ τοῦ π λέγουσι καὶ ὅτι τὸ ἰδίως καλούμενον ἐπί τινος πόας ἐπὶ πάντων τῶν ἐξορμενιζόντων λαχάνων τίθενται. Etiam Athen. II. 22. 62. (ex quo Eust. 899.) Etym. M. s. Ἀσφ. (e Lexico rhetorico, cujus particulam evulgavit Bekkerus Anecd. p. 457. etiam a Phavorino servatam) et Suidas tradunt, Attice ἀσφάραγος, neque ita cujusvis generis turionem, sed corrudam et olerum turiones dici. „Eustath. inquit, esse ἀσφάραγον germen e spinis natum; hanc herbam spinosam puto esse asparagum sylvestrem, qui corruda a Latinis, et a Graecis μυάκανθα dicitur. Nam μυρτάκανθα *ruscum* est Latinorum, a quo etiam coliculi nascuntur instar asparagorum. Galenus II. de Alim. facult. ab omnibus Graecis vocari ἀσπαράγους coliculos illos teneros, qui crescunt ad edendum fructum aut semen, qui tamen caulis in brassica proprie κῦμα dicatur. Φλόον accipio Theophr. φλέων, quae Diosc. typha est; nam cetera congruunt, et quod scribit Diosc., ejus pappum ἀνθήλην a quibusdam nominari. Is est Theophr. H. P. IV. ubi loquitur de phleo: τοῦ δὲ φλέω (καρπὸν εἶναι) τὴν καλουμένην ἀνθήλην, ᾧ χρῶνται πρὸς τὰς κονίας· τοῦτο δ' ἐστὶ πλακουντῶδές τι ἐπίπυρον, *est autem hoc placentaceam quid-*

dam subrubrum, ut ὑπόπυῤῥον legendum sit, quomodo etiam Gaza videtur legisse. Πλακαντῶδες reddidi *placentaceum*, quamvis videtur minima mutatione ἠλακατῶδες reponi posse; refert enim ille fructus typhae quam simillime colum. Potest etiam duci ἀπὸ τοῦ ἠλακάτου, i. e. a *lana* aut *lino*, quod circa colum aut fusum volvitur, quod est quam simillimum paniculae typhae. Hesychius item huc videtur spectasse: Ἠλακάτη, δόναξ. ἔνιοι κοινῶς τὰ γόνατα ἔχοντα ὡς στάχυν, ὡς κάλαμον, ubi lego τἀγόνατα (scapi et scirpi phlei, qui sine nodis sunt) ἔχοντα τὸν στάχυν ὡς κάλαμον. i. e. *quorum spica* (sic ἀνθήλην videtur nominasse) *est ut calamus*. refert enim eam formam; nisi malis pro κάλαμον legere ἠλάκατον. Potuerunt etiam aliquae placentae globosae (qualis erat σησαμίς et γογγύλη) illa figura paniculae phlei praeditae esse. Festus s. scirpus clavam quandam scirpeam retulit e Novio; eam non aliam esse arbitror, quam ἀνθήλην phlei; nostri juncum marinum eam plantam appellant. Galen. in Gloss. de phleo: τοῦτο ἐστὶ φλογμῶδές τι καὶ παπυρῶδες, ubi aut φλομῶδες legendum, quia Schol. Aristoph. scribit, φλόον ab idiotis φλόμον nominari, fortasse propter pappos, quibus similis est lanugini foliorum verbasci, aut certe λοχμῶδες, quod palustris herba sit et in aquis nascatur. — Plinius L. 19. asparagum silvestrem ait a Graecis *orminon* vocari et L. 20. ab Atticis *orminion*: utroque loco reponendum *ormenon*. Eustath. scribit, ἀσφάραγον cum φ esse silvestrem, cum π vero hortensem. Ex his igitur sic restitui posse existimo Poll. VI. 9. ἀσφάραγος ὁ ἀκανθίας ὄρμενος, ἥμερος ἀσπάραγος. i. e. asparagus spinosus ὄρμενος appellatur, hortensis vero ἀσπάραγος." *Nunnes*. „Ὧι χρῶνται πρὸς τὰς κονίας, interpres, *quo utuntur ad lixivia*. Κονίαν quidem lixivium esse scimus, sed in numero plurali usurpari a Graecis non memini. Ἀνθήλην autem lixiviis conficiendis utilem esse si dicam, risum tollam mulierculis, quarum hoc studium est. Legendum κονιάσεις, *tectoria*. Penicillum tectorium intelligit ad laevigandum et complanandum et abstergendum supremum corium tectorii. Nam est mollis materia, ut villorum, ideo apta abstergendo. De sequentibus verbis Theophrasti amplius deliberandum; nam corruptissima sunt; neque admittimus ejus ἠλακατῶδες. Totus caulis cum anthele refert quidem τῆς ἠλακάτου σχῆμα, sed ἀνθήλη ipsa sola non potest referre. Ideo eluditur tota

Ἀσβόλη μὴ λέγε, ἀλλὰ ἄσβολος. †)

---

illa conjectura de colu." *Scaliger.* Ἀσπάραγος, quod in Hippocr. de Vict. San. I. 1. 46. Theophrasto VI. 4. 3. et saep. legitur, sed hic a Stapelio in controversiam vocatur, Plutarcho Symp. IV. Quae. I. 3. V. Caes. 17. 579. T. 4. Matroni Athen. IV. 13. 29. T. II. Dioscoridi II. 152. 111. b. et scriptoribus Geopon. III. 13. 258. reservari debet. Quae cum hoc dialectorum graecarum scrutatores componere solent, λίσφος, φιδάκνη, σφυράς, φανός, σφόνδυλος, paene in eadem varietate sunt. Πιθάκνη Aristophani, λίσπος et huic et Platoni adhaesit, v. Ruhnken. ad Tim. p. 175. in Aristotelis H. An. nuper modo σφονδύλη VIII. 23. 394. modo σπονδύλη editum V. 7. 2. σφόγγος, quod Brunckius in Aristophanem reducere conatus est Ach. 463. Vesp. 609., a librariis fere abolitum et in recentissima demum Graecitate tanquam a stirpe semimortua renatum videmus. Horum similitudine et σφυρίς defensum est a Niclasio ad Geop. VII. 27. 519. et ἀσφάλαξ defendi potest in Brontosc. Taget. ap. Rutgers. Varr. Lect. III. 248.

†) Moeris p. 11. ἄσβολος atticum, ἀσβόλη commune esse docet, de genere nihil; de quo commode docemur a Phrynicho App. Soph. p. 17. Ἄσβολος θηλυκῶς λέγουσιν, Ἱππῶναξ δὲ ἀρσενικῶς· τινὲς δὲ καὶ τὴν ἀσβόλην. Alius Gramm. in Anecd. p. 451. ἄσβολος θηλυκῶς ἡ ἄσβολος, οὐ γὰρ ἀρσενικῶς ὁ ἄσβολος. Sed ἐκ τοῦ ἀσβόλου Hipp. de Morb. Mul. I. 100. p. 792. quod non attenderunt Lexicographi. τὸν ἄσβολον Theophr. de Ign. p. 68. cui femininum articulum reddere annititur Sallier. ad Moer. l. c. ἡ ἄσβολος ex Aristophane citans. Ἄσβολος nulla generis notatione Alexis Ath. XIII. 23. 51. Plutarch. V. Cim. I. 245. Alciphr. Ep. I. 23. Heliod. V. 11. 243. Ἀσβόλη, quod Sturzius praeter versionem Alexandrinam, Antiphanem Com. et Alexandrum Aphrod. in nullo se scriptore legisse meminerat, usurparunt etiam Simonides jun. Eleg. II. 61. Dioscor. V. 182. 316. a. Geopon. VII. 37. 529. Aesop. Fab. XII. 8. Nicet. Ann. VIII. 4. 136. B. et Galen. Comm. in III. Epid. p. 295. B. T. IX. et saepius in L. de Locc. aff. VI. 1. 506. A. 524. E. T. 7. neque is dissimulat, Grammaticorum judicia sibi non ita extime-

Αἴθαλος λέγεται καὶ ἀρσενικῶς, ἀλλὰ μὴ αἰθάλη θηλυκῶς. a) †)

Θερμότης λέγε, ἀλλὰ μὴ θερμασία: ††)

---

a) Ed. Pr. Vasc. *λέγε ἀρσενικῶς.* Utrumque articulum, in Edd. duarum vocum interpositu sejunctum, Thomas p. 116. in unum conflavit: *Ἄσβολος καὶ αἴθαλος οἱ δοκιμώτατοι*, eademque vocabula a Phrynicho junctim recensa esse significant dissentaneae lectiones *λέγε, λέγεται*, quod cum *ἀλλὰ μὴ* conciliari nequit. Scripserat certe hoc modo: *Αἴθαλος λέγε καὶ ἄσβολος ἀρσενικῶς, ἀλλὰ μὴ* etc.

scenda videri: *τῆς γῆς κατὰ τὴν καμινείαν ἀναπεμπούσης οἷον αἴθαλόν τινα ἢ ἄσβολον ἢ αἰθάλην γε καὶ ἀσβόλην, ὡς ἂν ἐθέλῃ τις καλεῖν* de Simpl. Med. L. IX. 3. 11. p. 263. B. Deest Lexicis *ἀσβολοποιός* Eustath. 1949. 36.

†) *Αἴθαλος* vel oxytonum *αἰθαλός* Hipp. Morb. Mul. II. 72. 837. D. VII. Eur. Hec. 911. Diod. V. 13. 275. Plutarch. V. Cim. 1. 244. Athen. XIV. 16. 254. *Αἰθάλη* ex Luciano (III. p. 11.) et Basil. M. Homil. e. Hebr. p. 194. citat Hoeschelius, qui de Basilio et hoc addit, eadem pagina pro *δεσμοῦνται δὲ αἱ χεῖρες* in MS. legi *δονοῦνται*, quod de manuum tremore accipi posse. Feminina terminatione praeterea usi Heliod. X. 24. 423. Apollon. Lex. s. *αἰθαλόεν* p. 66. Nemes. de Nat. Hom. XXXIII. 255. Pisid. Hexaem. p. 364. Tzetz. ad Lyc. 55.

††) *Θερμασία* Hoeschelius a Diodoro, Dione et Diogene admissum esse docet, quorum locos indicarunt Interpp. ad Thom. Adde Plutarch. de Sanit. p. 588. T. VII. Sext. Emp. Hyp. II. 22. Nemes. de N. Hom. XXVIII. 257. etc. Pauwius: *Θερμός, θερμότης, θέρμη, θερμάω, θερμάζω, θερμασία.*

Phrynichum sequitur Thomas p. 447. *Θερμότης καὶ θέρμη Ἀττικοί· θερμασία Ἕλληνες.* Utrumque erroris arguunt, neque incertis testibus nituntur, sed ipsis principibus, Hippocrate, Platone, Xenophonte, Aristotele et Theophrasto. Quid ergo relictum est miseris Atticistis, nisi ut spolia dent *sine pulvere et sudore?* Equidem hoc eos pro se responsuros arbitror: etiam summis auctoribus nonnunquam verba excidisse non satis praevisa, quae ne inolescant, suum esse prospicere et cavere;

neque se detrectare judicium, dummodo ne in eam cognitionis formulam concludantur, ut, quidquid ab uno aut altero Atticorum dictum sit, id ob hanc unam rationem pro recto et legitimo valeat.

Jam puto intelligi, non de uno illo exemplo, sed de hoc universo genere quaestionem haberi. Sed repetam paullo ulterius. Verba tertiae, quartae et quintae syzygiae, sicut in ordinatione declinationum conjunguntur, ita hoc quoque inter se commune habent, quod cum litera futuri characteristica aut difficilius coeunt, aut sociari nullo modo possunt. Liquidas autem, praeter labialem, antiquiores Graeci cum sigma copulare non admodum fastidiverunt, κέρσω, κύρσω, ἔλσαι, κένσαι. Sed quum verba hujus modi primitiva tum exilitate sua deformia tum propter concursum literarum dissonantium ad declinandum parum tractabilia essent, ratio inita est, quemadmodum et praesens ad justam mensuram educeretur et in temporum declinatione incommoda illa vicinitas interventu vocalis dirimeretur. Ita ex ὄλω, ἄρω, ὄμω, praesentia usitata, pro ὄλσω, ἄρσω, futura ionica ὀλέσω, ἀρέσω nata, mox vero hoc allevamentum etiam verbis crassioris fili et jam deformatis (θερμαίνω, κοιλαίνω etc.) adhiberi coeptum est, hac tamen conditione, ut in his sigma futuri formale expelleretur, quod in omni declinatione verborum tam solutum et exemtile est, ut quamlibet levi nisu eluxetur (τύπτεαι, τύπτεο, ἐτύψαο). *) Hac via semel patefacta, futura in λσω, νσω, ρσω sensim in desuetudinem venere atque illa etiam priora, quae ascitu literae vocalis inconcinnum consonarum concursum subterfugerant (ὀλέσω, ὀμόσω, τελέσω), communem sui generis inclinationem sequuta eodem vergere coeperunt (ὀλῶ).

Illam autem juncturam literarum λς, νς, ρς, cujus causa illa futuri flexura inita est, etsi durum quiddam et horridulum sonabat, tamen non in omnibus vocabulorum locis ac ne eodem quidem loco omnibus aetatibus pariter improbatam esse necesse est. Pro μάρτυρσι quidem, quum facilem haberent exitum, μάρτυσι maluerunt; sed a θῆρες quin θηρσί dicerent, recusare non potuerunt.

*) Haec qui intuentur, futurum θερμάνσι, quod Fischerus ad Vell. T. II. 320. et Matthiae Gramm. Gr. p. 207. ex Hippocrate de Us. Hum. c. 41. p. 39. afferunt, prorsus intolerabile esse confitebuntur. Est vero dativus nominis, non futurum verbi.

Neque, si pro θάρσος, ἄρσην, πυρσός postea molliora praevaluerunt, etiam ἐγκάρσιος et similia huc detorta sunt. In verbalium vero declinatione quantum auribus tribuerint, ex hoc intelligitur, quod non solum a verbis liquidis parcius quam a ceteris substantiva in σις devarunt, sed etiam derivata et jam recepta denuo aliorsum flectere instituerunt. Superest quidem magnus verbalium activorum numerus, quae statu suo manserunt, ἄλσις, ἄγγελσις, ποίκιλσις, κύμανσις, πάγυνσις, *) κάθαρσις, ἔνερσις, τέκμαρσις, ὀλόφυρσις, ab Hippocrate, Thucydide, Platone et recentioribus frequentata. Sed pleraque in aliam partem flexa *N* illud resultans abjecerunt, θερμασία, ξηρασία, ψυχρασία etc. quae est satis antiqua et vulgo recepta forma; velut ὑγρασία Hipp. de Locc. in Hom. III. 361. E. T. VII. Aristot. de Gener. Ann. I. 20. 602. A. T. II. Alexis Athen. IX. 583. D. Epicur. ap. Diog. X. 108. 648. ξηρασία Hipp. de Morb. Mul. I. 8. 540. E. T. VII. Aristot. H. An. X. 3. 499. Antiphan. Athen. I. 23. B. κοιμασία, quod Lexicis deest, Philo de Nom. Mut. p. 1060. A. 1062. D. aliaque multa, ἰσχνασία, φλεγμασία, ἰκμασία, χειμασία, σημασία, σικχασία, εὐφρασία. Sed apud illos, qui proprium Atticae dictionis colorem retinuerunt, tanta est hujus generis raritas, ut dedita opera ab eo declinatum videatur. Et de Xenophonte, quem θερμασία in Anabasi posuisse notant, non magnopere laborabo; sed quod Trillerus hoc etiam in Platone reperiri narrat, vereor ne fumum nobis vendat doctus Iatrosophista; nam apud hunc vicies minimum θερμότης legitur, θερμασία autem, si satis memini, ne semel quidem emergit, neque quidquam hujus simile; quod idem de Thucydide et ceteris hujus ordinis affirmare licet. Sed forsitan aliquis aliquando hujusmodi quippiam admiserit; manet tamen, hanc terminationem proprie atticam non esse. Sed pro φλεγμασία illi φλέγμα vel φλεγμονή, pro ψυχρασία ψῦξις, pro ὀσφρασία ὄσφρησις, pro θερμασία aut θέρμη s. θερμότης, ut Thomas praescribit, aut θέρμανσις substituerunt. Nam, quod Aristoteles Metaph. X. 11. 756. D. inter θερμότης et θέρμανσις intercedere docet discrimen, id in na-

*) Lexicis adde φύρσις Schol. in Dion. Gramm. p. 858. ἀνεύρυνσις Galen. Ars Med. XXXV. 228. πήμανσις Eustath. p. 417. Eaque terminatio in plurimis aliis apparet. Sed ἕλμινς, quod Buttmannus his comparat p. 43. Gramm. VI. Edit., πείρινς, μήρινς, Τίρυνς, anomala sunt ex obliquis casibus in nominativum reclinata.

Ἀτταγήν: καὶ τοῦτο παρανενόμηται καὶ τόνῳ καὶ θέσει. χρὴ γὰρ ἀτταγᾶς λέγειν, ὥσπερ ἀλλᾶς. †)

---

tura fixum, sed usus popularis negligentia sublatum est. Neque raro haec a librariis commutantur, ut v. c. in Nonni Epit. CXXXIV. p. 422. pro *θέρμανσις* codd. nonnulli *θερμασία*, quibus ille indiscrete utitur, et in Epict. I. 20. p. 110. unus aliquis ceteris elegantior pro *ὀσφρασία* *ὄσφρησις* scripsit; in Athen. XIII. 95. 213. Edd. vett. hoc idem pro *ὄσφρανσις* exhibent. *Ὄσφρασις*, quod in Lexicis commemoratur, non magis probo quam *ξήρασις* et contrarium vitium *εὐφρανσία*, cui Schaeferus quoque ad Apoll. Schol. p. 256. diffidere videtur.

†) Athen. quoque monet, dicendum esse *ἀτταγᾶς* attice, non *ἀτταγήν*. Idem observat Eustath. Schol. Arist. Vesp. *ἀτταγᾶς*, inquit, quem nos vulgo *ἀτταγῆνα* dicimus. *Nunnes.* *Ἀτταγὴν* P. Aegineta, *ἀτταγᾶς* Clem. Alex. *Hoeschel.* *Ἀτταγᾶς* a voce dictus; Aelian. H. A. IV. 42. *ὁ ἀτταγᾶς τὸ ἴδιον ὄνομα ᾗ σθένει φωνῇ φθέγγεται καὶ ἀναμέλπει αὐτό.* An id melius exprimit *ἀτταγᾶς* quam *ἀτταγήν*, ideoque huic praelatum illud? *Χρὴ γὰρ ἀτταγᾶς λέγειν ὥσπερ ἀλλᾶς*; et sic *ἀτταγᾶς* facit *ἀτταγᾶντος*, ut *ἀλλᾶντος*, quo pertinent etiam ista Athen. IX. 9. (39. 439.) *Ἀτταγάς* (MS. *ἀτταγᾶς*) *περισπῶσιν δ' οἱ Ἀττικοὶ παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον τοὔνομα· τὰ γὰρ εἰς ᾱς λήγοντα ἐκτεταμένον ὑπὲρ δύο συλλαβὰς, ὅτε ἔχει τὸ ᾱ παραλῆγον, βαρύτονά ἐστιν, οἷον Ἀθάμας, ἀδάμας· λεκτέον δὲ* etc. in plurali tamen *ἀττᾶγαι* et *ἀττάγας* invenitur ap. Aristoph. Polluc. Athenaeum ipsum et alios. Quare aliter flexum fuit in hoc quam in illo numero et *ἀλλᾶς* in solo singulo expressit. Atque hinc est, quod rectius legeretur ap. Athen. l. c. *λεκτέον δὲ καὶ ἀττάγαι* (Eustath. *ἀτταγαί*) *καὶ οὐχὶ ἀτταγάντες*· id enim longe convenientius, quam quod vulgo editur *καὶ οὐχὶ ἀτταγῆνες*. Vident omnes. *Pauw.* Hoc Pauwianum *ἀτταγάντες* non verbum est, sed portentum. Attagenis nomen, de quo summa diligentia egit Conr. Gesnerus Hist. An. L. III. p. 219., plures habuit flexus et inclinamenta; una forma est poetica *ἀτταγῆς*, *ἀτταγέος* Oppian. Cyn. II. 405. 426. altera Ionicae similis, sed vulgo recepta, *ἀτταγήν*, *ἀτταγῆνος* (ut *Τιτήν*, *Τιτῆνος*), qua utuntur Aristot.

Κολυμβάδες ἐλαῖαι οὐ λέγονται, ἀλλὰ ἁλμάδες ἐλᾶαι χωρὶς τοῦ ι. †)

Γρηγορῶ, γρηγορεῖ, οὐ δεῖ, ἀλλ' ἐγρήγορα λέγειν καὶ ἐγρηγόρεν. [a]) ††).

---

a) Ed. Pr. Vasc. *Γρηγορῶ, ἐγρηγόρει, οὐ δεῖ. χρὴ γὰρ ἐγρήγορα* — quam diversitatem negligenter indicavit Pauwius. A Phrynicho fortasse sic scriptum erat: *Γρηγορῶ, ἐγρηγόρει — ἀλλ' ἐγρήγορα* κ. *ἐγρηγόρει* ε. *ἐγρηγόρη*. Zonaras T. I. p. 609. *Ἐγρήγορα χρὴ λέγειν, οὐ γρήγορα. καὶ τὸν παρεληλυθότα ἐγρηγόρει καὶ ἐγρηγόρεσαν.*

H. An. X. 56. 488. 19. 438. Phoenicides comicus Athen. XIV. 67. 374. Alex. Trall. I. 15. 66. tertia circumflexa, quam Atticis adsignat Phrynichus, ejusdemque opinionis particeps auctor Lexici rhetoriei in Anecd. Bekk. p. 461. *Ἀτταγᾶς — οὕτω καλεῖται ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν καὶ αἱ πλάγιαι ἀτταγᾶν καὶ ἀττάγας* (l. *ἀτταγᾶς*), unde mutilata Etymologi glossa expleri potest p. 167. Sic reperitur *ὁ ἀτταγᾶς* Aristoph. Vesp. 249. Avv. 249. 761. (eamque scripturam Aelianus H. An. IV. 43. et Etym. l. c. ex Aristophane referunt) *τῷ ἀτταγᾷ* ap. Aelian. VI. 45. XIII. 25. *τοὺς ἀτταγᾶς* Aristoph. Acharn. 875. Atque haec forma cum superioribus, unde haec disputatio orsa est, omnibus rebus congruit; eademque etiam accentus varietas: *ὁ ἀτταγάς* Athen. IX. 39. 432. *οἱ ἀτταγαί* Poll. VI. 52. *ὁ ἀττάγας* Aristoph. Fragm. Pelarg. III. 261. *οἱ ἀττάγαι* Athen. IX. 39. 431. *τοὺς ἀττάγας* Aelian. H. A. XV. 27. Athen. IX. 52. 462. XIV. 53. 543. Hanc terminationem, dummodo *ἀτταγᾶς* scribatur, Atticorum propriam esse, indicio sunt aliarum avium nomina ab Aristophane commemorata, *ὁ ἐλεᾶς, ὁ ἐλασᾶς, ὁ πελεκᾶς*, de quo alio loco dicetur.

†) *Κολυμβάδες* etiam a Plin. nominantur et in Glossar. Pollux *νηκτρίδας* vocat. Pro *κολυμβάς* ap. Athen. de ave urinatrice et *κολυμβρίς* ap. Arist. reponendum in utroque *κολυμβίς* ex Eusth. *Hoeschel.* *Ἁλμάδες*, quo Aristophanes et Eupolis usi sunt, praefert etiam Moeris p. 51. Praeter Diphilum *κολυμβάδες ἐλαῖαι* dixerunt Dioscor. I. 140. 56. Jul. African. Cest. c. 28. p. 300. a. Geoponn. IX. 33. 632. Nonnus Epit. C. IX. p. 338.

††) Praesens illud, quod Phrynichus culpat, non re-

periri in Atticorum scriptis, nisi librariorum errore illatum, jam Porsonus ostendit ad Anab. IV. 6. 25. duos locos hoc vitio contactos corrigens, unum Aristophanis, alterum Xenophontis, quem Antiatticista Bekk. p. 96. corrupta lectione nixus (nam ἐγρηγόρεσαν sensus poscit, ἐγρηγόρησαν respuit) Atticistis opposuit. Non autem reprehenditur in Hippocrate de Insomn. c. 1. 79. γρηγορεῦσα vel, ut in cod. quodam legitur, ἐγρηγορεῦσα; in alio Hippocrateorum libro τὸ ἐγρηγορός de Decent. Hab. c. 1. 552. T. II. Γρηγορεῖν, praeter locos a Fischero indicatos (v. Sturz. p. 157.) admiserunt Joseph. Ant. XI. 3. 552. Apollon. de Synt. III. 27. 257. Synes. Ep. XIX. p. 56. B. Schol. Arist. Eqq. 547. Ἀνεγρηγόρησε Euseb. H. Eccl. V. 1. 201. quod compositum addendum Lexicis cum adverbio similis potestatis ἐπαγρύπνως de Vit. Const. IV. 29. 641. Aoristo γρηγορῆσαι utuntur Gregor. Naz. Or. XVI. 304. Niceph. Greg. V. 5. 84. E. Themistio autem fortasse non ingratum fecerim, si in Or. XXVI. 315. B. pro ἐγρηγορούσιν corrigam ἐγρηγορόσι. Adverbio ἐγρηγόρως, quod jam Reiskius in Dione Chr. Or. I. p. 63. proscripsit, nullum Schneiderus in Lexico suo locum concessit, idque in Nott. ad Xenoph. l. c. p. 259. demonstrat tum apud Lucianum (cui eodem modo opitulatus est Struvius meus Observatt. Gramm. Fasc. I.) tum apud Alciphronem e corruptela natum esse. Quemadmodum autem hic ἐγρηγορὸς βλέπειν dixit, ita Eur. Alc. 773. πεφροντικὸς βλέπειν, Theocr. XX. 14. σεσαρὸς βλέπειν, Callistr. Stat. XIV. 906. τεθνηκὸς ὁρᾶν, Aristot. Physiogn. VI. 160. ὀξὺ καὶ ἐγκεκραγός. Adverbium ἐγρηγορότως a participio ductum apud multos in usu est, Plutarch. de Audiend. Poett. p. 112. T. VII. Clemens Constt. Apost. II. p. 46. A. simile illud aliis: ἀραρότως, πεποιθότως, τεθαῤῥηκότως, ἀποδεδειλιακότως, ἀντιπεπονθότως Archim. de Aequip. I. 7. 168. Theolog. Arithm. p. 26. Olympiod. in I. Meteor. p. 19. b. ἀπεσκληκότως (πρὸς φιλοσοφίαν ἔχειν Synes. Epist. 158, 275. i. e. *occalluisse ad philosophiam*; quo carent Lexica). Pro ἀσυνειδότως Plutarch. Laconn. Apophth. p. 192. T. VIII. scribendum est ἀσυνειδήτως. Ab adjectivo ἐγρήγορος (quod praeter alios recentiorum African. Cest. 74. 314. Polemo Phys. I. 10. 248. sed Aesch. Agam. 357. ἐγρηγορὸς potius quam ἐγρήγορον scripsisse videtur) ab illo igitur adjectivo adverbium ἐγρηγόρως duxit Dio, ob eam causam a Thoma reprehensus p. 625., pluries illud

Αὐθέντης μηδέποτε χρήσῃ a) *ἐπὶ τοῦ δεσπότου, ὡς οἱ περὶ τὰ δικαστήρια ῥήτορες, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ αὐτόχειρος φονέως.* †)

---

a) Ed. Pr. Vasc. *μή ποτε εἴπῃς.*

in Hesychii Glossis repetitum: *'Αβρίξ, ἐγρηγόρως: 'Αδαύως, ἐγρηγόρως*, ut Valckenarius emendat Diatr. p. 94. Sic et neutro participiali *γεγωνός* (*γεγωνὸς βοᾷν*, ut *ἐγρηγορὸς βλέπειν*) adjacet adjectivum *γεγωνός*, cujus adverbium *γεγονῶς* summam habet cum participio illo convenientiam. Et hac ratione forsitan etiam *ἀραρός* adjectivum cum suo adverbio *ἀραρῶς* defendi possit, sed feminina forma, *ἀραρά*, quam Matthiae commemorat Grammat. Gr. p. 303., commenticia legibusque Graeci sermonis adversaria est. Etiam pro *Βεβριθῶς, βαρουμένως* apud Hesychium necessario scribendum est *Βεβριθώς, βαρούμενος.* Neque ferri potest, quod in Philostr. Iconn. I. 31. 809. vulgatur, *σῦκα ὑποσέσηρα*, pro quo non *ὑποσεσηρότα*, ut Abreschio visum ad Cattier. p. 26., sed *ὑποσέσηρε* scribere convenit.

†) In parallelo Moeridis loco, *Αὐτοδίκην ἀττικῶς, αὐθέντην ἑλληνικῶς*, Pauwius *αὐτόδικον* scribendum censet. *Αὐθέντης* de interfectore secundum Herodotum usurparunt Thucydides et Antiphon, quem plerique veterum oratorum *αὐτόχειρα* dicere maluerunt. v. Valcken. Diatr. Eur. p. 189. Nec idcirco tamen Euripides sibi interdictum putavit, ne, dilatata paulisper vocabuli potestate, *τὸν κύριον* vocaret *αὐθέντην* Suppl. 442. Sed eandem sibi licentiam sumere scriptores pedestres, merito indignati sunt Atticistae. In hunc sensum *αὐθέντης, αὐθεντεῖν, αὐθεντία* a Dione, Appiano, Synesio reliquisque hujus generis dici, notarunt superiores. Simili audacia verba *αὐτουργεῖν* et *χειρουργεῖν* ab operariis ad eos traduxerunt, qui per se aliquid agunt, non aliena opera utentes: *αὐτουργῶν μὲν τὴν ἐπιβουλὴν, μισθούμενος δὲ τὰς ἐμὰς χεῖρας* Philostr. V. Soph. I. 21. 517. *τὴν μαντικὴν αὐτουργέει* Lucian. Dea Syr. 120. T. IX. *χειρουργεῖν τὰ ἄδικα* Philo de Nom. Mut. 1082. A. *συνεχειρούργει ἕκαστα τῶν ἁμαρτανομένων* Id. in Flacc. 971. C. quorum nihil simile veteres

Ἀγήοχεν, εἴ τις εἴποι, ὅτι ἐν τῷ συνθέτῳ Λυσίας κέχρηται, καταγηόχασι, μὴ πάνυ πείθου· ἦχε μὲν γὰρ λέγουσι, καὶ Δημοσθένης ἤχασι λέγει, ἀλλ' οὐκ ἀγηόχασι. [a]) †)

Μεσιδιωθῆναι: τέτριπται καὶ ἐν τοῖς δικαστηρίοις καὶ ἐν τοῖς συμβολαίοις. ἀλλὰ σὺ μεσεγγυηθῆναι λέγε. ††)

---

a) Ed. Pr. *ἀλλ' οὐ καταγηόχασι* male.

dixerunt. Lexicis infer *οἰκειόχειρος* (*γράμματα οἰκειόχ.*) Niceph. Greg. XV. 3. 475. i. q. *ἰδιόχειρον* s. *αὐτόγραφον*. Pro *ἀντιχειρία* Poll. II. 148. substituendum est *ἀρτιχειρία*.

†) Qui scribunt tamen de dialectis, animadvertunt pleonasmum esse atticum *ἀγήοχα*. *Nunnes*. Error hic a veteribus Technicis (v. Fisch. II. 311.) ad Byzantios Grammaticos (Const. Lasc. Gramm. h. 5. Moschop. *Π. ΣΧ.* p. 187.), hinc veluti fidei commissus per plura secula de manu in manum traditus, neque ita pridem Atticistarum auctoritate extinctus est. Inter Atticos auctores nullus praeter Aristot. Oecon. I. 7. et Lysian hac forma usus reperitur, cujus is locus, quem Phrynichus ante oculos habuit, intercidit. Sed quod in actis publicis et epistolis a Demosthene pro concione recitatis invenitur, v. Zonar. Lex. p. 34., id argumento est, jam bonis temporibus vulgum illiteratorum ita locutum esse, unde ad posteritatem transmissum est vitium, Plutarch. V. Phocion. XVII. 18. Aristid. Rhetor. II. 3. 501. Dio Chr. XXXII. 659. T. I. Athen. XIII. 63. 145. Jamblich. V. P. c. 35. 254. quibus Josephum, Polybium, Libanium addunt. Neque tamen vitiosa consuetudo tantum valuit, ut germana et legitima forma in totum exolesceret; cujus memoriam subinde refricuerunt Polyb. XII. 16. Pausan. IV. 36. Athen. III. 11. 378. caeteri complures.

††) Pollux docet auctoribus clarissimis Atticis dici verbum *μεσεγγυᾷν*, nomen *μεσέγγυος* et *μεσεγγύημα*. v. Harpocr. Thomas observat, *μεσέγγυον* dicendum, non *μεσίτην*, pro sponsore et sequestri. *Nunnes*. *Μέσος*, *μεσίνιος*, *μεσιδιόω*. Sic ap. Aristot. Polit. V. 6. stabilitur *μεσίδιος*

Καλλιγραφεῖν, διαλελυμένως λέγουσιν ἐκεῖνοι εἰς κάλλος γράφειν. [a]) †)

---

a) Ed. Pr. Vasc. *Καλλιγραφεῖν οὐ διαλελυμένως λέγουσιν ἐκεῖνοι· οἱ δ' εἰς κάλλος γράφειν.* eodem modo Phavorinus, sed omissa per negligentiam negatione. Aliter ex suo exemplo edidit Nunnesius, quanquam probat lectionem pristinam, quam ita interpretatur: *Καλλιγραφεῖν non usurpant disjuncte illi*, scilicet, qui in foro et commerciis versantur, quorum in proximo articulo mentio est. Pauwius lectionem a Nunnesio profectam sequens *ἐκεῖνοι* Atticos significare, lectionum autem fluctuationem e discrepantia librorum natam putat. *Ἐκεῖνοι* ubique sunt Attici.

ἄρχων, de quo dubitabat Stephanus in App. Thes. *Pauw.* *Μεσίδιος* praeter binos Aristotelis locos, quos Schneiderus commemorat, reperitur in Michael. in V. Nicom. p. 66. b. ex ipso Aristotele depromptum; *μέσον δικαστὴν* vocat Thucydides IV. 83. *μεσιδιωθῆναι* autem, sive a nullo scriptorum eorum, quos fortuna nobis reliquos fecit, admissum est, sive adhuc in angulo quodam inaccesso latet, nobis certe invisum inauditumque erat.

†) Pollucis *καλλιγραφεῖν* V. 102. aliud, et male id cum hoc componit Stephanus in Thes. Idem dicendum de *κεκαλλιγραφημένη λέξις* Laertii [VII. 18. 375. *)] et *κεκαλλιγραφημένοι νόμοι* Josephi. Nam de ipsa scriptura et ipsis literis stricte accipiendus est Phrynichus; eleganter literas pingere Attici *εἰς κάλλος γράφειν* dicunt et similiter *εἰς τάχος γράφειν*. *Pauw.* Si Pauwii sententia fuit, Phrynichum hoc loco de propria nec translata verbi *καλλιγραφεῖν* significatione cogitasse, assentior; si autem putat, in translata significatione magis usurpari compositum, fieri non potest quin explodatur. Ac ne de notariorum quidem ministerio *ἐς κάλλος γράφειν*, *ἐς τάχος γράφειν*, apud veteres reperiri arbitror; sed his similia: *εἰς εὐτέλειαν συγγεγραμμένον* Arist. Avv. 805. *εἰς τάχος καλεῖν* Ach. 686. quod Suidas cum illis componit: *Ἐς τάχος γράφει καὶ ἐς κάλλος γράφει καὶ ἐς τάχος παίει, ἀλλ' οὐ καλλιγραφεῖ.* Quod vero Schol. Bav. ad Demosth. p. 54. scribit: *Ξενοφῶν ἱστοριῶν η'· τοὺς δὲ υἱέας περιῆγεν εἰς*

*) Etiam *καλλιγραφία* de sermonis elegantia s. *καλλιεπείᾳ* usurpant Plutarch. Symp. V. Quae. VIII. 2. Diog. La. III. 66. 204. Constant. Porph. Adm. I. 55. C.

Ἀκμὴν ἀντὶ τοῦ ἔτι: Ξενοφῶντα λέγουσιν ἅπαξ αὐτῷ κεχρῆσθαι. σὺ δὲ φυλάττου χρῆσθαι [a]), λέγε δὲ ἔτι. †)

---

a) Ed. Pr. φυλάττου, omisso χρῆσθαι.

τὴν ἐς τάχος γράφουσαν μοῖραν τῆς περὶ τὰ ἀρχεῖα διακονίας, haec Xenophonti nullo modo tribui possunt, sed fortasse Procopii sunt, cujus hanc ῥῆσιν profert Suidas τὴν ἐς τάχος γράφουσαν μοῖραν s. Γράφειν. Etiam rhetores veteris elegantiae studiosos, Philostratum, Lucianum, Libanium Atticistarum praecepto paruisse, probarunt VV. DD. ad Thom. 274. v. Zonar. Lex. T. I. 881. Ταχέως γράφειν Liban. Ep. MCXLIII. 546. Eunap. V. Proaer. p. 114. de arte tachygraphorum; generaliter ταχὺ γράφειν Plato Charm. p. 159. Καλλιγραφεῖν primum mihi occurrit sensu figurato in subditicia Aristotelis Ep. ad Alexandrum Rhetoricae praefixa T. V. p. 18. Buhl. Hinc καλλιγραφία Plutarch. de Pyth. Or. VII. 257. T. 9. Adde Lexicis χειρογράφημα Phot. Bibl. 65, 93. ὀξυγράφος autem Phil. de Creat. Princ. p. 724. D. Socrat. H. Eccl. II. 50. 129. VI. 4. 315. dubiis exime.

†) Eadem narrant Moeris et Thomas, nullum Atticorum τὸ ἀκμὴν pro ἔτι usurpasse. Contra Suidas Sophoclem et Hyperidem testes citat. Quid ad haec dici potest? Nimirum hoc: duas esse hujus adverbii significationes, saepe inter se confusas, neque a Coraya Στοχασμ. π. Ἑλλ. Γλ. p. 48. satis accurate discretas, unam antiquiorem et primigeniam, *in articulo*, qua usi sunt Xenophon et Isocrates ad Demon. p. 2. ille ὁ μὲν ὄχλος ἀκμὴν διέβαινε, hic σὺ μὲν ἀκμὴν φιλοσοφεῖς. Neutro loco significatur ἔτι, sed ἄρτι, *cum maxime, nunc ipsum.* Sic etiam Polyb. XI. 4. 591. ὅταν ἀκμὴν ἄρχηται ῥεῖν, quo loco ineptissimum foret ἔτι. Altera recentior, *adhuc*, v. c. Strab. I. 56. ἕως ἀκμὴν ἐξέκλειστο τὰ στενά, Strato Epigr. III. ἀμύητος ἀκμήν. Plutarch. de Glor. Athen. II. 85. T. IX. ἀκμὴν διαβουλευόμενοι. v. Theocr. Id. IV. 60. ubi cum ἔτι componitur ut synonymon; qualia plura insunt in congerie exemplorum, quae Batavi commentatores majore studio quam delectu collegerunt. De Sophocle Suidas manifesto errat; Hyperidem testem adhibet

Εἶτεν καὶ ἔπειτεν [a]) *ἐσχάτως βάρβαρα. εἶτα οὖν σὺ καὶ ἔπειτα λέγε.* †)

Ἀνατέλλει μὲν ἐρεῖς ὁ ἥλιος, ἐπιτέλλει δὲ ὁ κύων, ἢ ὁ Ὠρίων ἢ ἄλλό τι τῶν μὴ ὡσαύτως τῷ ἡλίῳ καὶ τῇ σελήνῃ πολευόντων. [b]) ††)

---

a) Ed. Pr. et Phavor. *εἶτε καὶ ἔπειτε.*

b) Transcripsit haec Phavor. In *πολευόντων* omnes conspirant, vix alias obvio. *ὁ ἥλιος τὸν οὐρανὸν περιπολεῖ* Lucian. Bis accus. I. 48. T. VII. *ἄστρων περιπολούντων* platonico verbo Philo de Mund. Opif. p. 11. C. *αἰθεροβατεῖν καὶ συμπεριπολεῖν τοῖς ἄστροις* Anon Suid. s. *Αἰθέρ.* — *Θεὸν* — *τὸν περιπολεύοντα τὸν κόσμον* Athen. XV. 48. 534. *ἥλιον* — *περιπολοῦντα* Sext. Emp. adv. Phys. I. 555. et, quod his omnibus auctoritate praestat, *ἡ ψυχὴ* — *πάντα τὸν οὐρανὸν περιπολεῖ* Plat. Phaedr. 246. B.

in hac causa etiam Antiatticista Bekk. p. 77. sed locum non apposuit, neque fidem fecit judicii sui.

†) Eustath. 1158. 57. *ἐν τοῖς Διονυσίου φέρεται, ὡς ἀττικὰ μὲν τὸ εἶτα καὶ ἔπειτα, τὸ δὲ εἶτεν, ἔπειτεν, ἰακά. διὸ, φησὶ, καὶ παρ' Ἡροδάτῳ* [*ἔπειτεν* IX. 83. 89.] *κεῖνται.* Quod Constantinus in Lex. ex Luciano profert *ἐπείτεγε*, non est *ἔπειτε*, sed *ἐπεὶ* cum duabus encliticis. *Nunnes.* Etymologus: ab *εἰ* est *εἶτα*, ut a *δή δῆτα*, quo sensu nescio. *Εἶτα* ad *ἔω* refero; *ἔω, εἴω, εἶτον, εἶτα,* adverbialiter, *eundo, progrediendo.* Sic ordinis adest notio. Sentis? Ab *ἐπείω* similiter est *ἔπειτα. Pauw.* *Ἔπειτεν*, quod Pauwius Pindaro Nem. III. 47. non inscite restituit, librarii in Arist. Ach. 745. invexerunt; aliis locis scriptorum gregalium si olim occurrit, (quod credibile sit Phrynichi censura,) hodie jam docta editorum inscitia sublatum est. Tantum scio, Schaeferum in Schol. nov. Apoll. p. 262. id sibi deprehendisse videri. [Non in Schol., sed in fragmento scriptoris *Ionici*, quod Scholiastes servavit. Correctio illa mihi quidem nunc quoque videtur probabilis. *G. H. S.*]

††) Moschopulus *Λέξ. ἀττ.* *Ἀνατολὴ ἐπὶ τοῦ ἡλίου, ἐπιτολὴ ἡ φανέρωσις τῶν ἀστέρων μετὰ τὴν κρύψιν τὴν ἡλιακήν.* Achilles Statius in Proleg. Arati inquit, *ἀνατολὴν* appellari, si una cum sole astrum oriatur, non post ortum solis, *ἐπιτολὴ* vero, quum mane ante solis ortum astrum oritur. *Nunnes.* *Ἀνατέλλειν*, ut ab eo incipiam, contra Phrynichi voluntatem in complurium libris aliquoties po-

Εὐκαιρεῖν οὐ λεκτέον, ἀλλ' εὖ σχολῆς ἔχειν. a) †)

---

a) Eodem modo Ed. Pr. et Phavor. nisi quod hic ex aliena glossa verbum *πλουτεῖν* ad interpretandum *εὐκαιρεῖν* interponit.

situm offendimus: *σειρίου ἀνατέλλοντος* Archestrat. Athen. VII. 123. 205. *τὸ ἄστρον, ἣν αἶγα καλοῦσιν, ἀνατέλλουσα* — Paus. II. 13. *ἀνατέλλει τὸ ἄστρον ὁ κύων* Aelian. H. A. X. 45. *ἀστέρα ἀνατέλλοντα* Sext. c. Astrol. V. 342. *ἄρκτοι* Stob. Ecl. Ph. I. 20. 400. *ἀνατολὴ τοῦ κυνός* Callistr. Athen. Parall. II. 281. Antig. Car. c. LXVI. Geoponn. I. 12. 57. *σειρίου* Aelian. H. A. III. 30. *πλειάδος* Aristot. H. A. IX. 17. 377. Contra *ἐπιτολὴ ἡλίου* Philostr. V. Apoll. VI. 1. 233. VIII. 1. 322. Polyaen. VII. 12. 225. Poll. I. 68. ubi uterque codex rectius *ἀνατολάς*. *Ἡλίου τε καὶ σελήνης ἐπιτολάς* Artemid. I. 5. *ἵνα νενικηκότας αὐτοὺς ὁ ἥλιος ἐπιτείλας ἴδῃ* Joseph. Antt. V. 5. 321. quem locum Suidas s. *Ἐπιτ.* omisso auctoris nomine citat. Apud antiquiores, si poetas excipimus, qui hos terminos ultro citroque transiliunt, v. Schol. Eur. Phoenn. 1123., religiose servantur utriusque vocabuli discrimina; sic *ὅταν ὁ κύων ἐπιτέλλῃ* Hipp. de Intern. Aff. 41. 667. B. T. VII. *ἀρκτούρου ἐπιτολαί* Thucyd. II. 78. *κυνός* Theophr. Caus. Pl. I. 6. et de reliquis astris, quibus anni tempestates notantur, quae proprie *ἄστρα* appellari solent.

†) Lucianus tamen videtur probare: *τῆς ἀνάγκης ἀφεθέντες ηὐκαίρουν τι τῶν κρειττόνων ἐπινοεῖν* (Amorr. c. 33. 295. T. 5. ubi comma deleas). *Nunnes.* Hoeschelius Chion. Epist. XVII. Plut. Apophth. Lacc. p. 213. T. VIII. et Philonem nominat p. 494. *τῆς διανοίας ἐνευκαιρούσης ἑκάστῳ*, „ubi paulo ante cum MS. rectius forte legeris „*τοῖς ἐν τῇ ξένῃ σποράσιν ἀσφαλῆ κάθοδον παρέξειν*, quam „cum editis *σποράδην*. Idem p. 542. *ἐνευκαιρεῖν τοῖς αὐ-* „*τοῖς ἀδικήμασι* MS. *ἀτοπήμασι*." Addunt Polybium, Posidonium, Arrianum, aliosque recentiorum, qui verbum *εὐκαιρεῖν* duplici sensu usurpant, uno angustiore pro *σχολάζειν*, *vacare alicui rei*, ut Plutarch. Quaest. Rom. XLI. p. 437. T. VIII. *προσευκαιρεῖν τῇ ὀρχήσει*, *συνευκαιρεῖν τερατείαις*, v. Bast. Ep. Crit. p. 48. quo sensu et *προσευσχολεῖν τινι* dicitur. Deinde latius, qui habet rei gerendae facultatem, ut Athen. VI. 109. 553. *οἱ σφόδρα εὐκαιρούμε-*

Ἐξεπιπολῆς λέγουσί τινες, οἰόμενοι ὅμοιον εἶναι τῷ ἐξαίφνης. οἷον, ἐξεπιπολῆς, ἐξαίφνης. ἀτόπως· οἱ γὰρ ἀρχαῖοι ἄνευ τῆς ἐξ προθέσεως εἶπον ἐπιπολῆς. a) †)

---

a) In Ed. Pr. Vasc. pro οἷον ἐξεπιπολῆς, ἐξαίφνης, quod Pauwio merito ineptum videtur, scribitur οἷον ἐξεπιπολῆς τοῦ παντός. Eaedem Edd. omittunt εἶπον.

νοι τοῖς βίοις pro εὐπορούμενοι. Oppositum ἀκαιρεῖν nihilo antiquius videtur. Εὐκαιρία de temporis opportunitate (Plat. Phaedr. 272.) non negant Grammatici bene graece dici; otii (σχολῆς) significationem excludunt, v. Suid. s. v. Εὐκαίρημα novitium est vocabulum in Stoicorum scholis proseminatum.

†) Lucian. Soloec. (c. 5.) idem innuit, ut locus de Luct. (XVI. 214.), in quo ἐξεπιπολῆς legitur, corruptus, praepositioque delenda videatur. *Nunnes.* (Non semper ille iis se abstinet vitiis, in quibus alterum reprehenderat.) Ἐπιπολῆς est substantivum elliptice dictum pro κατ' ἐπιπολῆς, idque substantivum non fert ἐξ, sed κατά; nam a superficie aliquid sumitur, non ex superficie, quae plana est et cavum non habet, in quo aliquid reconditum esse potest. Eo pertinet Luciani locus, ἐξεπιπολῆς τινὸς εἰπόντος, ἐκ τῆς ἐπιπολῆς εἶπεν ὡς ἐκ τῆς πιθάκνης, *ita scilicet* ἐκ τῆς ἐπιπολῆς *dicis, ut diceres* ἐκ τῆς πιθάκνης, ac si superficies esset πιθάκνη et πιθάκνης instar, ex cujus sinu et cavo aliquid sumi potest. *Pauw.* Perabsurdum hoc mihi videtur φιλοσόφημα. Phrynichus App. p. 38. Ἐπιπολῆς ἀττικοὶ μὲν ἄνευ τῆς ἐξ· οἱ δὲ ἐξεπιπολῆς λέγοντες ἐπλανήθησαν ὑπὸ τοῦ ἐξαίφνης καὶ ἐξεπίτηδες. Trillerus ad Thom. p. 325. acerbissime in censorem nostrum invehitur; ἐξεπιπολῆς Aristotelem dixisse (de Gen. Anim. II. 7. 637. B. sed longe saepius ἐπιπολῆς), Diodorum (V. 38.) et Lucianum, scriptores, ut ipsi videntur, politissimos; addere debebat Philon. de Praem. et Poen. p. 920. C. Plutarch. VII. Symp. Quae. III. 2. 296. Galen. Isag. c. XIX. p. 397. A. Dion. Cass. LXXV. 6. 1260. Dion. Chr. Or. XII. p. 391. quibus iisdem uti poterat testibus, si contrariam causam tuendam suscepisset. Veteribus illis, unde emendatae locutionis exempla petimus, ἐπιπολῆς adverbii

Ἔνδον εἰσέρχομαι, βάρβαρον. ἔνδον γάρ ἐστι, καὶ ἔνδον εἰμί, δόκιμον. Δεῖ οὖν εἴσω παρέρχομαι λέγειν. εἴσω δὲ διατρίβω, οὐκ ἐρεῖς, ἀλλ' ἔνδον διατρίβω. †)

---

vicem fuit, Herod. I. 187. Aristoph. Plut. 1207. Eccles. 1108. Thucyd. VI. 96. et compluries Xenophon. Neque ejus substantivi alius tum casus in usu fuit. Sed deterior aetas Macedonica per omnes positiones inclinavit: *ἀπεκύλλησε τῶν πλευρῶν τὴν ἐπιπολήν* Eustath. 854. *τῆς ἐπιπολῆς* Galen. de Administr. Anat. VII. 11. 159. D. T. IV. *ταῖς ἐπιπολαῖς* Id. de Venar. Art. Sect. IX. 240. A. ib. *τραῦμα ἐξ ἐπιπολῆς μᾶλλον ἢ καταφορᾶς γεγενημένον* Plutarch. V. Dion. XXXIV. p. 201. T. VI. quibus locis substantivum *ἐπιπολή*, a Lexicis omissum, satis stabilitur. Et cum aliis praepositionibus: *ἀπὸ τῆς τῶν σωμάτων ἐπιπολῆς* Diog. La. X. 48. 625. *ἐπ' ἐπιπολῆς* Strabo III. 2. 394. IV. 6. 81. *δι' ἐπιπολῆς* Athen. IX. 4[illegible]0. et Schol. Ven. ad *Ἰλ. P.* 599. ubi homericum *ἐπιλίγδην* interpretatur *ὅσον δι' ἐπιπολῆς, μὴ εἰς βάθος*, plane ut Sozom. Hist. Eccl. IX. c. 10. *ἐξ ἐπιπολῆς ἔπληξε τὸν τράχηλον*, et translate Aristid. Aegypt. p. 331. *διὰ βραχέων καὶ ἐπιπολῆς* (obiter) *ἀπεκρινάμην*. *Ἐξ ἐπιπολῆς* in oratione soluta praesertim non minus vitiosum quam *κατ' ὄναρ, πρὸς χάριν*, *hac noctu*.

†) Thomas h. l. dissentit a Phrynicho ac docet tribus exemplis Demosthenis, Aristidis et Libanii, *τὸ εἴσω* in statu dici. Responderi fortasse posset Thomae, *εἴσω* non significare statum *ἁπλῶς* et *καθ' ἑαυτοῦ*, sed cum genitivo conjunctum. Nam si quis rogetur *ποῦ ἐστι τις;* non respondebit *εἴσω* praecise, sed cum adjunctione *εἴσω τῆς οἰκίας*, aut *ἔνδον* tantum. *Nunnes.* Thomas frustra est in redarguendo Phrynicho; nam exempla illa non curasset Grammaticus, sicuti etiam non curasset ea, quae Ammonius adducit, sed ita ut *κατάχρησιν* agnoscat. Quod Nunnesius ad eam excusandam comminiscitur, non est ullius momenti. *Pauw.* Hic acute vidit Pauwius. Ceterum ex hoc loco clare apparet, Grammaticos in verborum spectatione non consuetudinis regulam, sed incorrupta rationis judicia sequutos esse. Itaque non veriti sunt hoc, quod per se naturae repugnat, ut *εἴσω* pro *ἔνδον*, *intus* pro *intro* ponatur, licet diuturna con-

suetudine firmatum esset, barbarum et soloecum appellare (Quint. I. 5.). In quo neque Homeri auctoritas eos absterruit, εἴσω pro ἔνδον usurpantis, v. Ilgen. ad H. H. in Merc. 6., neque Tragicorum exempla, v. Valcken. ad Phoen. 727., neque summorum in oratione soluta auctorum. Εἴσω τοῦ ἱεροῦ Herodo. II. 91. et Hellanic. Athen. XV. 25. 477. τοῦ παιδίου εἴσω ἐόντος Hipp. de Morb. Mul. I. 25. 745. σώματα ἔσω νενοσηκότα Plato Rep. III. 304. οἱ οἰκοῦντες ἔσω τῆς ἀγορᾶς Demosth. de Halonn. 87. ἔσω ἄν Aristot. H. An. VIII. 9. 557. ἔσω μένει de Gen. An. III. 10. 661. E. T. II. ἔσω διατρίβει H. A. IX. 29. 476. εἴσω τρέφεται Philostr. Imag. II. 17. 839. neque est omnino ullus recentiorum ab hac labe intactus. Similiter ἔξω pro ἐκτός dixerunt Thucyd. VIII. 67. τὸ ἱερόν ἐστιν ἔξω τῆς πόλεως. Id. VII. 58. οἱ ἔξω Σικελίας. Isocrat. Archid. 16. 188. οἱ ἔξω Πελοποννήσου κατοικοῦντες. Plat. Legg. XI. 147. οἱ ἔξω τῆς συγγενείας. Dem. c. Conon. 1257. οἱ ἔξω Πυλῶν, οἵ τε εἴσω. Lycurg. c. Leocr. 144. οἱ ἔξω τοῦ πράγματος λέγοντες. Ceteros non colligam.

Contrario modo ἔνδον pro εἴσω indu[illegible]um est: ὠθεῖται ἔνδον Aelian. H. An. IX. 61. εἰςαγαγὼν ἔνδον Id. V. H. XIII. 2. εἰςπεπήδηκεν ἔνδον Aristaen. Ep. I. 5.

Illud tralaticium, adverbia in θεν pro primitivis usurpari; quae συνέμπτωσις hodie ne tirunculis quidem molestiam facessit, olim vel barbatos magistros obstupefecit. Quantopere enim illud Demosthenis Olynth. II. 21. πλοίου τὰ κάτωθεν ἰσχυρότατα εἶναι δοκεῖ (v. Schol. Bav. p. 27.) atque ὁ κάτωθεν νόμος Id. c. Aristocr. 629. inter veteres Criticos agitata sunt, qui ne illud quidem attenderunt, multorum adverbiorum in θεν terminatorum primitiva nulla esse, ut ὕπερθεν, ἔνερθεν etc., quae necessario in utraque significatione assumta sunt, eoque etiam reliqua vi quadam cohaerentiae secum traxerunt. Nec Taylorus debebat in Dem. c. Aristocr. 671. ἡ ἄνωθεν Φρυγία tanto fastu rejicere; ἄνω, quod hic codd. plures exhibent, et ille optabat, etiam in Or. c. Leochar. p. 1099. a librariis substitutum est, in hanc partem proclivibus, ut ἐγγύς et ἐγγύθεν Strab. IX. p. 457. (errat Tzschuckius p. 624. hoc praeferens), ἐνταῦθα et ἐντεῦθεν, v. Bast. Ep. Crit. p. 277., commutantur.

Κληρονομεῖν τόνδε: οὐχ οὕτως ἡ ἀρχαία χρῆσις, ἀλλὰ κληρονομεῖν τοῦδε. a) †)

---

a) Ed. Pr. V. *Κληρονομεῖν τοῦδε, οὐ τόδε.* „Utrumque bonum est; nam et in re et in persona obtinebat diversitas ista." *Pauw.* Phavorinus: *Κληρονομῶ τόνδε ἡ ἀρχαία χρῆσις οὐ λέγει, ἀλλὰ τοῦδε.*

†) Thomas plerumque ait jungi cum genitivo, semel ab Aristide cum accusativo. Suidas ait, quum significat capere aut participem esse, genitivo adjungi, alioqui accusativo, ut quum significat invenire aut habitare. Sed exempla, quae affert, videntur potius Alexandrina quam Attica. *Nunnes.* Locus Suidae mutilus est in istis: *Ὅς γε κεκληρονόμηκας τῶν φίλων τοῦ κηδεστοῦ.* scribendum — *τῶν Φίλωνος τοῦ κηδεστοῦ χρημάτων πλειόνων.* Verba sunt Demosth. Or. p. Cor. (p. 329.) *Pauw.* Phrynichi Thomaeque praecepta non satis apertum est utrum ad accusativum personae an rei, an ad utrumque referenda sint. Cum accusativo personae certum est veteres nunquam illud verbum conjunxisse; quod fecit v. c. Plutarch. V. Syll. II. 177. T. II. *ἐκληρονόμησε τὴν μητρυιάν,* Alciphr. I. Ep. 39. *τὸν πατέρα,* Posidon. Athen. V. 48. 315. et Artemid. I. 79. 177. *τὸν ἀποθανόντα,* et adjuncto genitivo rei *κληρονομεῖν τινα τῆς οὐσίας* Dio Cass. XLV. 47. 449. (similiter XLV. 3. 421. *τὸν πατέρα διεδέξατο τοῦ κλήρου*). Oratores attici, ut docet Schol. Lucian. adv. Ind. XII. 14. T. 8. cum genitivo rei copulant, Demosth. fals. leg. 444. c. Arist. 690. c. Eubul. 1313. Nomen testatoris tum in secundo casu collocari necesse est, non a verbo pendens, sed a genitivo rei, ut in illo Demosthenis loco, quem Pauwius citat. Accusativo rei recentiores potissimum uti, multis exemplis constat, v. Sturz. p. 140.; sensu participandi subjecto etiam Lycurgus c. Leocr. p. 197. T. IV. hoc modo construxit: *ὑπὲρ ἧς (ζῶντες add.) οὕτω σφόδρα ἐσπούδαζον, δικαίως ταύτην* (terram) *τεθνεῶτες ἐκληρονόμουν.*

Θρίδακα Ἡρόδοτος ἰάζων εἶπεν. ἡμεῖς δὲ θριδακίνην, ὡς ἀττικοί. a) †).

Ἐπίκλιντρον ῥητέον, οὐκ ἀνάκλιντρον. ††)

---

a) Ed. Pr. V. et Phavor. omittunt εἶπεν. Vasc. ὡς οἱ ἀττικοί. Phavor. ὡς ἀττικοί.

†) Helladius (p. 965. B.) Μάζης μὲν εἶδος οἱ παλαιοὶ θριδακίνην καλοῦσι, τὴν δὲ βοτάνην θρίδακα. Οἱ δὲ ἰατροὶ θρίδακα μὲν τὸ ἥμερον λάχανον, θριδακίνην δὲ τὸ ἄγριον καλοῦσιν. ubi legendum est sine dubio τὴν τε βοτάνην θρίδακα: nam θριδακίνη attice et maza et herba. *Pauw*. Correctio haec loci, a Sebero ad Poll. VI. 46. indicati, inutilis est. Θριδακίνη Atticos de placentae genere usurpasse, id quod Lexicographi tacitum habent, testis est Athenaeus III. 82. 445. quem locum Stephanum male de lactuca interpretari observat Nunnesius; in eandem rem Pauwius citat Poll. VI. 46. Etym. et Hesych. Lactucam Atticos θριδακίνην, Epicharmum θρίδακα appellasse, testatur Athen. II. 79. 265. ex quo sua mutuatus est Nicephorus Greg. in Glossar. Min. Matthaei Vol. I. p. 4. et Hermanni Fragm. Lexx. p. 323. Epicharmo accedunt Herodo. III. 32. (unde citat Antiattic. Bekk. p. 99.) Hippocr. Morb. Mul. I. 88. 783. E. T. VII. de Vict. San. II. 7. 46. T. II. Mack. Theophr. Caus. Pl. III. 20. H. Pl. VII. 2. Plutarch. Cat. Min. XLVI. 98. T. IV. Lucian. Asin. XVII. 150. T. VI. quibus omnibus primitivum θρίδαξ placuit. Θριδακίνη rursus Hipp. de Morb. Mul. II. 25. 814. F. Theophr. H. Pl. IV. 7. et saepius, Aristid. Or. Sacr. III. 517. T. I. et similiter apud recentiores medicos et botanologos utraque appellatio in usu est; de quo notavit Galenus de Comp. Med. p. Gen. I. 4. 648. D. T. XIII. ὁ τῆς θριδακίνης χυλὸς, ὅ τε τῆς ἀγρίας καὶ ὁ τῆς κηπευομένης, ἣν ἅπαντες οἱ Ἕλληνες οἱ νῦν οὐ θριδακίνην ἀλλὰ θρίδακα καλοῦσι, τὴν ἀγρίαν μόνην θριδακίνην ὀνομάζοντες. v. Bode. ad Theophr. p. 778. Aliam vocabuli formam θίδραξ Hesychius servavit s. Ἀγαμεμνόνη et θιδρακίνη, eamque scripturam Schweighaeuserus Arriano Epict. II. 10. 218. vindicare studuit.

††) Pauwius: „Ἐπίκλιντρον est pars κλίνης, in quam caput acclinat; quae ideo fortasse rectius ἐπίκλιντρον quam

ἀνάκλιντρον ex sententia Phrynichi. Idem dicit Pollux VI. 9. τὸ δὲ καλούμενον ἀνάκλιντρον, ἐπίκλιντρον Ἀριστοφάνης εἶπε. τὸ καλούμενον significat τοὺς πολλούς. Locus Aristophanis extat IX. 72. ex Anagyro Fr. XVI. 221. petitus. Alter ex Thesmoph. (scribe Eccles. 907.) huc plane non pertinet; aliud enim exhibet ἐπίκλιντρον, quod sibi supponebant vel substernebant mulieres Veneri operaturae; ideo ἀποβάλοις dixit comicus, et Schol. explicuit εἶδος κοσμίου (jam dudum κλισμοῦ correctum) γυναικεῖον. Viri eruditi errant; plura alias." Hoc est solemne notarum Pauwianarum exodium. Photius p. 126. Κλίνη ἀμφικέφαλος ἡ ἔχουσα ἑκατέρωθεν ἀνάκλιντρον, pro quo apud Hesychium ἀνακλιντήριον legitur, forma non contracta, significatione eadem. Sic σήμαντρον et σημαντήριον, κάλλυντρον et καλλυντήριον, et a verbis puris κήλητρον (Hesych.) et κηλητήριον, θήρατρον et θηρατήριον (Idem s. ἄγκιστρον), σινιατήριον et σινίατρον (Syntipas Du Cang. p. 1575.), quibus plerisque Lexica carent. Eadem facilitate conciliatur κίστρον cum κιστήριον (Hesych.), κλεστρον cum κιεστήριον, σκέπαστρον cum σκεπαστήριον, *) μείλικτρον cum μειλικτήριον. Schol. Nicand. 493. ὑλιστήριον ἢ καὶ ὑλίστριον. Neque recte Schneiderus θέλκτρον suspectat, quod cum θέλγητρον aeque bene constat, quam φίλτρον cum φίλητρον (Hesych. s. κήλητρα), quod et ipsum nonnullis intutum videbatur. Et quoniam semel hunc locum attigimus, addam etiam illud tanquam corollarium, non solum σάρωθρον dictum esse (ut ψίλωθρον, τετάνωθρον), sed etiam σάρωτρον Thom. M. p. 547. neque, si θύρετρον plura exempla habet, idcirco θύρεθρον (ut φαρύγεθρον) Hesychio eripi debere, quum et in uno eodemque vocabulo modo μίσητρον scribatur, modo μίσηθρον, et ea etiam, quae sibi constant, tamen a congeneribus discordent, ut φόρετρον, φόβητρον, κόσμητρον, a κύκηθρον, κόρηθρον, μέλπηθρον, ἕλκηθρον etc.

Verum δὲ ἀνάκλιντρον dicendum est. Pollux X. 34. Μέρη δὲ κλίνης καὶ ἐνήλατα καὶ ἐπίκλιντρον· τὸ

*) Ἥβητρον autem, quum non sit ex eorum genere, quibus instrumentum vel pretium significatur, quae promiscue in τρον, θρον et ηριον terminantur (v. Cattier. Gazoph. p. 33. et Valcken. Observ. ad Origg. Graec. p. 292. Lips.), merito Knestero ad Suid. s. h. v. suspicionem movit. Pro κοιμάστριον apud Hesychium κοιμαστήριον requiri videtur; pro στιγάστριον s. λαρίσθος Albertius στίγαστρον proponit.

Ἐπίδοξον, τὸν προςδοκώμενον καὶ ἐλπιζόμενον ἐρεῖς, οὐχ, ὡς οἱ ἀμαθεῖς, τὸν ἐπίσημον.ᵃ) †)

---

a) Ed. Pr. τὸ προςδοκώμενον et τὸ ἐπίσημον.

μέντοι (lege τὸ μὲν) ἐπίκλιντρον ὑπὸ Ἀριστοφάνους εἰρημένον· Σοφοκλῆς δὲ ἔφη ἐνήλατα ξύλα. Idem VI. 9. τὸ καλούμενον ἀνάκλιντρον ἐπίκλιντρον Ἀριστοφάνης εἶπε, τὸ δὲ ἐνήλατον κλιντήριον, in quibus explicandis Hemsterhusius frustra operam consumsit. Pollucis sententia haec est: partes lecti (et scimpodis) duas esse, unam (primariam) τὰ ἐνήλατα, quo nomine quatuor spondae denotantur, alteram vulgo vocari ἀνακλιντρον, acclinatorium s. reclinatorium (v. I. Alstorph. de Lectic. vett. p. 49.), illam Aristophanem κλιντήριον dixisse, hanc ἐπίκλιντρον, ut et Phrynichus praescribit. Similiter Galenus Comm. I. in Hipp. de Artic. p. 502. D. T. XII. τὸ ἐπίκλιντρον τοῦ θρόνου, *fulcrum dorsuale*, et Geoponn. XIII. 14. 965. Sponda lecti τὸ κλιντήριον τῆς κλίνης dicitur Athen. IV. 20. 55. T. II. quo nomine etiam lectulum ipsum comprehendi docet Poll. X. 35. Schol. Venet. *E.* 88. οἱ μὲν ἔχοντες ἀπέρεισιν τοῖς ὤμοις, κλισμοί· οἱ δ' ἄλλοι, θρόνοι· ἀττικοὶ δὲ κλιντήριον τὸ μικρὸν κλινίδιον. Illud confirmat Apollonius Lex. p. 484. Κλισμός, θρόνος ἀνάκλιτον ἔχων, pro quo Villoisonus, re non satis perpensa, ἀνάκλιντρον emendat, et Hesych.: Κλισμοί, θρόνοι ἢ ἀνάκλιντρα. Eustath. p. 1855. 23. κλίσιν νῦν τὸ ἀνάκλιντρον. Superior sponda habet τὸ ἀνάκλιντρον; cathedra cum duplici anaclinterio ἀμφικέφαλος dicitur, pro quo Salmasius in Etymol. et Hesychio ἀμφικνέφαλος substituit; *) quam emendationem vanam esse arguit καθέδρα ἀμφικέφαλος (mulierum) Synes. Epist. III. 160. C. Nicet. Ann. XVII. 7. 343.

†) Idem censent Thomas et Ammonius p. 53., qui ἐπίδοξος tantum de προςδοκίμῳ s. προςδοκησίμῳ (quae forma e Moschopul. Λέξ. ἀττ. s. ἐπίδ. et Phavorino Lexicis addenda) usurpari, recte nos admonent. Ἐπίδοξος ἀπόκρισις Hipp. de Fract. III. 2. 231. A. T. XII. κακὰ ἐπίδοξα Herodo. IV. 11. ubi interpretes plura hujus significationis exempla ex Atticis scriptoribus proferunt. Lycurg. c.

*) Salubriorem Artemidoro I. 74. et II. 9. 147. medicinam invenit, a Reiffio neglectam.

Μάμμην, τὴν τοῦ πατρὸς ἢ μητρὸς μητέρα, οὐ λέγουσιν οἱ ἀρχαῖοι, ἀλλὰ τίτθην. Μάμμην μὲν οὖν καὶ μάμμιον τὴν μητέρα· ἀμαθὲς οὖν τὴν μάμμην ἐπὶ τῆς τίτθης λέγειν. ¹) †)

---

1) Pro τίτθην Ed. Pr. et Phavor. τίθην (Vass. τίτθην), quod

Leocr. pag. 141. μὴ ἐν τοῖς πρότερον χρόνοις γεγενῆσθαι τοιοῦτον μηδὲν, μηδὲ ἐν τοῖς μέλλουσιν ἐπίδοξον εἶναι γεγενῆσθαι, pro quo Reiskio ἂν γενήσεσθαι, mihi γενέσθαι, omissa particula ἄν, scribendum videtur. Hoc enim adjectivum saepe aoristo conjungitur in significatione futuri; ut Aeschin. c. Ctesiph. p. 553. ἐπίδοξος ἦν ἡ πόλις ἁλῶναι. Hic si quis contendat, illos, de quibus loquitur Aeschines, non hoc timuisse, ne capiatur urbs, sed ne jam capta sit, alia sunt ejusdem generis multa: Isocr. Archid. III. 176. ἐπίδοξος ὢν τυχεῖν, et Appian. Bell. Civ. I. 32. 46. Μεμμίου ἐπιδοξοτέρου ὄντος τυχεῖν τῆς —, quod inepte reddunt, *quum Memmius esset nobilior*. Τὰ δέ σοι ἐπίδοξα γενέσθαι Herodo. I. 89. Ἂν δὲ ἐπίδοξος ἡ κρίσις ᾖ γενέσθαι Aristot. Rhetor. ad Alex. c. XXIX. 5. 113. (αἷμα ῥυῆναι προσδόκιμόν ἐστι Galen. Comm. II. in Epid. p. 60. E.) Haec nisi ita essent, infinitivis futurorum, ut ad depravandum facillimis, minus fiduciae habendum foret, v. c. ἐπίδοξος ἦν διαπράξασθαι Plutarch. Amat. XVI. 34. T. XII. praesertim quum idem longe saepius futurum adjunxerit, V. Cat. Maj. XVII. 412. Pyrrh. XIII. 20. Brut. IV. 228. προσδόκιμοι ἐπαναστρέψαι ἦσαν Anna Comn. VII. 202. A. de quo aoristi usu plura ad V. Μέλλω dicenda erunt. In Procop. Bell. Pers. I. 13. τὴν ὁδὸν, ᾗ ἐνδοξοι ἦσαν ἐπιθήσεσθαι, legi debet ἐπίδοξοι.

Ut ad alterum veniamus, pro glorioso et illustri apud proceres illos atticae eloquentiae nunquam, apud recentiores persaepe usurpatur. Primum hic nominabo, pace Rudolphii, Ocellum illum Lucanum II. 6. 44. atque hujus fratrem geminum Pseudoplutarchum Apophth. Laconn. p. 175. et 219. T. 8. tum magnum numerum hominum proborum, qui nunquam bene attice scribendi laudem appetiverunt, Diod. Sic. XIII. 84. Heliod. X. 21. Zosim. Hist. I. c. 55. Euseb. in Hierocl. XXXIII. 454.

†) Priusquam de ipsa re dispiciamus, locus est abster-

Pauwius in τήθην mutat. Pro Μάμμην μὲν οὖν Pr. V. et Phavor. μάμμην δὲ καὶ μάμμιον (hoc accentu) concinnius, ut putat Pauwius. Moeris in eodem praecepto p. 258. μάμμην καὶ μαμμίαν, non μάμμιον. Ante τὴν μάμμην ἐπὶ Vasc. et Phav. articulum τὸ inserunt.

gendus maculis adhuc insidentibus. Ac pro τίτθην nobis dubium non est, quin ille τήθη scripserit; nam etsi τήθη et τίτθη, duo illa antiquissima vocabula, reapse una sunt, tamen usus invaluit, ut τίτθη s. τιτθή (nam accentus variat) fontem illum mortalium vitalem, τὸν τιτθόν; dehinc etiam nutricem ipsam significaret; quo sensu τίτθη legitur Plato. Rep. V. 28. Demosth. c. Everg. p. 1155. c. Eubul. 1164. Theophr. Char. XVI. τιτθή acute Dem. c. Eubul. 1312. (cod. Bav. παροξυτόνως) Athen. XII. 40. 469. ubi Edd. τιθή (ut in Plat. Rep. I. 179.) MS. τίτθη. Nutricem igitur τίτθην dixerunt, non τήθην, ut et in Athen. XIII. 44. 103. et Ammonio scriptum legitur. Τήθην enim censemus fuisse aviae nomen (quam Dorienses μαῖαν dixere, v. Jamblich. V. Py. XI. 56. 114.) tum paternae tum maternae, honoris et reverentiae causa tributum; eoque sensu reperitur Aristoph. Lys. 549. Acharn. 49. Andocid. de Myster. p. 63. Menand. Athen. II. 86. 277. Plutarch. de Curios. II. 131. T. X. Dio. Cass. LXXIX. 11. 1360. Julian. Or. in Const. p. 8. Lips. Liban. Ep. CCXXXII. 112. (cum scholio μάμμην). Et sicubi hac significatione τίτθη offertur, ut in Plat. Rep. V. 28. Demosth. c. Eubul. 1304. et bis in sequentibus, ubi cod. Aug. τήθη exhibet cum scholio μάμμη, nemo deprecabitur, quominus in τήθη transmutetur vel τηθή; nam et hoc fluctuat. Eustath. p. 1565. καθὰ πάππος, οὕτω καὶ τήθη βαρυτόνως ἢ τηθὴ ὀξυτόνως· alioque loco p. 971. ὀξύνουσι τὸ τηθή, πλὴν κοινοτέρα ἡ παροξυτόνησις. Hort. Adon. p. 95. a. τὰ εἰς ϑη βαρύνονται (πλὴν τοῦ κριθή, ποθή) σάθη, κόσθη, τήτθη (l. τίτθη) ἡ τροφός, τήτθη (l. τήθη) ἡ μάμμη. Quemadmodum avia τήθη, sic matertera et amita τηθὶς dicitur, quasi parva avia, in quam scripturam plerique loci consentiunt, Demosth. Or. I. c. Aphob. p. 818. c. Macart. 1059. Plutarch. Vit. X Orat. IV. 240. T. XII. Dio Cass. LXI. 17. 996. quod si nonnunquam τιτθὶς scribitur, librariis culpam assignandam puto, ut in Libanii locis, quos Thomas citat, Plutarch. Quaest. Rom. VI. 314. T. VIII. Joseph. Antt. XVI. 10. 814. XVII. 1. 827. et Hierocl. ap. Valck. ad Amm. p. 135. Mendi suspicionem movet plerumque ipsa scripturae diversitas, ut in Joseph.

Ἔσχατον χρὴ λέγειν, οὐχὶ ἐσχατώτατον, εἰ καὶ μάρτυρα παρέχοι τις. [a]) †)

---

a) Ἐσχατώτατα et παρέχει ed. Pr. Hunc locum in angustum contraxit Phavorinus.

Antt. III. 12. pro τίτθαις codd. τήτθαις, τιτθίσι, et, quod unice rectum est, τηθίσι praebent. Amitam vulgo τήθην, ab Atticis τηθίδα vocari tradit Eustathius p. 971. His de causis non dubito Nunnesio assentiri, qui apud Phrynichum τήθην reponit, et materteram vel amitam non τιτθίς, sed τηθίς dictam esse censet. Ceterum longa ejus adnotatione nihil continetur, quod non plenius accuratiusque a Stephano et in notis ad Thom. et Moer. expositum sit. Hoeschelius in Basilii Ep. ad Neocaes. pag. 313. et 326. pro τίτθη utrobique τήθη legi in MS. Aug. docet, itemque in Dionis Epitoma; a τίτθη autem, h. e. τιθήνη, esse τιτθεύεσθαι ap. Plutarch., et τιτθηνεύειν (leg. τιθην.) ap. Clementem Alex. Pauwius denique significat, ap. Moeridem, in extremis verbis Ἕλληνες τὴν μάμμην, non opus esse iis, quae Hudsonus infercit. „*Hellenes* τὴν μάμμην *sensu vulgari, id est a v i a m,* τὴν μάμμην νῦν, *quae nunc* μάμμη *dicitur.*" Phrynichi praescriptum plerique recentiorum neglectum reliquere, aviam μάμμην dicentes, Joseph. Ant. X. 11. 539. Plutarch. V. Agid. IV. 153. T. V. Appian. Bell. Mithr. XXIII. 675. Herodian. V. 3. 184. Artemid. IV. 69. Basil. Ep. ad Virg. Laps. pag. 14. C. Photius Excc. Ctes. 43. 826. Schol. Paris. ad Apoll. Arg. I. 747. neque adversari videtur Pollux III. 17. ἡ δὲ πατρὸς ἢ μητρὸς μήτηρ τήθη καὶ μάμμη καὶ μάμμα. Sed cum Phrynicho faciunt acriores vitiorum inolescentium animadversores, Aelius Dionysius, Helladius, Moeris, Photius, Suidas.

†) Ἐσχατώτερον Aristoteli excidisse, ἐσχατώτατον Xenophonti in Hellenicis, notarunt jam pridem alii. v. Sturz. ad Matt. p. 44. Ceterum παρέχειν μάρτυρα, quod Corayus negabat recte dici pro παρέχεσθαι (ad Isocr. p. 89.), etsi facile παρέχοι in παράγοι mutari possit, tamen nullo modo sollicitari debet.

Εἰ ποιητὴς εἶπεν ἀμεινότερον, χαιρέτω· οὐδὲ γὰρ καλλιώτερον, οὐδὲ κρεισσότερον ῥητέον. συγκριτικοῦ γὰρ συγκριτικὸν οὐ γίνεται. Λέγε οὖν ἄμεινον καὶ κάλλιον καὶ κρεῖσσον. [a]) †)

Μονόφθαλμον οὐ ῥητέον, ἑτερόφθαλμον δέ. Κρατῖνος γὰρ μονόμματον εἶπε τὸν Κύκλωπα. [b]) ††)

---

a) Forsitan ὁ ποιητής scripserit ille; Homeri haec licentia est Ἰλ. Ο. 513. οὐδὲ γὰρ καλλ. Ed. Pr. γάρ omittit et unum ἄμεινον habet in fine.

b) Ed. Pr. Phavor. et Moschopul. Συλλ. ἀττ. s. ἑτερόφθ. a vulgato discrepant, Κρατῖνος δὲ μονόφθαλμον exhibentes, quod Nunnesius in textum recipi volebat. Pauwio nihil mutandum videtur, quod μονόφθαλμον pro μονόμματον subrepsisse credibilius sit, quam hoc pro illo substitutum esse, idque etiam a particula δέ praesidium habere. Prorsus idem censet Valckenarius ad Ammon. II. 85. nixus etiam hoc argumento, quod Cratinum μονόφθαλμος usurpasse aliunde constat. Mihi fateor hoc totum de Cratino ab aliena manu adscriptum videri, eandemque sententiam habere, quam Ammonius et Grammaticus Bekk. p. 280. profitentur, eos, qui unoculi nati sint, Cyclopes, Arimaspos, recte μονοφθάλμους dici, ut dixit Herodotus, Philostratus, Strabo II. 189. Paus. I. 24. 92. Hos poetae μονομμάτους, μονώπας et μονοδέρκτας appellant, ἑτεροφθάλμους nemo.

†) Poetas hoc genus iteratae comparationis et superlationis frequentare, vulgo notum est. In orationem numero solutam si quid ejusmodi inciderit, vitiosum videbitur. Καλλιώτερον a Needhamo proscriptum, quum codd. tueantur plures, non immerito reduxisse videtur Niclasius Geopp. II. 25. 157. eoque Hesychius s. αἱρετώτερον, aliique recentiores (v. Du Cang. p. 894.) cum similibus, μειζότερος, ἐλαχιστότατος, usi sunt. Sed Thucydidi, quem ad testimonium citant, nihil tale tribui potest, dudumque codicum consensu summo IV. 118. κάλλιον pro καλλιώτερον restitutum oportuit.

††) Photius: Ἑτερόφθαλμος, οὐ μονόφθαλμος, quicum Moeris congruit et Thomas. Hic quum Polybium, Apollodorum, Lucianum et Artemidorum in auxilium vocant, nihil agunt; horum enim omnium causa illi manum non verterint. Cum Atticistis stant Demosthenes c. Timocr. p. 744. atque Leptines, cujus nobilissimum consilium, ἑτερόφθαλμον τὴν Ἑλλάδα ποιῆσαι μὴ ἐᾷν, retulerunt plu-

Ἐωνησάμην: εἷς λόγος περὶ τοῦ ἁμαρτήματος. ἔνθα ἂν μὴ δυνηθῇς τὸ πρίασθαι ἢ ἐπριάμην θεῖναι, ἐκεῖ τὰ ἀπὸ τοῦ ἐώνημαι τάττε· ἔνθα δ' ἂν τὰ ἀπὸ τοῦ πρίασθαι, φυλάττου θάτερον. Οἷον, ἐώνημαι οἰκίαν· ἐνταῦθα ἐγχωρεῖ τὸ ἐπριάμην· οὕτω χρήσῃ, ἐπριάμην οἰκίαν. Πάλιν, ἔτυχον ἐωνημένος οἰκίαν ἢ ἀγρόν· ἐνταῦθα οὐδὲν ἐγχωρεῖ τῶν ἀπὸ τοῦ πρίασθαι· μένει τὸ ἐωνημένος δόκιμον. Πάλιν δεῖ λέγειν πριάμενος· τὸ γὰρ ὠνησάμενος ἀδόκιμον· οὕτως οὖν κἀπὶ τοῦ ἐωνησάμην· παρὸν γὰρ ἐπριάμην εἰπεῖν, μὴ εἴπῃς ἐωνησάμην· ὁ γὰρ τοῦτο λέγων ληρεῖ. a) †)

---

a) *Τὸ πρίασθαι ἢ ἐπριάμην.* Ed. Pr. pro priore πρίαμαι. mox post ἔνθα δ' ἂν male omittit articulum τὰ ante ἀπὸ τοῦ πρ. rectius vero eadem καὶ μένει τὸ ἐωνημένος. Proxima Πάλιν δεῖ — ἀδόκιμον omittit rectius; eadem enim significant sequentia οὕτως οὖν — — pro quo Ed. Pr. οὕτω κἀπί. Desunt etiam ultima ὁ γὰρ τοῦτο — ληρεῖ.

res. v. Aristot. Rhet. I. 93. T. IV. Buhl. Post hos ἑτερόφθαλμος usurparunt Aristot. de Incess. An. XVII. 172. T. II. Diodorus, Plutarchus V. Lucull. XII. 295. T. III. de Educ. XIV. 41. T. VII. Aelian. V. H. XII. 45. Aristides, Diogenes. Atque eodem modo ἑτερόπους dicitur, qui altero tantum pede valet, Philostr. V. Soph. I. 21. 515. Alciphr. III. Ep. 27. Ἑτερόκωφος, quod Valckenarius in eundem rem affert, scripturae vitium est. v. ad Hes. s. ἐθελόκωφος. Ἑτερογλαύκους Aristoteles de Gener. An. V. 1. equos nominavit eos, quos alii ἑτεροφθάλμους appellant. v. Niclas. ad Geop. XVI. 2. 1109.

†) Moschopulus in Sylloge: ὠνοῦμαι, ὠνήσομαι, ἐώνημαι, ἐπριάμην. Schol. Aristoph. Plut. [v. 7.] Atticos πριάμενοι dicere, non ὠνησάμενοι, notat. *Nunnes.* Ἐνταῦθα οὐδὲν ἐγχωρεῖ τῶν ἀπὸ τοῦ πρίασθαι] Quare non? Et si pro ἐώνημαι οἰκίαν dicere licet ἐπριάμην οἰκίαν, cur pro ἔτυχον ἐωνημένος οἰκίαν dicere similiter non licet ἔτυχον πριάμενος? Non assequor; neque mihi mens est Gram-

matici subtilis et aeria. *Pauw*. Tam alto hic Phrynichus demersus est luto, ut omnes transpositionis machinae movendae sint, adhibitis prius extremarum syllabarum, injuriae maxime obnoxiarum, correctionibus. Sic enim scribendum esse judico: *Οἷον ἐωνούμην οἰκίαν· ἐνταῦθα ἐγχωρεῖ τὸ ἐπριάμην· οὕτω χρήσῃ, ἐπριάμην οἰκίαν. Πάλιν ἑώνημαι οἰκίαν ἢ ἀγρόν· ἐνταῦθα οὐδὲν ἐγχωρεῖ τῶν ἀπὸ τοῦ πρίασθαι, μένει τὸ ἑώνημαι δόκιμον. Πάλιν δεῖ λέγειν ἔτυχον πριάμενος, τὸ γὰρ ὠνησάμενος ἀδόκιμον. οὕτως οὖν* — Lenis, credo, medicina, in ejusmodi praesertim loco, qui similitudine vocabulorum identidem vix observabili diversitate iteratorum librariorum oculos delusit. Imperfectum quidem *ἐωνούμην* Demosth. Fals. Leg. 528. 11. c. Nausim. p. 987. 6. Andocid. de Myst. p. 66. Xenoph. Oec. XX. 26. non tam contemnere Phrynichus, quam alteri *ἐπριάμην* non praeferre videtur. Nam et de perfecti usu quae addit, magis ad perspicuitatem praecepti utilia, quam ad cautionem erroris, qui in perfectum non cadit, necessaria sunt. Sed omnia tela in aoristum diriguntur. Herodianus Phil. p. 453. *πρίασθαι, οὐχὶ ὠνήσασθαι· ὅπου δὲ μὴ δυνατὸν κλῖναι τὸ πρίασθαι, τότε τῷ ὠνεῖσθαι χρήσῃ, οἷον ἐπριάμην. ἐπὶ δὲ τοῦ παρακειμένου ἑώνημαι* etc. Etiam haec se non bellissime habent, sed tamen ad intelligendum sunt aperta, ad assensionem plausibilia. Magis turbat Helladius p. 951. Gronov. *Διονύσιός φησι μὴ λέγειν τοὺς Ἀττικοὺς ἐωνησάμην, ἀλλ' ἀντ' αὐτοῦ τὸ ἐπριάμην· καίτοι καὶ ὠνεῖσθαι καὶ ὠνήσατο καὶ ὠνούμενος καὶ τὰ ἄλλα λέγοντας*, qui, nisi admodum desipit, *ὠνήσεται* et *ἐωνημένος* scripsisse volet. De Scholiasta Aristophanis guttam boni consilii non habeo, sed videtur in eadem, qua illi, sententia fuisse. Unus Pollux, ceteris indulgentior, III. 26. *ὠνήσασθαι, ἀγοράσαι, πρίασθαι* eodem loco et numero habet. Neque dici potest hoc inclinamentum Atheniensium auribus insolitum fuisse, quorum in sermonibus proverbium illud ab Eupolide commemoratum, *Χῖος δεσπότην ὠνήσατο*, Athen. VI. 91. 521. jactabatur. Sed ab hoc si discesseris, nullum invenitur hujus temporis exemplum, cujus in locum illi, ut et Moschopulus observat, aoristum *πρίασθαι* subrogarunt. Quamobrem Schneidero, qui Xenophontem Anab. III. 1. 20. *ὠνησαίμεθα* scripsisse censet, non concedam. Sed qui proximis post Alexandrum M. seculis graece scripserunt, hoc vitio cumulati sunt, Philo in Flacc. 984. C.

Παρασίτους οὐκ ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι ἐπ' ὀνείδους, ὡς νῦν, ἀλλὰ κόλακας· καὶ δρᾶμα ἔστι Κόλακες τοιούτων ἀνθρώπων. a) †)

Εὔρασθαι οὐκ ἐρεῖς προπαροξυτόνως διὰ τοῦ ᾱ, ἀλλὰ παροξυτόνως διὰ τοῦ ε̄, εὑρέσθαι. ††)

---

a) Ed. Pr. pro ὡς νῦν habet ὡς οἱ νῦν. Eupolidis nomen clam se subduxisse videtur.

Plutarch. V. Nic. X. 367. (ὠνήσατο) V. Cic. III. 307. (ἐωνήσατο) Strab. IV. 34. T. II. Pausan. III. 4. 344. Luciani, Herodiani, Synesii et Heliodori locos a Stephano et Dorvillio ad Charit. p. 547. collectos praetermitto.

†) Pollux τοὺς κόλακας scribit a recentioribus παρασίτους appellatos; Thomas inquit, παράσιτον usurpari ab Atticis de his, qui in Prytaneo alebantur et in assentatoribus. Athenaeus L. VI. docet, parasiti nomen olim fuisse honestissimum et in sacris et magistratibus adhiberi solitum. *Nunnes.* De his mihi proprius erit dicendi locus, quum Cobalos meos, quos jam diu parturio, in lucem produxero.

††) Hoc factum per syncopam ab εὑρήσασθαι, ut observat Moschopul. in Sylloge. Eustath. Odyss. *Λ.* negat omnino usitatum esse εὕρασθαι; apud Pausaniam tamen legitur. *Nunnes.* Syncope revera a natura abscedit: sed quid si εὕρασθαι antiquius, quam εὑρήσασθαι? Videbimus alibi. *Pauw.* Ille adulterinus aoristus qua aetate susceptus fuerit, quibusve auctoribus, vix satis definiri posse videtur; ut ab ultimo repetam, ex Hesiodo Fischerus, e Demosthene Dawesius sustulit; Pindaro et Timocli Comico (Athen. XIII. 53. 74.) reliquit Schweighaeuserus, improbante haud dubie Buttmanno, qui eam formam Atticis abjudicat. Inobservata manserunt adhuc haec: ἄδειαν εὑράμενος Andocid. de Myster. p. 8. pro quo paulo post p. 17. rectius legitur ἄδειαν εὑρόμενος. Διάλυσιν τῆς δίκης εὕρασθαι ap. Aeschin. c. Timarch. p. 88. Reiskius edidit pro ἄρασθαι, partim recte, partim secus. Sic Dion. Hal. IX. 46. 1869. pro ἄραντο

κάθοδον codex unus εὕραντο, alter εὕροντο praebuit, qui VI. 58. θρίαμβον εὑρέσθαι pro ἄρασθαι substituit. Eidem obsequutus Reiskius VI. 10. 1084. ἄδειαν εὕρατο pro εὗρε infersit, eadem ratione ductus, qua ap. Dem. c. Androt. 596. pro ὃ δίκαιον ἦν εὑρεῖν reposuit αἰτεῖν. Contra Schmiederus, quaelibet librariorum purgamenta consectans, ap. Arrian. Alex. III. 77. 188. ex optimo suo χαλεπῶς εὗρον δεόμενοι παρ' αὐτοῦ φόρους — ἀποφέρειν pro εὕραντο edidit. Dawesianus canon de formae utriusque proprietate quibus terminis circumscriptus sit, docuit Schaeferus ad Sophocl. T. I. p. 245. Eodem pertinet Atticistae Bekkeriani exceptio T. I. 95. εὑρίσκειν τιμήν, ὡς κἂν τῇ συνηθείᾳ. Sic χάριν εὑρίσκειν in libris sacris ex vulgari consuetudine legitur; qua imbutus librarius in Aesch. c. Ctes. 432. pro προξενίας εὑρημένοι ad εὑρηκότες aberravit. Contra Paus. V. 14. 60. τὴν λεύκην εὕρετο παρὰ τὸν Ἀχέροντα vel sine cod. reponendum erat activum. Sed his omissis reliqua aoristi praecoqui exempla, nondum a Grammaticis enotata, subdam, ut pateat, hunc usum, ex quo semel coeptus fuerit, nunquam intermissum esse: Philo de Temul. 248. E. de Migr. Abr. 390. C. Plut. de Glor. Athen. II. 83. Paus. VII. 274. Lucian. Astrol. XXVII. 228. T. 5. Philostr. V. Soph. I. 25. 533. Aristid. T. I. 218. Dio Cass. XXXVI. 106. XXXIX. 63. et reliqui.

Postremo augmenti vitium, quod Matthiae non plus uno Aristophanis loco adhaesisse putabat, longius grassatum esse annotabo: Ηὑρήμεθα Iph. T. 777. ηὕρισκε Polyb. X. 7. Aristid. Panath. T. I. 146. Paus. VII. 13. 282. Plutarch. de Malign. Herod. XXXII. 320. T. XII. Philo de Abrah. p. 352. A. Galen. de Simpl. Med. L. I. 21. 16. B. T. XIII. Diod. Sic. XIII. 90. Synes. de Provid. p. 113. A. Num haec multitudo peccantium (et poteram multo plures proferre) nobis dubitationem afferet, ne in hoc genere Graecis plus denegemus, quam ipsi tulerint? Ab Elmsleyo quidem nuper Euripides Heracl. 305. ηὕρομεν recepit, sed vereor ne ingratis. Etenim plerisque eorum, qui superioribus aetatibus libros graecos typis vulgarunt, idem accidisse arbitror, quod Havercampio, qui quum Josephi Antiquitates ederet, suo arbitrio et invitis codicibus ubique ηὕρισκον, ηὑρόμην etc., ne indicio quidem mutatae lectionis facto, ex-

Ῥάφανον ἐπὶ τῆς ῥαφανίδος μὴ θῇς. σημαίνει γὰρ τὴν κράμβην. †)

Εὔνως ἔχει μοι: μὴ λέγε, ἀλλ' εὐνοϊκῶς. ††)

---

primi jussit, nempe ne quid res grammatica damni acciperet; donec apud Stephanum, non sine stupore legit, verbum illud augmento destitutum esse, v. ad L. V. 14. 408. Qui nisi errorem et agnosset et correxisset, nonne religiosum haberemus misellorum Grammatistarum obsequio tot luculentis exemplis repugnare? His et talibus auctoritatibus Blomfieldius sese tueatur, si propter ηὗρον inter communia ambigui augmenti exempla relatum in judicium vocetur.

†) Idem affirmant Hesyc. Sud. Ammon. Schol. Aristoph. Poll. et alii. Addit Hesyc. ῥαφανίδας vocari raphanos parvos dorice. Ammon. vero et Thom. adjungunt, ionice ῥέφανον nominari τὴν ῥαφανίδα. Aristot. Hist. V. 17. 219. etiam ῥάφανον ait ab aliis κράμβην nominari. *Nunnes.* V. Interpp. ad Thom. p. 776. Stapel. ad Theophr. H. Pl. VII. c. 4. Niclas. ad Geopp. XV. 1. 1048. quibus quod addam, nihil reperio.

††) Idem in App. p. 58. Εὐνοϊκῶς δόκιμον, τὸ δὲ εὔνως φεύγειν χρή. Adjectiva ἀγχίνους, εὔνους, δύςνους apud antiquos Atticos in magno fuerunt usu; adverbia hinc derivata non aeque omnia probata sunt. J. Pollux, mitior plerumque censor, neque antiquis illis atticae eloquentiae exemplaribus unice affixus, εὔνως, κακόνως, ἀγχίνως in ordinem recepit, τὰ ἀπὸ τῶν ἄλλων, inquiens, βιαιότερα II. 230. aliisque locis δύςνως, κακόνως V. 115. et c. 113. hoc ipsum, quod Phrynicho offensioni fuit, εὔνως ἔχειν πρός τινα, sine ulla dubitatione, ut bene graecum, admisit. Rigidius fuit de hoc Phrynichi judicium, a quo non multum me abhorrere profiteor, propterea quod hoc totum genus adverbiorum antiquitus quidem proseminatum esse, sed, veluti summo solo sparsum, non admodum altas radices habuisse perspicio. Ipsum quidem εὔνως Stephanus nullo cujusquam testimonio confirmare potuit, quod usurpavit docta Imperatrix in Alex. II. 49. B. VII. 193. D. XIII. 393. C.

Hoc aliquanto deterius est εὐνόως M. Anton. III. 11. 48. Plutarch. Vit. X Oratt. IX. 269. T. XII. V. Galb. VIII. 357. T. VI. cujus in locum Bryantius immodico atticae elegantiae studio εὐνοϊκῶς suffecit. Ἄνως nunquam fortasse lectum est, pro quo Pollux in isto recensu adverbiorum ἀνοήτως proponit. Ὁμονόως Xenoph. Agesil. I. 37. Cyrop. VI. 4. 15. Diog. La. IV. 22. quod cum Platone potius Phaedr. 263. A. ὁμονοητικῶς dicendum erat. Δύσνως, omissum a Lexicographis, Nicet. Ann. XVI. 2. 312. D. κουφόνως Appian. Syr. XII. 551. Bell. Mithr. XXX. 684. κρυψίνως Poll. IV. 51. πραόνως Arist. Ran. 856. et Aelian. H. An. V. 39. Utrum autem haec una an duabus syllabis terminanda sint, inter ipsos Graecos non satis convenisse videtur. Quorum si qui εὔνοοι scribebant et δύσνοοι, his consentaneum erat etiam εὐνόως, δυσνόως scribere. Illa autem adjectiva, quae Grammatici ὁλοπαθῆ esse volunt, jam pridem vel librariorum indulgentia vel prave loquentium remissione contractionis necessitatem subterfugerunt: εὔνοος Herodian. I. 10. 2. τῷ ἐννόῳ Galen. de Opt. Doctr. c. III. p. 18. δύσνοοι Xenoph. Hell. II. 1. 2. εὔνοοι Mechann. vett. p. 94. τῶν εὐνόων codd. aliquot Thucyd. V. 64. τῶν κρυψινόων Xen. Ages. XI. 5. τοῖς κακονόοις Cyr. VIII. 2. 1. Τοῖς ἀπνόοις Theophr. de Caus. Pl. III. 27. εὐπνόων VI. 24. Ἄχροον Theophr. H. Pl. III. 10. 160. εὔχροον Geopp. VII. 13. 491. εὔχροοι Xen. Rep. Lac. V. 8. κακόχροοι Aristot. H. An. X. 16. 455. ὁμόχροοι VII. 10. 262. Galen. Definn. Med. p. 237. C. μανόχροοι Theophr. de Sud. p. 457. ἑτερόχροοι Caus. Pl. V. 3. 326. τῶν μανοχρόων Arist. H. An. III. 1. 114. τοῖς ἀχρόοις Adamant. Phys. II. 46. 448. πολυχρόους Aelian. H. An. XVI. 41. 913. ὁμοχρόους Mechann. vett. p. 265. (Lexicis insere θειόχρους Dioscor. IV. 118. 298. a. et λαμπρόχους Eustath. 591. pro ὁμόχρων vero [καὶ σύμφωνον] Aristid. Smyrn. p. 251. T. I. ὁμόφρουν corrige.) Ἑτεροπλόῳ Dem. c. Phorm. 916. (recte cod. Aug. ἑτερόπλῳ.) σύμπλοοι Ephorus Suidae s. Κωρυκαῖος, cui loco apponendus est Strab. XIV. 32. 556. ἐμπνόους Appian. Bell. Mithr. XVIII. 666. Diog. La. VII. 167. 465. εὔπνοοι Longus Past. II. 25. 200. ἀπνόῳ Adamant. Phys. II. 27. 427. ἐπίπνοοι Aelian. H. An. XI. c. 10. Ἐπίπλοον (δέρτρον) Aristot. Part. An. IV. 1. 540. E. et sq. de quo paucis verbis notabile judicium tulit Galenus: ἐπίπλουν δὲ λέγειν ἢ ἐπίπλοον οὐδὲν διοίσει de Venar.

Art. Diss. I. 226. C. T. IV. τὸν ὀνομαζόμενον ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἱππέως ἐπίπλοόν τε καὶ ἐπίπλουν de Admin. Anat. VI. 5. 156. B. quo testimonio lubrica librariorum fides haud mediocriter sustentatur, etsi in totum suspicione absolvi nequeunt. Illa igitur diaeresis quum semel in consuetudinem venisset, magna et in adverbiorum scriptura et in comparativis formandis extitit haesitatio. Εὐρόως Arrian. Epict. I. 4. 27. Sext. Emp. adv. Eth. p. 711. ἀντιπνόως Tzetz. ad Lyc. 759. ἀντιξόως Philostr. V. Ap. VII. 36. 315. et rursus ἀντίξως trisyllabum Anna Comn. I. 39. XIV. 444. C. ut et epitheton ἀντίξόυς in recentiorum scriptis frequentissimum est; sed iidem ἄθρους usurpantes, tamen ἄθρως scribere reformidarunt. Sed in motione horum adjectivorum planissime apparet quantopere trepidatum sit. Εὐροώτερος Dionys. de Comp. Verb. c. 19. 133. Liban. Antioch. T. I. 351. εὐροώτατος Max. Tyr. XXVII. 49. δυςρούστερος Galen. Comm. in V. Aphor. p. 216. E. εὐρούστερος de Simpl. Med. V. 22. 137. A. ἀχρούστερος Theophr. H. Pl. VI. 6. εὐχροώτερος forma Hippocratea Xenoph. Cyr. VIII. 1. 14. εὐχρούστερος Geminus de Prasin. in Bibl. Matrit. p. 431. Geopon. XVIII. 8. 1185. Galen. Introd. X. 369. E. εὐπνοώτερος Poll. II. 177. εὐπνεύστερος Plut. de Curios. I. 129. T. X. Heliod. VIII. 15. 342. Suidas: Ἁπλουστέρας Θουκυδίδης λέγει τὰς ἁπλόους· sed Thucyd. VII. 60. nunc ἁπλοωτέρας legimus. Ἀθροώτερον Theophr. Caus. Pl. I. 17. Dio Cass. LVI. 18. 819. Galen. de Semin. II. 5. 225. A. T. III. Themist. Or. XIV. 181. A. ἀθρούστερος Or. XXVI. 321. D. Athen. III. 17. 315. Plutarch. V. Caes. XX. p. 582. T. IV. Cleomed. Cycl. Theor. p. 18. Εὐνοώτερος adeo Philoxeno rectius videbatur quam εὐνούστερος Etym. M. 394. 4. quod solum usu comprobatum est.

Sed haec jam satis patefacta videntur. Phrynicho ne quis diffidat, addam, εὐνοϊκῶς apud scriptores classicos et assiduos frequentissimum esse, v. Plat. Hipp. p. 291. E. Xenoph. Cyr. VIII. 3. 19. Demosth. c. Nausim. 985. Isocr. Busir. I. 365. atque etiam ea aetate, qua εὔνως increbescere coepit, tamen illud quasi principatum obtinuisse, Plutarch. V. Caton. XXI. 66. T. 5. Polyb. V. 50. Lucian. Amorr. 46. 309. T. 5. Aristid. Or. de Conc. 533. T. I. Paus. IV. 22. Julian. Encom. Const. p. 9. etc. Sed ex eo, quod Grammatici hanc in adverbio formam ra-

Νεομηνία μὴ λέγε, Ἰώνων a) *γὰρ, ἀλλὰ νουμηνία.* †)

a) Ed. Pr. et Phavor. cum articulo *τῶν Ἰώνων*. Cretensibus tribuit Proculus. v. ad Greg. p. 354.

11. 563. B. de Infoec. IX. 849. E. T. VII. Aeneas Pol. 20. Ut *κεράμειος*, sic etiam *χρύσειος* significatione consubstantiali (si fas est *τὸ μετουσιαστικόν* sic dicere) nonnulli usurparunt, ut *στέφανον χρύσειον* Appian. Bell. Civ. II. 91. 501. ubi Musgravius *χρύσεον* malit, sed sic etiam *σκεῦος χάλκειον* Geopp. XI. 22. 618. atque illa, quae modo retuli, exorbitantis Graecitatis devortia. *Ἐρίνεος*, ut istuc revertar, cum *ἐρεοῦς* eodem modo conjunctum est, quo *ὑέλινος* cum *ὑελοῦς*, *κεράμινος* cum *κεραμεοῦς*, *μολίβδινος* cum *μολιβδοῦς* seu *μολιβοῦς*, quam formam ignorant Lexica *); *μολιβοῦν* Polyaen. VIII. 36. 279. Athen. XIV. 15. 249. Mechan. vett. 248. 259. (solito errore *μόλυβα βάρη* p. 23. et *μολίβοις* p. 59.) Gregor. Naz. Or. IV. 155. A. Tzetz. Chil. V. 966. Hesych. s. *στάθμη*, quo loco male *μολιβδοῦν* atticam scripturam (Pherecrat. Schol. Arist. Eqq. 759. Theophr. de Odor. p. 449.) inculcant. Neque felicius Albertius in ejusdem Glossa *Γαῦλοι φοινικὰ* (leg. *φοινικᾶ*) in *φοινικικά* mutat; *γράμματα φοινικᾶ punica* Diod. V. 68. *φοινικὴ* (leg. *φοινικῇ*) *ἱστορία* Porphyr. Abst. II. 56. 201. *φοινικικοὶ ἱεροφάνται* Jamblich. V. P. III. 14. p. 58. sine causa tentatum. v. ad Herodo. VI. 458. Etiam, quod paene praeterii, *ἔρια ἱμάτια* Artemid. II. 151. communi errore (v. ad Poll. VII. 28.) scriptum est pro *ἐρεᾶ*. *Ἐριώδης* Hipp. de Artic. III. 591. B.

†) Phryn. App. p. 52. *Νουμηνία οὕτω λέγουσιν οἱ ἀττικοὶ, τὸ δὲ νεομηνία ἀτιμάζουσιν.* Idem Thomas p. 626. *Νεομηνία* non contractis primoribus syllabis perrarum est etiam in vulgari Graecitate: Joseph. Antt. VI. 11. 541. Dionys. Art. Rhet. IV. 2. 249. Galen. do Theriac. ad Pamphil. I. 9. 961. B. Alciphr. III. 61. Phot. Bibl. 114,

*) Zonaras Lex. p. 1366. *Οἱ Ἀττικοὶ μόλυβδον καὶ μολύβδινον. τὸ δὲ μολυβοῦν ἐσχάτως βάρβαρον*; de quo injuste suspicatur Tittmannus.

Ἦς ἐν ἀγορᾷ, σόλοικον. λέγε σὺν ἦσθα. ὀρθότερον δὲ χρῷτο ἂν a) ὁ λέγων, ἐὰν ἦς ἐν ἀγορᾷ. †)

Ἠκηκόεσαν, ἐγεγράφεσαν, ἐπεποιήκεσαν, ἐνενοήκεσαν ἐρεῖς· ἀλλ' οὐ σὺν τῷ ι, ἠκηκόεισαν. ††)

---

a) Ex Ed. Pr. et Phavor. restitui ἄν, quod Nunnesius praetermisit. Vulgo ὀρθώτερον.

292. Geopon. L. IX. 16. 607. XIV. 56. 922. idque cod. Guelpherbitanus L. I. 7. 50. et pluribus locis offert. Sed hi omnes, quos nominavi, scriptores etiam νουμηνία, et plerique longe saepius usurpant.

†) Quum ἔφης veteribus concesserit Phrynichus, inexpectatum mihi accidit hoc ejus de v. ἦς judicium, quae illa retenta non videtur repudiari posse. Sed tamen nescio quo pacto factum est, ut praeter Eur. Iph. A. 340. ubi ἦσθ' legendum, nullum ejus formae exemplum neque in diverbiis scenicorum poetarum, neque in soluta Atticorum oratione reperiatur. In vulgari autem dialecto fere ordinarium est. v. Joseph. Antiq. XVII. 5. 838. Plutarch. V. Cic. VI. 3. 2. T. V. de Virt. Mul. pag. 283. T. 8. Quaest. Rom. XXV. 326. de Curios. VIII. 158. T. 10. Lucian. Gall. XIX. 319. T. 6. Amorr. III. 260. T. 5. Philostr. Ep. LXVII. 946. Arrian. Epict. II. 4. 184. Synes. Ep. CXXVIII. 263. A. Xenoph. Eph. IV. 85. περιῇς Liban. Ἠθοπ. p. 1028. παρῇς Lucian. Dial. Mort. VII. 147. Dio Cass. XLVI. 27. 467. D. Hermog. de Invent. IV. 72.

††) In nostris libris si quid fidei ponendum esset, plusquamperfectis illis διφθογγογραφουμένοις sua constaret auctoritas. In Thucydide quidem VIII. 75. προειστήκεισαν, quum nullum reperiatur in hoc scriptore germinum exemplum, nisi quod L. VII. 75. codex unus ἀπηυτομολήκεισαν suscepit, quis non formam probatiorem restitui sinat, quae in Platone etiam fere sine rivali dominatur; nam pro ἐγεγόνεισαν Gorg. 516. A. Heindorfius (238.) e cod. ἐγεγόνεσαν reposuit. Ad alteram Xenophon proclivior: ἀπεσταλκεισαν Hell. V. 4. 9. ᾔδεισαν V. 4. 22. Anab. VI. 3. 31. ἐληλύθεισαν Hell. VI. 5. 50.

'Ο ῥύπος ἐρεῖς, οὐ τὸ ῥύπος. †)

Anab. IV. 2. 12. Cyrop. VII. 1. 6. ubi cod. Guelph. diphthongo nos liberat; ἐδεδοίκεισαν Anab. III. 5. 12. Porsono monitore Schneiderus e cod. Paris. vitio exemit. Sic et παρεσκευάκεισαν Dem. de Cor. 305. 20. Augustanus in —εσαν mutavit, sed ἀπολώλεισαν Fals. Leg. 379. 18. ἐπεπόνθεισαν c. Theocr. 1330. 22. ἐληλύθεισαν c. Euerg. 1159. 16. διηρπάκεισαν Or. III. c. Aphob. 835. 15. c. Eubul. 1318. 21. τετελευτήκεισαν Aeschin. c. Timarch. p. 167. relicta sunt. Haec, si non omnia, at certe magna ex parte a casu negligentiaque depravata esse probabile est. Nam ut a veteribus quoque nonnunquam titubatum esse credam, adducit me Antiatticistae Bekk. testimonium: 'Εληλύθεισαν μετὰ τῆς θα Εὔπολις p. 91. ubi μετὰ τῆς ει scribendum videtur. Longum sit de recentiorum inconstantia dicere, quae tanta est, ut in neutram partem aliquid constitui possit: εἰώθεισαν Plutarch. V. Lucull. XLI. 541. V. Alex. XVI. 270. T. IV. sed εἰώθεσαν V. Nic. VII. 363. T. III. V. Crass. VII. 412. ᾔδεισαν Aelian. H. An. II. 6. et ᾔδεσαν II. 18. ᾔδεισαν Sext. Emp. c. Math. IV. 223. ᾔδεσαν c. Rhetor. II. 292. ἐδεδωρήκεισαν Dio Cass. XXXIX. 196. δεδωροδοκήκεσαν XXXVII. 133. C. Poteram ejusmodi centena proferre. Itaque nec Corayum probo Heliodoro εἱστήκεσαν reddentem, ut familiarius, p. 775. neque Irmisco adsentiar, qui ad Herod. I. 15. (p. 659.) Graecos varietatis quaerendae causa modo hanc, modo illam terminationem ascivisse, in certis autem verbis alterutram praetulisse censet.

†) 'Ο ῥύπος Atticum esse Aristophanis et Alexidis Athen. IV. 52. 128. testimoniis constat, eoque genere etiam vulgo usi videntur; ὁ ῥύπος Lucian. Icarom. 30. 43. de Gymn. 29. 20. T. VII. Bis accus. VIII. 58. Monostich. Brunck. 139. Schol. Ven. VI. 506. Schol. Acharn. 17. τὸν ῥύπον Euseb. Hist. Eccl. IV. 30. 195. Socrat. Schol. H. E. I. 6. 12. Alex. Trall. III. 5. 184. τοὺς ῥύπους Eustath. p. 421. τὸ ῥύπος neutro genere in caseis dixit Hipp. de Morb. Mul. I. 63. 765. D. T. VII. generaliter Gregor. Naz. p. 141. ab Hoeschelio productus: τὰ τῶν ψυχῶν ῥύπη καὶ μολύσματα, et Etym. M. s. ἀπολυ-

Ἀλεῖν ἐρεῖς, οὐκ ἀλήθειν, καὶ ἦλει, οὐκ ἤληθεν, ἀλοῦσα, οὐχὶ δὲ ἀλήθουσα. †)

Μέθυσος ἀνήρ, οὐκ ἐρεῖς, ἀλλὰ μεθυστικός· γυναῖκα δὲ ἐρεῖς μέθυσον καὶ μεθύσην. ††)

μαίνω, pro quo inepta ratione V. D. in Misc. Obs. Vol, I. T. III. p. 420. masculinum reducit. Τὸ ῥύπον Suid. s. Γοῦ et Photius p. 254. usurpant, quod et Eustathius in Theocriteo loco scriptum invenerat, in quo et scriptura et genus vocabuli ambiguum est. v. Passow de Emend. rat. Lexx. p. 73.

†) Consentit Thomas p. 31. contra quem Theophrastum et Diodorum advocant damnati vocabuli assertores; et vero aderant plures, Hipp. de Vict. San. I. 20. T. II. Mack. Pherecrates ap. Suid. s. v. Ἀνὴρ (δὲ) γέρων ἀνόδοντος ἀλήθει (Lex. Rhet. Bekk. p. 406.) et Geoponn. VII. 35. 514. In Alexidis autem versu Athen. XIII. 57. 154. pro ἀλήθων, quod metro contrarium est, ἀλέτων (ἀλετών) nunc legitur, ita ut contra Phrynichi sententiam nullum adhuc satis validum argumentum inventum sit; nam Pherecrateum illud numeri heroici excusationem habet. Attici homericam formam ἀλεῖν, ἀλέσαι, ab Herodoto IV. 172. et Hecataeo Athen. X. 13. 30. adoptatam, in civitatem receperunt; quorum locos citavit Stephanus; eamque etiam posteriores retinent: ἀλοῦντες Athen. IV. 152. T. II. καταλοῦντες Arrian. Ind. p. 334. ἀλέσαι Paus. III. 20. καταλέσαι Dioscor. I. 174. 69. a. Geop. VII. 12. 488. pro quo nusquam ἀλῆσαι legitur. Quorsum igitur spectat Antiatticistae adnotatio p. 78. Ἀλήθειν, οὐκ ἀλεῖν? quod non solum exemplis illis falsum esse arguitur, sed etiam similitudine reliquorum verborum, σήθειν, νήχειν, κνήθειν, ψήχειν, σμήχειν, ἀροτριᾶν, quorum prototypa Atticae dialecto propiora sunt. Itaque ille aut palam mentitur, aut aliud quiddam scripsit, quod minus contrarium vero: Ἀλήθειν, οὐ μόνον ἀλεῖν. Pari ille modestia p. 88. Νήθειν, οὐ μόνον νεῖν.

††) Summo consensu Philetaerus, Thomas, Gramm. Bekk. p. 107. ebrios et ebriosos μεθυστικούς et μεθύοντας, feminas μεθύσους et μεθύσας dici tradunt. Ab hac regula primum descivit Menander, τοὺς μεθύσους dicens Athen. (1)

(1) [illegible]

Ὠιδηκεν, ᾠκοδόμηκεν διὰ τοῦ ω ἄριστα ἐρεῖς a), ἀλλ᾽ οὐ διὰ τοῦ οι, οἴδηκεν, οἰκοδόμηκεν. †)
Ἐνίστατο b) λέγε καὶ μὴ ἠνίστατο. ††)

---

a) Ed. Vasc. ἄριστα διὰ τοῦ ω ἐρεῖς; de Ed. Pr. tacet Pauwius.

b) In Ed. Pr. pro ἐνίστατο legitur ἀνίστατο; illud reponendum curavi ex Thoma, non ἀνίστατο, nam, ut docent qui scribunt de dialectis, Attici praepositionis ἀνά primum α mutant in η, ἠνεσχόμην. *Nunnes.*

*) Antiquiorem formam φύρω iidem, sed translata potissimum significatione, Plato Hipp. 149. H. Gorg. 465. Legg. XII. 194. T. 9. Xenoph. v. Lex. Sturz. s. v. In Thucyd. III. 49. praeferam codd. lectionem γῆν πεφυραμένην. Sic et ξύρω et ξυράω s. ξυρέω crebro confunduntur, neque in promptu est dignoscendi ratio. Canon. Hermanni p. 324. τὸ ξυρεῖν καὶ τὸ ξύρεσθαι καὶ τὸ ξυρᾶσθαι ἐν χρήσει εἰσὶ παρὰ τοῖς ῥήτορσιν, Ἀριστείδῃ τε καὶ Λουκιανῷ καὶ τοῖς ἄλλοις. Phavorinus: Ξυρεῖν καὶ ξυρᾷν οἱ Ἀττικοὶ ἐπὶ πρώτης καὶ δευτέρας λέγουσι. Severior Thomas: Ξυρέω οἱ Ἀττικοί, οὐ ξυράω, neque injuria; certe ξυρεῖν Sophocl. Aj. 786. Aristoph. Thesm. 215. Plato Rep. I. 176. T. 6. Alexis Athen. XIII. 18. 40. plus auctoritatis habere videtur; apud recentiores nihil horum non occurrit, atque Athen. XIII. 18. 39. non sine molestia ξυρούμενος — ξυρόμενος in eodem commate.

Ὀπωροπώλης· τοῦθ' οἱ ἀγοραῖοι λέγουσιν, οἱ δὲ πεπαιδευμένοι ὀπωρώνης, ὡς καὶ Δημοσθένης. †)

Νοσσός, νοσσίον· ἀμφοῖν λείπει τὸ ε̄. διὰ τοῦτο ἀδόκιμα. Λέγε οὖν νεοττός, νεοττίον, ἵνα ἀρχαῖος φαίνῃ. νοσσάριον ἐκβλητέον τελέως. [a]) ††)

---

a) Ed. Pr. V. Phavor. νόσσιον; illae νεοττός καὶ νεοττίον, et ἀρχαῖος Ἀττικὸς φαίνῃ. Phavorinus καὶ omittit, sed Ἀττικὸς servat. Pro νοσσάριον illae νεοσσάκιον, non improbante Pauwio; Phavorinus tribus postremis vocabulis caret.

quid sequuti fuerint, qui ὁλοσφύρατον vel ὁλοσφύρητον usurparunt, quod a verbo σφυράω, commenticio illo maleque graeco, analogiae errore productum est. Itaque ratio Phrynicho constat. Ὁλόσφυρον legitur in Alcidam. Ulyss. p. 75. T. 8. Niceph. Greg. VIII. 6. 138. Artemid. II. 5. 137. ubi cod. σφυρήλατος, quod praeter Platonem, Strabonem aliosque, v. Steph. s. v. Graev. ad Luc. Encom. Dem. p. 413. T. IX. et Ast. ad Phaedr. p. 250., usurpat Aristid. Plat. I. 58. Polyaen. VII. 35. 240.

†) Thomas: Ὀπωρῶν ὠνήτωρ οἱ ἀγοραῖοι, σὺ δὲ ὀπωρώνης, qui quum cetera e Phrynicho hauserit, mirum mihi est, unde illud ὀπωροπώλης omiserit, vocabulumque nunquam lectum, neque plebeji coloris, ὠνήτωρ ὀπωρῶν sublegerit. Photius ὀπωρώνας ὠνητὰς ὀπώρας interpretatur. Non minor est de Phrynichi mente dubitatio, qui si tantum hoc dicit (quod perparum est), ὀπωρώνης ideo praeferendum esse, quia Demosthenis (de Cor. 314.) auctoritate nitatur, refutari quidem nequit; si autem plus contendit, plurimis exemplis, προβατοπώλης, σιτοπώλης, (quem nemo σιτώνην dixerit) ἐλαιοπώλης, quae omnia antiqua sunt, refellitur. Sic et Pollux VI. 128. ὀπωρώνης et ὀπωροπώλης eodem loco habet, neque θεατρώνης et θεατροπώλης, ἐλαιώνης et ἐλαιοπώλης differunt; quod valet de omnibus, qui coemunt aut conducunt per aversionem, quae singulis divendant.

††) Nihil eorum, quae hic a Phrynicho reprehenduntur, in Attici sermonis monimentis cernitur. Νόσσον (leg. νοσσόν aut νοσσίον) χωρὶς τοῦ ε̄ Αἰσχύλος Antiatt. p.

Χρύσεα, ἀργύρεα, χάλκεα, κυάνεα, ταῦτα Ἰακὰ διαιρούμενα. Χρὴ οὖν λέγειν χρυσᾶ, ἀργυρᾶ, κυανᾶ τὸν ἀττικίζοντα. τὸ γὰρ χρύσεος Ἰακόν. ὁμοίως δὲ καὶ ἀργυροῦς, ἀλλὰ μὴ ἀργύρεος, καὶ χρυσοῦς καὶ χαλκοῦς καὶ κυανοῦς καὶ τὰ ὅμοια.[a]) †)

---

a) Longe rectius Ed. Pr. duobus haec dividit articulis, quorum prior sic habet: *Χρύσεα — τὸν ἀττικίζοντα.* Alter: *Χρυσοῦς λέγε· τὸ γὰρ χρύσεος ἰακόν. ὡσαύτως καὶ ἀργυροῦς, ἀλλὰ μὴ ἀργύρεος· χαλκοῦς, κυανοῦς καὶ τὰ ὅμοια.* Neque dubitandum tamen, quin unus modo ex illis duobus articulis sit ab ipso Phrynicho, qui ita bis eadem non repetiit certe. Hic scilicet etiam discreparunt libri et ex annotata discrepantia orta est geminatio. *Pauw.* Phavorinus utrumque articulum descripsit, in priore nihil discrepans; secundum hoc modo: *Χρυσοῦς λέγε καὶ ἀργυροῦς καὶ χαλκοῦς καὶ τὰ ὅμοια. τὸ γὰρ χρύσεος, ἀργύρεος καὶ χάλκεος ἰακά.*

109. *Νεοττός* disyllabum est in Menandri versu ap. Suid. s. v. Pravae scripturae exempla Sturzius Dial. Mac. pag. 185. e Josepho et versione Alexandrina protulit. *Ἐννοσσεύειν* Diod. I. 4. III. 68. sed *ἐννεοσσ.* V. 43. ut et in Herodoto I. 159. II. 68. III. 111. scriptura variat. E Pausan. IX. 30. 93. *νοσσιά* nuper cod. Mosc. auctoritate sustulit Facius. Adde Lexicis *νεοσσοποιΐα* Dioscor. II. 60. 79. b. et *ἐκνοσσεύειν* Steph. Byz. s. *Κράνων.* In Oppian. Cyn. III. 128. *ἄπτερα, λυσικόμων θαλάμων ἀπολύμενα δεσμοῦ,* leg. *νοσσοκόμων.* Pro *νεοσσία, nidus,* Arist. Avv. 641. Theophr. Caus. Pl. II. 24. etc. rectius scribitur *νεοσσιά,* ut *σφηκιά.*

†) Idem vitium a Moeride p. 402. et 414. Thoma 923. Suid. s. *Ἀργυροῦν,* s. *Φοινικᾶ,* Anecd. Bekk. p. 425. notatum est; quod qua aetate vulgari coeperit, et quam late dimanaverit, tam utile scitu foret, quam cognitu difficile est. Ex scriptoribus, qui aetatem tulerunt, prope nullus reperitur tam antiquus, tamque incorruptus, quin vel sua vel librariorum culpa eo declinarit. *Χρύσεος* Xenoph. Ages. V. 5. Plutarch. V. Lucull. 37. 536. Sertor. 23. 30. Parall. V. 415. T. 8. Lucian. Navig. 39. 190. T. 8. Apollod. II. 5. 10. Himer. Or. XXI. 740. Jamblich. V. P. c. 19. 200. *Χάλκεος* Dion. Hal. IV. 16. 677. Plutarch. de Gen. Socr. V. 305. Aeschin. Axioch. 44. Apollod. II. 4. 1. Diod. XII. 10. 28. Strabo VIII. 7. 6. 2.

Ἐκτρῶσαι καὶ ἔκτρωμα ταῦτα φεῦγε, λέγε δὲ ἐξαμβλῶσαι καὶ ἄμβλωμα καὶ ἀμβλίσκει.

Ἐξέτρωσεν ἡ γυνή μὴ λέγε· ἐξήμβλωσε δέ. ἔκτρωμα: μηδὲ τοῦτο λέγε. ἐξάμβλωμα δὲ καὶ ἀμβλωθρίδιον. a) †)

---

a) Haec, quae Nunnesius locis disparavit, sub uno conspectu posui. „Putida est eorumdem vocabulorum repetitio, orta ex librorum

Dio Chr. Or. VII. 272. *Σιδήρεος* Philostr. V. Apoll. VIII. 19. 565. *ὦ σιδήρεοι* Aeschin. c. Ctesiph. 554. quod hinc Aristides citat Rhetor. I. 450. et Philo expressit de Legat. ad Caj. 1004. B. *ὦ σιδήρι̊ε καὶ ἀνηλεέστατε; σιδάρεοι*, nummi Byzantii, etiam ab Atheniensibus dorice appellati sunt, Arist. Nub. 249. *Κυάνεος* Aristot. H. An. X. 14. 431. Diod. Sic. IV. 22. Philostr. V. Ap. III. 1. 95. Imag. I. 19. 793. Icon. I. 9. 874. Lucian. Catapl. 28. 211. Aelian. H. An. XII. 24. XIV. 24. Athen. IX. 40. 433. XII. 155. 504. Polyaen. Strat. IV. 3. 24. Haec quum apud eosdem scriptores multo saepius contracta legantur, magni interesset scire, utrum auctores ipsi scientes a se desciverint, an inviti aberrarint, an denique a librariis depravati fuerint. Cui suspicioni inprimis ii loci affines sunt, in quibus utraque forma brevissimo intervallo refertur, cujusmodi est Heliod. III. 5. 115. *χρυσοῖ — κυάνεοι.* Plutarch. de Placit. Phil. III. 5. 426. *κυάνεον — πορφυροῦν — φοινίκεον — φοινικοῦν.* Dio Cass. XLIV. 7. 585. *στήλας ἀργυρᾶς χρυσέοις γράμμασι.* Philostr. Imagg. I. 6. 770. *κυάνεα καὶ φοινικᾶ.* Aelian. H. A. II. 11. *χρυσοῖ καὶ ἀργύρεοι.* Sext. Emp. Hyp. III. 24. 177. *ἀργυρέους ἢ χρυσοῦς.* Quanquam enim ne nos quidem, quum aliquid latine vel nostra patria lingua exaramus, nisi admodum attendimus, (quod faciunt perpauci) in vocabulis ambiguae scripturae certam regulam servare solemus, sed currentem stilum sequimur, tamen coartata tam angusto spatio discrepantia vix quemquam falleret; sed librarios, ventis remisque ad suum illud *Explicit* properantes, ac neque prorsum neque sursum respicientes, summe probabile est ex uno tramite in alterum transiluisse.

†) Thomas addit, nec *ἐκτιτρώσκειν* atticum esse; Hesy-

discrepantia. Rectius Ed. Pr. duobus articulis (imo tribus): Ἐκτρῶσαι: τοῦτο φευκτόν (φευκτέον legitur). λέγε δὲ ἐξαμβλῶσαι καὶ ἀμβλῶσαι. — Ἔκτρωμα: μηδὲ τοῦτο λέγε, ἐξάμβλωμα δὲ καὶ ἀμβλωθρίδιον. (Et tertio loco: Ἐξέτρωσεν ἡ γυνή, μὴ λέγε, ἐξήμβλωσε δέ.) *Pauw.* Aliam lectionem ante oculos habuisse videtur Phavorinus: Ἐκτρῶσαι: τοῦτο φεύγων λέγε ἐξαμβλῶσαι καὶ ἀμβλῶσαι· reliqua omittens.

chius tamen id videtur Sophocli adscribere. Pro his τρώσκεσθαι Hippocrates. Ἄμβλωσιν pro abortu affert Poll. e Lysia, et ἀμβλωθρίδιον. Eustathius p. 1175. 41. observat, τὸ ἀμβλῶσαι et quae ex illo ducuntur, dici, quum mater interimit infantem in utero: at ἐκτρῶσαι, et quae ab illo flectuntur, quum formatus nondum est fetus. Ita Nonius adnotat, *aborsum* dici in primis mensibus, quum conceptui exordium factum est, *abortum* vero prope tempus pariendi. *Nunnes.* Hoeschelius ἐκτρῶσαι e Diodoro et LXX affert et in Philonis loco p. 37. ἂν δὲ καὶ δοκῇ προςφέρειν, ἀμβλωθρίδια εὑρίσκεται καὶ ἐκτρώματα, MS. Augustanum ἃ δ' ἂν καὶ δοκῇ προφέρειν exhibere, annotat. Pauwius ἀμβλώσκω ideo Phrynicho magis placuisse censet, quam ἀμβλίσκω, quia illud ab ἀναβολόω derivetur.

Vocabula illa, a quibus Phrynichus refugiendum esse dicit, magnam certe antiquitatem habent, quando Hippocrates τρωσμός de Nat. Mul. II. 682. B. XII. 64. 714. F. τιτρωσμός I. 27. 746. F. T. VII. ἔκτρωσιν Morb. Mul. II. 13. 803. D. ἐκτιτρώσκεσθαι de Aer. et Loc. II. p. 10. Cor. quo et Herodotus utitur III. 52. Hinc etiam ad Atticos transfluxit, non veteres illos et incorruptos, sed Macedonici aevi tanquam aura afflatos, velut Aristot. H. A. ἐκτρωσμοί VIII. 3. 324. ἔκτρωμα X. 27. 463. ἐκτιτρώσκειν VIII. 5. 330. Quid jam commemorem Diodorum, Apollonium Dyscolum et recentiores medicos, quos multos citant Thomae interpretes et Sturzius Dial. Mac. pag. 164. Ad probandam Phrynichi sententiam satis argumenti est, quod Aristophanes, Plato (v. Ruhnk. ad Tim. p. 107.) eorumque aemulatores semper ἀμβλίσκειν et ἐξαμβλοῦν dixerunt; idque proprie atticum esse observat Galenus Comm. I. in Epid. VI. 556. C. ἃ λέγουσιν ἄμβλωσιν οἱ Ἀττικοί, τοῦτο συνήθως Ἱπποκράτης ἀποφθοράν (διαφθοράν, v. Lennep. ad Phalar. p. 98.) ὀνομάζει — — τὸ δὲ ἀμβλώσκειν κατὰ τῆς ἀτελοῦς τῶν ἐμβρύων ἐκ-

Δυσὶ μὴ λέγε, ἀλλὰ δυοῖν· δυεῖν δ' ἔστι μὲν δόκιμον, τῷ δὲ ἀλλοκότως αὐτῷ χρῆσθαί τινας, ἐπιταράττεται· ἐπὶ γὰρ μόνης γενικῆς τίθεται, οὐχὶ δὲ δοτικῆς. *) †).

---

a) Male Ed. Pr. *τὸ δὲ ἀλλοκ.* pro *τῷ*, et *ἐπὶ γὰρ μόνης γενικῆς καὶ δοτικῆς τίθεται.* In duos articulos, nescio an recte, hunc locum dispescit Phavorinus: *Δυεῖν δύο· ἔστι μὲν δόκιμον· τὸ δὲ ἀλλ.* — — *ἐπιταράττεται*, et post suo loco: *Δυσὶ μὴ λέγε, ἀλλὰ δυοῖν, ὡς Φρύνιχος.*

πτώσεως ἐπιφέρουσι καὶ τὰ φάρμακα τὰ τοῦτο ἐργαζόμενα καλοῦσιν ἀμβλωτικά.

Scriptura verbi notum est quantopere variet. *Ἀμβλίσκω, ἀμβλισκάνω* qui dicebant, communem verborum paragogorum in *σκω* formam sequuti sunt; cui apposita est alia in *οω*, *ἀμβλόω*, *ἀμβλώσκω*. *Ἐξαμβλώττειν* Dioscor. II. 194. 125. mox cum *ἐξαμβλώσκειν* permutatur pag. 126. a. quod et in Geopp. XIV. 11. 1004. legitur; simplex *ἀμβλώσκω* praeter Phrynichum usurpavit Synes. Dion. p. 56. D. Lexicis tam illud quam hoc deest. *Ἀμβλῶναι* in MS. Poll. II. 17. unde *ἐξήμβλω ἡ ἔννοια* ap. Suid. s. v. Qui autem ad congenitum *ἀμβλύς* respiciebant, *ἀμβλύσκειν* protulerunt, ut ab *ἄστυ* alii *ἀστυκός*, alii, similitudine adjectivorum in *ικος* moti, *ἀστικός*, ab *ὄξος* plerique *ὀξίς* et *ὄξινος*, non ita multi *ὀξύς* et *ὄξυνος*. *) Ita apud Hesychium pro *Ἀμβλύσκει, ἐξαμβλοῖ*, nihil opus erat *ἀμβλίσκει* refingi. Ac mihi credibilius est hanc verborum familiam ab eadem stirpe originem trahere, unde *ἀμβλύς* progenitum est, quam illud, quod Eustathio in mentem venit, ab *ἀναβλόω* dici *ἀμβλόω* et cetera; quod Corayum amplecti video ad Aelian. V. H. p. 338.

†). Thomas p. 253. reprehendit hunc locum Phrynichi ac docet, dici etiam ab Atticis *τὸ δυσί*, quamvis melius sit *τὸ δυοῖν*. *Nunnes.* *Δυσί* apud Hippocratem non rarum

*) *Ὀξίζειν* et *ὀξύζειν* saepe variant in Geoponn. II. 7. V. 29. VI. 426. v. Hemsterh. ad Poll. X. 92. Neque magnopere necessarium erat apud Hesychium *ἀστύτης* in *ἀστίτης*, et contra s. *Ἁλμυρόν, ἀλικόν* in *ἁλυκόν*, et Plutarch. Symp. VI. Q. VI. 2. 261. *κροκύδας* in *κροκίδας* mutari.

Ὠτοις μὴ λέγε, ὥς τινες τῶν γραμματικῶν, ἀλλ' ὠσί. †)

---

est, de Intern. Affect. XLV. 671. T. II. de Nat. Mul. XXXIII. 702. A. etc. in Platone et oratoribus atticis nunquam obvium, semel in Thucydide VIII. 101. ubi mihi certum est δυοῖν scribi oportere, quod ab illo tantum accentu discrepat; sed cum Aristotele de Anim. III. 2. 45. C. T. III. de Incess. An. III. 156. C. T. II. Hist. An. IV. 1. 131. etc. et Theophrasto Caus. Pl. III. 1. VI. 21. fixam sedem obtinuit, itaque in omnes partes diffundi coepit, nullum ut locum intactum reliquerit. In communi omnium labe minime opus est ostiatim circumeundo singulos producere noxios.

De δυοῖν et δυεῖν quae Nunnesius exposuit, longe copiosius nunc ab aliis pertractata sunt. v. Lennep. ad Phal. p. 42. Heindorf. ad Cratyl. p. 117. Schol. Viteb. ad Eur. Hec. 45. δυοῖν ἐπὶ γενικῆς καὶ δοτικῆς, δυεῖν δὲ ἐπὶ γενικῆς; atque sic etiam Phrynichum scripsisse, suspicionem affert lectio Ed. Pr. decurtata.

†) Quum Moeris p. 288. et Thomas p. 664. contra ὠτίον disputent et id multo recentiorum usu celebretur, credibile videri possit, Phrynichum dativo ὠτίοις, in quem forte incidisset, obelum apposuisse. Sed quum etiam Herodianus Hermanni p. 309. nonnullos ambigere scribat, utrum ὤτοις an ὠσί dicerent, (quod ὦτα, plurale tantum, ambiguum haberet declinatum) horum errorem a Phrynicho castigari mihi tanto probabilius videtur, quod h. l. Grammatici nominantur auctores. Quanquam enim hi quoque ὠτίον usurpant, v. Apollon. Lex. Hom. p. 530. Suid. s. Λοβός et Οὖς, Etym. s. Κυψέλη, Eustath. p. 710. Cyrill. in Matthaei Gloss. Min. Vol. I. 49., tamen id illis non singulare, sed cum multis aliis commune est. v. Arrian. Epict. I. 18. 101. Athen. III. p. 94. C. Procop. Bell. Vand. II. 28. 304. C. Mechann. vett. p. 163. 195. Theophylact. Institt. Reg. II. 16. 208. D. Melamp. de Div. Palp. p. 468. Nicet. Ann. II. 6. 48. C. Sic plerisque corporis partibus vulgaris dialectus formam deminutivam tribuit, τὰ ῥινία (nares) Aristot. Physiogn. III. 57. τὸ ὀμμάτιον III. 46. (utrumque deest Lexicis), στηθίδιον, χε-

Μείρακες καὶ μεῖραξ: ἡ μὲν κωμῳδία παίζει τὰ τοιαῦτα· τὸ γὰρ μεῖραξ καὶ μείρακες ἐπὶ θηλειῶν τάττουσιν, τὸ δὲ μειρακίσκος καὶ μειράκιον καὶ μειρακύλλιον ἐπὶ ἀνδρῶν. a) †)

---

a) Ed. Pr. brevius μείρακες καὶ μεῖραξ ἐπὶ γυναικὸς λέγουσι· τὸ δὲ μειράκιον ἐπὶ ἀρσενικῶν. Pro μείρακες Oudendorpius ad Thom. p. 605. μειρακίσκη legendum putat. Falso.

λύνιον, σαρκίον (corpus) — Ὠτία (unde neograecum αὔτιον. v. Coray ad Heliod. p. 345.) ipsi Menandro restituere conabatur Adr. Heringa Observ. XXIX. 252. quod in versione Alexandrina et libris christianorum sacris suum et proprium locum habet; ὠτάρια Alexis Athen. III. 69. 416. et Anaxandrides ib. 48. 371.

†) Eadem docent Ammonius, Lucianus Pseudos. V. 225. Etym. M. Eustath. 1590. neque quidquam contra dici potest. Nam in Cratini versibus, quos affert Piersonus ad Moer. p. 262. dubitari nequit, quin illi μείρακες per jocum et ludibrium dicantur pathici, et fortasse ipsi ejus Malthaci, πρὸς τὸ γυναικῶδες τῶν κιναίδων, ut verbis utar Schol. ad Arist. Eccl. p. 69. Sed recentiores promiscue de utroque genere: ὁ ἐν μείρακι *) πρεσβύτης Ἰουλιανός Eunap. V. Maxim. p. 69. ἐς μείρακας παραγγείλας Anna Comn. I. 19. C. νέος τὴν ἡλικίαν καὶ ἐς μείρακας ἄρτι παραγγέλλων **) X. 277. B. ὁπηνίκα τὸν νεανίσκον ἢ τὸν μείρακα παραλλάττομεν Geminus de Prasin. in Bibl. Matr. p. 431. ***), in eodem genere Heliod. IV. 19. Ni-

*) Sic ἐν παιδὶ ποιμαίνων Herodian. VI. 8. ἐν ἐφήβῳ ἐφιλοσόφει Philostr. V. Apoll. I. 11. 10. ἐν μειρακίῳ Dio Cass. XXXVI. 93.

**) Μήπω ἐς τὸν ἔφηβον παραγγείλας Niceph. Greg. II. 5. 16. F. τὸν πατέρα (adde εἰς) μειράκιον παραγγείλαντα Anna Comn. Proleg. p. 4. Unde ductum sit hoc loquendi genus, apparet ex simili: παραγγέλλοντες εἰς τὴν ἱερωσύνην Anon. Suid. s. παραγγέλλ. pro τελοῦντες. In Plat. Menex. p. 249. A. ἐπειδὰν ἐς ἀνδρῶν τέλος ἴωσιν, nisi exemplis demonstretur, veteres isto modo loquutos esse, simplicius τελέσωσιν scribendum videtur; ap. Suidan autem Ἐξανδρούμενος, τὴν ἡλικίαν εἰς ἄνδρα * * lacuna supplenda est participio τελῶν.

***) Ἄρτι τὸν μείρακα παραλλάττων Heliod. X. 422.

cet. Ann. XXI. 7. 403. XV. 7. 305. Tzetz. Posth. v. 525. Gramm. Villoisoni Anecd. T. II. p. 83. (ex quo loco *μειρακικός* accedat Lexicis) et Hesych. s. *Σκυρθαλίας*. *Ἄρτεμις φιλομεῖραξ* ob viciniam gymnasii Paus. VI. 23. pag. 220. Quae autem sit *μείραχος* s. *μειρακίου* aetas, ex Platonis loco: *μειράκιον ἀμφὶ τὰ τέτταρα καὶ δέκα ἔτη σχεδόν*, ostendit Hoeschelius. Cum quo convenit Sextus c. Phyc. I. 636. Epicurum scribens *κομιδῇ μειρακίσκον* ad philosophiae studia animum applicuisse; qui ipse ap. Diogenem narrat, se nondum annum aetatis decimum quartum attigisse, quum se ad hanc disciplinam daret. Sic etiam apud Philon. de Joseph. p. 544. D. haec est *ἀκολουθία* aetatum: *βρέφος, παῖς, πάρηβος* (l. *ἔφηβος*), *μειράκιον*, *νεανίας, ἀνήρ, γέρων*, et in egregia Alexionis notatione Eustath. 1788. 52, *βρέφος — παιδίον — παιδάριον — παιδίσκος — παῖς — πάλληξ ἢ βούπαις ἢ ἀντίπαις ἢ μελλέφηβος — ἔφηβος — μειράκιον ἢ μεῖραξ — νεανίσκος — νεανίας*. Apparet jam, hos gradus non ab omnibus accurate servari. Sic Aeschin. c. Timarch. p. 32. *τῶν παίδων — τῶν μειρακίων — τρίτον δ' ἐφεξῆς περὶ τῶν ἄλλων ἡλικιῶν*. Scholion ad h. l. ita scribendum est: *παῖδας τοὺς ἀνήβους — μείρακας τοὺς ἀρξαμένους ἡβᾷν, ἕως ἂν ἐκ τῶν ἐφήβων ἐξελθόντες ἐς ἄνδρας ἐγγραφῶσι*.

De *μειρακίσκος* dubitatum, utrum de puero dicatur attice; Thomas negat; Phrynichus hic affirmat; eique assentitur Ammonius; quem qui de pathico explicant (Reitzius ad Pseudos. T. IX. p. 467.) errant. Nam de puero et sexu virili sentit haud dubie *γενικῶς*, ut Phrynichus. Apud Thomam rectius distinxeris *καὶ μειρακίσκη μόνος Ἀριστοφάνης. ἐν Πλούτῳ σὺ δ' ἄπιθι* etc. non continuate *Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ*. *Pauw.*

Παίζει τὰ τοιαῦτα] *πεπαῖχθαί τις ἂν οἰηθείη τὴν λέξιν* Athen. XI. 104. 363. *Ὁ Εὐπόλιδος πλοῦτος πέπαικται* Poll. III. 109.

Ἀναπεσεῖν οὐ καλῶς ἐπὶ τοῦ ἀνακλιθῆναι τάττεται. ἐὰν δ' ἐπὶ τοῦ τὴν ψυχὴν ἀθυμῆσαι, [a]) καλῶς· οἷον ἀνέπεσεν ἄνθρωπος, ἀντὶ τοῦ τὴν ψυχὴν ἠθύμησεν. †)

Ἀνάκειται: καὶ τοῦτο ἄλλο μὲν παρ' αὐτοῖς σημαίνει· ἀντ' ἄλλου δὲ ὑπὸ τῶν πολλῶν τίθεται. *Ἀνάκειται* μὲν γὰρ ἀνδριὰς καὶ ἀναθήματα, καλῶς ἐρεῖς· ἀνάκειται δὲ ἐπὶ τῆς κλίνης οὐκέτι, ἀλλὰ κεῖται. [b]) ††)

---

a) Ed. Pr. Phavor. τάττουσιν et pro ἀθυμῆσαι substituunt ἀδημονῆσαι.

b) Ed. Pr. ἀνάκειται γὰρ ἀνδριάς. Pro postremo κεῖται Valckeemendationem adhibeam Antagorae Ep. I. 2. "Ἄνδρας ὁμοφροσύνας μεγαλήτορας, ὧν ἀπὸ μῦθοι Ἔῤῥευσαν — pro ὁμοφροσύνᾳ μεγαλήτορες — ἥεισαν. [In Theopompi autem vv. Athen. IV. 81. 190. προμάλοιο τετυγμένον αἰζήεντος legendum videtur ὀζήεντος.] Sed, ne longius abeam, praeter σταθερός etiam σταθηρός, sed multo rarius usurpatur: Philo de Creat. Princ. 755. C. Dion. de Comp. XXIII. 170. Photius Bibl. XIII. 12. Themist. I. 7. A. Socrat. H. Eccl. IV. 23. 240. Poll. I. 107. (cod. σταθερόν.) Niceph. Br. III. 8. 74. D. σταθηρῶς Eustrat. in X. Nicom. p. 181. σταθηρότης Id. in I. 26. a. Lexicis et haec desunt et σταθεροποιεῖν Euseb. H. E.

†) Idem praeceptum proponunt Athenaeus I. 42. 87. Thomas p. 60. Suidas s. v. Nicephorus in Matthaei Gloss. Vol. I. p. 4. vel Hermanni Gramm. p. 323. „Athenaeo tamen videtur ἀναπεσεῖν pro recubare positum in „Eur. Cyclope, fabula tamen ludicra, et apud Alexin." *Nunnes.* Praeter Lucianum et Polybium Diodorus IV. 59. Synesius Ep. 114. ab Hoeschelio citatus, Theophylactus Ep. XIV. pro ἀνακλιθῆναι, i. e. ad mensam accumbere, vel etiam humi jacere resupinum, posuerunt, significatione novitia, sed propinqua ei, quam Cratinus et Xenophon huic verbo tribuunt, remiges, quum resupinantur, ἀναπίπτειν dicentes.

††) Pluribus haec persequutus est Athenaeus I. 42. 87.

Ἀντιβαλεῖν· καὶ τοῦθ' ἕτερόν τι σημαίνει καὶ ἕτερον ὑπὸ τῶν πολλῶν λέγεται. σημαίνει γὰρ τοιοῦτόν τι, ὁποῖον τὸ ἀνατιθέναι· λέγεται δὲ νῦν ἀντὶ τοῦ ἀνταναγνῶναι. [a]) †)

---

narius ad Ammon. κατάκειται correxit, consentiente Abreschio Auctar. Dilucc. p. 395. qui Phrynichum accumbendi et decumbendi significatum huic verbo detraxisse, non etiam recumbendi, arbitratur. Quod in textu legitur παρ' αὐτοῖς, quum in Ed. Pr. V. Ἀνασθητεύομαι, in posterioribus Σταθερός huic praesenti rubricae praecedat, in neutro autem Atticorum mentio occurrat, a Phrynicho neque hunc Nunnesianum, neque illum abecedarium ordinem institutum esse apparet.

a) Ed. Pr. Ἀντιβάλλειν, et ἑτέρως pro ἕτερον, omisso τί, postremo ὁποῖόν τι τὸ ἀνατ.

qui Sophoclem et Aristotelem proprios hujus verbi terminos confudisse, et ad accubitionem epularem transtulisse notat. Hoc sensu, quem etiam Herodianus p. 441. negat huic verbo inesse, dixerunt Polyb. XIII. 6. Athen. VII. 35. 58. Basil. Ep. 409. 428. A. Gregor. Naz. Or. XIV. 268. B. eoque etiam aberrarunt librarii in Xen. Cyr. II. 2. 5. Nunnesium ὑπὸ τῶν πολλῶν *a multis* reddentem reprehendit Scaliger; *quod improbandum est*, inquit, ὑπὸ τῶν πολλῶν *usurpari dicitur, quod probandum, id* ὑπὸ τῶν πλειόνων. Ad haec Pauwius: „Frustra distinctionem secretiorem inter τοὺς πολλούς et τοὺς πλείονας hic sibi confinxit Scaliger. *Πολλοί* pro multis ita habes in V. *Εὐθύ*, quanquam non deerunt, qui etiam ibi pro πολλοί scribendum esse existimabunt οἱ πολλοί, *vulgus*."

†) In Cornu Amaltheae (p. 15. b.) legitur diserte, τὸ ἀντιβάλλειν βιβλίον barbarum esse, elegans τὸ ἀνταναγνῶναι, aut ἀντεξετάσαι βιβλίον. Sed mirum, quod addit, idem valere τὸ ἀντιβάλλειν atque ἀνατιθέναι, nisi sit, quod τὸ ἀντιβάλλειν est cum altero commutare et ὁ μεταγινώσκων prius consilium cum posteriori commutat. *Nunnes.* Recte Nunnesius; ἀντιβάλλειν est aliud pro alio dare et unum pro altero substituere; ἀνατιθέναι simile praecipue in ludo et ψήφοις. *Pauw.* Apertum est omnibus, ἀντιτιθέναι legendum esse, non ἀνατιθέναι, quod cum verbo ἀντιβάλλειν nihil commune habet. Eustath. p. 1406. ἀντιβάλλειν τὸ ἀντιτιθέναι. Exemplaria scripta recognoscere

Σκορπίζεται: Ἑκαταῖος μὲν τοῦτο λέγει Ἴων ὤν· οἱ δ' Ἀττικοὶ σκεδάννυται φασί. [a]) †)

a) Correxi vulgatum Ἰώνων. Ed. Pr. V. Ἀττικοὶ δὲ pro οἱ δ' Ἀττικοί.

atque inter se conferre παραναγινώσκειν dicitur, ut ap. Plat. Theaet. p. 172. E. ὑπογραφὴ παραναγινωσκομένη, similiter in Ep. Socrat. XXX. p. 39. cf. Toup. ad Longin. Fragm. VI. 3. Pro simplici ἀναγνῶναι legitur Apollod. II. 4. 9. Hoc munus antiquariorum διορθωτικόν recentiores duobus verbis ἀντιβαλεῖν et ἀντεξετάσαι significare solent, quae Phrynichus etiam alio loco App. Soph. p. 27. negat pro ἀνταναγνῶναι bene graece dici. Ita Lexicon περὶ πνευμάτων a Valckenario editum: ἀντιγράφοις διαφόροις (*alternis lectionibus*) ἀντιβληθὲν καὶ ὀρθωθέν p. 207. Ἵνα ἀντιβάλῃς ὃ μετεγράψω καὶ κατορθώσῃς πρὸς τὸ ἀντίγραφον Euseb. H. Eccl. V. 20. 238. cf. Salmas. ad H. A. p. 785. T. II. Burmann. Nott. ad Vales. de Crit. p. 180. Neque id solum in comparatione librorum in exemplaria transscriptorum dicitur, sed etiam si quis quaelibet alia παράλληλα ἐξετάζει, ut v. c. ἕνα πρὸς ἕνα ἀντιβαλεῖν Damasc. Suid. s. Ἐπίκτητος, quod, qui integre et sincere loquuntur, ἀντιπαραβάλλειν dicere solent, Isocrat. ad Philipp. 60. 165. Plato Apol. p. 41. B. Aristot. Rhet. I. 9. 108. T. IV. Plutarch. de Glor. Athen. V. 92, T. IX. Apud Hesychium pro Παραμήνας, παραναγνούς, scribendum opinabar παραννείμας, i. q. παραναν είμας.

†) Atticae genti hoc verbum insolens, neque ante communis linguae incrementa extra ionicae dialecti fines evagatum esse videtur. Hac autem cum ceteris confusa Josephus Ant. VI. 6. 326. tum Plutarchus V. Timol. IV. 119. T. II. Lucianus Asin. 32. 170. T. 6. (ubi mulionem loquentem inducit) Strabo IV. 4. 6. 63. Aelian. V. H. XIII. 46. Geopp. II. 35. 72. XV. 5. 10^4. Photius Lex. p. 106. Etym. s. ἀναλίσκω, et simplici et composito διασκορπίζω usi sunt. Lexicis addatur περισκορπίζεται Olympiod. ad I. Meteor. p. 24.

Κατασχάσαι: ἰατροὶ μὲν χρώμενοι ἔχουσιν ἀπολογίαν, ὡς ὄντος παρὰ τοῖς ἀρχαίοις τοῦ ἔσχων ἀντὶ τοῦ ἔσχαζον καὶ ἐκέντουν. a) *ἀλλὰ κατανύξαι ἡμεῖς λέγομεν.* †)

---

a) Ed. Pr. V. *Ἰατροὶ μὲν τοῦτο λέγουσιν ἔχοντες ἀπολογίαν ὡς ὄντος π. τ. ἀ. τοῦ ἔσχον* (sic) *καὶ ἔσχαζον καὶ ἐκέντουν* etc.

†) Difficilis est plerumque verborum *σχάσαι*, *σχίσαι*, *λῦσαι*, *νύξαι*, *ἀνοῖξαι*, *ἀμύξαι* *) distinctio, quibus res simillimae, scarificatio, incisio et sanguinis detractio, significantur. *Σχάζειν τὴν φλέβα* Hipp. de Affect. c. II. 620. B. Xenoph. Hell. V. 4. 58. Aristot. H. An. IX. 21. 390. Plutarch. V. Ages. 27. 112. Dio Cass. LXIII. 17. 1059. ubi Leunclavius *σχίσαι* malebat. Schol. Arist. Nub. 408. *ἔσχων ἀττικῶς, ἔσχαζον*, quo fortasse respexit Phrynichus. Pro *ἀποσχάζειν*, quod Suidas e Platone comico, e Cratete Pollux producit, quodque Hipp. de Morb. I. 11. 547. C. T. VII. Aristot. H. An. III. 4. 98. Strabo III. p. 453. usurpant, *ἀποσχᾶν* legitur Hipp. de Morb. II. 12. 563. F. et Hesych. s. *Ἀποσχᾶν, ἀναιρεῖν*, pro quo non *διαιρεῖν*, sed *ἀφαιρεῖν* legendum est. Consentiens cum Phrynicho Pollux IV. 179. *κατασχάζειν* recentioribus tribuit, veteres autem *σχίζειν* vel *ἀποσχίζειν* dixisse. Pro *κατασχάζουσι (τὰ στελέχη)* Theophr. H. Pl. I. 8. Ed. vetus *κατασχοῦσι* praebet, i. e. *κατασχῶσι*; *κατασχᾶν* apud Hippocratem, *κατασχάζειν* et *κατασχασμὸς* apud recentiores medicos saepius legitur. v. Foesium s. *Σχάσθαι*.

*) In Geopp. XVII. 19. 1159. *περὶ τὴν οὐρὰν ἀνοίξαντες* perinde placet quam MS. *νύξαντες*, neque displiceat *ἀμύξαντες*. Lexicis adde *παραμύσσειν*, i. q. *παραχαράττειν*, Galen. de Comp. Med. p. Loc. IX. 2. 604. D.

'Ρέει, ζέει, πλέει. Ἰακὰ ταῦτα διαιρούμενα. λέγε οὖν ῥεῖ, ζεῖ, πλεῖ.

Ἐδέετο, ἐπλέετο. Ἰωνικὰ ταῦτα· ἡ δὲ Ἀττικὴ συνήθεια συναιρεῖ, ἐδεῖτο, ἐπλεῖτο, ἐῤῥεῖτο.

Προςδεῖσθαι λέγε, ἀλλὰ μὴ προςδέεσθαι διαιρῶν, ὡς Φαβωρῖνος λέγων ἁμαρτάνει. [a]) †)

---

a) Dispersos articulos contraxi, quorum postremum omittunt Ed. Pr. V.

†) Magni haec notatio momenti est ad intelligendum, quantae corruptelae viridem vegetamque Graecitatis senectam invaserint. Pravae consuetudinis, a Phrynicho reprehensae, scaturigines jam apud antiquiores hinc inde emicant, ut πλέει Thucyd. IV. 28. quo loco unus codex integer mansit vitii, δέεσθαι et προςδέεται e Xenophonte protulit Matthiae Gramm. Gr. p. 50. ἐδέετο Hell. VI. 1. 6. ἔπλεε 2. 27. πλέειν Aristot. Oec. II. 57. 28. ῥέει Aristot. H. An. VIII. 24. 1. Sed et huic Sylburgius contractam formam reddidit, et multo magis antiquiores Attici a librariorum dehonestamentis vindicandi sunt. Sed eorum, qui sequentur, nullus tantam habet elegantiae opinionem, ut invitis codicibus ad rectam rationem reduci debeat. Ἀποδέει Plut. Symp. VII. Q. I. 3. 286. et Paus. IX. 4. 13. δέει Philostr. Ep. XLVII. 935. δέεται Apollon. Synt. III. 32. 282. Aelian. H. An. I. 43. Liban. Ἐκφρ. p. 1062. T. IV. Sextus c. Log. II. 489. ἐπιδέεται Philo de Agricult. p. 191. E. ἐδέεσθε Aristid. de Soc. II. 498. δέεσθαι Sext. c. Mus. V. 363. Tertiae imperfecti personae, quam Phrynichus exempli loco proposuit, ut maximus usus, ita plurima sunt exempla: Ἐδέετο Dio Cass. XL. 41. 248. LIV. 30. 761. LVIII. 18. 890. Xenoph. Eph. III. 1. 53. Socrat. H. Eccl. V. 25. 304. Euseb. H. Eccl. V. 2. 211. Anna Comn. VII. 209. C. Grammaticorum exempla collegit Schaeferus ad Greg. p. 431. isque ipsis Atticis ionicae formae usum aliquem condonandum censet, connivente etiam Antiatticista Bekk. p. 94. ἐδέετο ἀντὶ τοῦ ἐδεῖτο.

Sed ut etiam contraria comparemus, de verbo δέω, i. e. δεσμεύω, quod veteres docti praecipiunt, id ex optimo-

rum scriptorum usu collectum derivatumque, sed a recentioribus non minus saepe migratum est, sive ipsi sunt in culpa, sive librariorum manus peccarunt. *Συνδέομεν* Plut. de Exil. VI. 371. T. X. *περιδέουσι* Praec. Polit. XXII. 202. T. XII. *συνδέουσι* Aelian. H. An. III. 13. len. de Oss. XXV. 24. D. T. IV. *συνδέον* Plut. de Sust. III. 57. de Is. et Os. 60. 186. saep. *δέοντες* Philostr. n. X. 879. Heliod. III. 113. VII. 5. 260. Plut. *π. Πο*-p. 297. T. VII. *κατέδεον* Appian. Bell. Pun. LXIII. *συνέδεον* Plut. Quaest. Rom. LXVII. 350. *συνδέομαι* og. La. IV. 54. *συνδέονται* Procop. Aedif. I. 4. 14. B. *ιδέονται* Athen. VII. 128. 198. *συνδεομένη* Plut. de Is. 165. *περιεδέοντο* Ath. XV. 16. 455. qui omnes subinde contractam formam, quam solam apud Atticos repe-sse videor, recurrunt. Portus autem, quum Dion. Hal. VIII. 29. 1569. T. IV. pro *ἀνεδούμην*, quam formam ille frequentat, *ἀνεδεόμην* proponeret, fecit aperte, quod fortasse multi pristinorum editorum clam et furtim. Blomfieldius, qui *θρούμενος* binis Aeschyli locis restituit ad Sept. c. Theb. p. 10., mox etiam inveniet, cui *ῥούμενος* et *πλούμενος* impertiat.

Alterum erat *ἔπλεε* et *ἐπλέετο*. *Πλέει* Max. Tyr. XXIX. 82. Suid. s. *Πειρᾷ*. *Πλέειν* Polyb. X. 9. huic scriptori insolitum, ideoque hoc loco magis suspectum est, quam apud Achill. Tat. IV. 12. 564. ubi pro *περὶ τὰς νομὰς πολὺς ἐγκάθηται* scribendum est *πηλός*. *Πλέε* Liban. de Fort. sua T. I. p. 24. *πλεέτω* Plut. V. Alcib. XIX. 26. *'Αναπλέει* osim. II. 26. 144. *παραπλέειν* Lucian. Calumn. n. cred. X. 55. T. 8. *ἔπλεε* Max. Tyr. XXIX. 77. *πλέεται* Ar-Erythr. p. 155. Huic adjungimus *ἐμπνέει* Lucian. A XXXVII. 300. T. V. *ἀναπνέει* Dial. Deor. XI. 35. T. *διαπνέεσθαι* Callistr. Statt. XIV. 907. *ἐπιπνέεται* — *ἐκπ* *αι* Galen. de Diffic. Resp. I. 13. 204. B. T. VII. *κα* *έεσθαι* Schol. Eur. Phoen. 1174. et quod Thomas p. cum omnibus similibus proscribit, *ἔθεε* Herodian. V. 97. Plut. V. Marc. XX. 315. T. II. *κατέθεε* Heliod. II. *παραθέειν* Anna IX. 246. B. *συμπαρέθεε* Zosim. II.

io memorandum est *ῥέειν* non contractum Arrian. A II. 29. 215. 30. 219. IV. 6. 267. VII. 21. 462. (sed etiam *ῥεῖν*.) Metagenes Ath. VI. 98. 534. Philostr. ag. II. 2. 811. 29. 853. Achill. Tat. II. 11. 156. Geo-

Ῥέει, ζέει, πλέει. Ἰωνικὰ ταῦτα διαιρούμενα. λέγε οὖν ῥεῖ, ζεῖ, πλεῖ.

Ἐδέετο, ἐπλέετο. Ἰωνικὰ ταῦτα· ἡ δὲ Ἀττικὴ συνήθεια συναιρεῖ, ἐδεῖτο, ἐπλεῖτο, ἐῤῥεῖτο. Προσδεῖσθαι λέγε, ἀλλὰ μὴ προσδέεσθαι διαιρῶν, ὡς Φαβωρῖνος λέγων ἁμαρτάνει. a) †)

---

a) Dispersos articulos contraxi, quorum postremum omittunt Ed. Pr. V.

†) Magni haec notatio momenti est ad intelligendum, quantae corruptelae viridem vegetamque Graecitatis senectam invaserint. Pravae consuetudinis, a Phrynicho reprehensae, scaturigines jam apud antiquiores hinc inde emicant, ut πλέει Thucyd. IV. 28. quo loco unus codex integer mansit vitii, δέεσθαι et προσδέεται e Xenophonte protulit Matthiae Gramm. Gr. p. 50. ἐδέετο Hell. VI. 1. 6. ἔπλεε 2. 27. πλέειν Aristot. Oec. II. 37. 28. ῥέει Aristot. H. An. VIII. 24. 1. Sed et huic Sylburgius contractam formam reddidit, et multo magis antiquiores Attici a librariorum dehonestamentis vindicandi sunt. Sed eorum, qui sequuntur, nullus tantam habet elegantiae opinionem, ut invitis codicibus ad rectam rationem reduci debeat. Ἀποδέει Plut. Symp. VII. Q. I. 3. 286. et Paus. IX. 4. 13. δέει Philostr. Ep. XLVII. 935. δέεται Apollon. Synt. III. 32. 282. Aelian. H. An. I. 43. Liban. Ἐκφρ. p. 1062. T. IV. Sextus c. Log. II. 489. ἐπιδέεται Philo de Agricult. p. 191. E. ἐδέεσθε Aristid. de Soc. II. 498. δέεσθαι Sext. c. Mus. V. 363. Tertiae imperfecti personae, quam Phrynichus exempli loco proposuit, ut maximus usus, ita plurima sunt exempla: Ἐδέετο Dio Cass. XL. 41. 248. LIV. 30. 761. LVIII. 18. 890. Xenoph. Eph. III. 1. 53. Socrat. H. Eccl. V. 25. 304. Euseb. H. Eccl. V. 2. 211. Anna Comn. VII. 209. C. Grammaticorum exempla collegit Schaeferus ad Greg. p. 431. isque ipsis Atticis ionicae formae usum aliquem condonandum censet, connivente etiam Antiatticista Bekk. p. 94. ἐδέετο ἀντὶ τοῦ ἐδεῖτο.

Sed ut etiam contraria comparemus, de verbo δέω, i. e. δεσμεύω, quod veteres docti praecipiunt, id ex optimo-

rum scriptorum usu collectum derivatumque, sed a recentioribus non minus saepe migratum est, sive ipsi sunt in culpa, sive librariorum manus peccarunt. *Συνδέομεν* Plut. de Exil. VI. 371. T. X. *περιδέουσι* Praec. Polit. XXXII. 202. T. XII. *συνδέουσι* Aelian. H. An. III. 15. Galen. de Oss. XXV. 24. D. T. IV. *συνδέον* Plut. de Superst. III. 57. de Is. et Os. 60. 186. saep. *δέοντες* Philostr. Icon. X. 879. Heliod. III. 115. VII. 5. 260. Plut. *π. Πολυφ.* p. 297. T. VII. *κατέδεον* Appian. Bell. Pun. LXIII. 384. *συνέδεον* Plut. Quaest. Rom. LXVII. 350. *συνδέομαι* Diog. La. IV. 54. *συνδέονται* Procop. Aedif. I. 4. 14. B. *περιδέονται* Athen. VII. 128. 198. *συνδεομένη* Plut. de Is. 48. 165. *περιεδέοντο* Ath. XV. 16. 455. qui omnes subinde ad contractam formam, quam solam apud Atticos reperisse videor, recurrunt. Portus autem, quum Dion. Hal. VIII. 29. 1569. T. IV. pro *ἀνεδούμην*, quam formam ille frequentat, *ἀνεδεόμην* proponeret, fecit aperte, quod fortasse multi pristinorum editorum clam et furtim. Blomfieldius, qui *θρούμενος* binis Aeschyli locis restituit ad Sept. c. Theb. p. 10., mox etiam inveniet, cui *ῥούμενος* et *πλούμενος* impertiat.

Alterum erat *ἔπλεε* et *ἐπλέετο*. *Πλέει* Max. Tyr. XXIX. 82. Suid. s. *Περᾷ*. *Πλέειν* Polyb. X. 9. huic scriptori insolitum, ideoque hoc loco magis suspectum est, quam apud Achill. Tat. IV. 12. 564. ubi pro *περὶ τὰς νομὰς πολὺς ἐγκάθηται* scribendum est *πηλός*. *Πλέε* Liban. de Fort. sua T. I. p. 24. *πλεέτω* Plut. V. Alcib. XIX. 26. *Ἀναπλέει* Zosim. II. 26. 144. *παραπλέειν* Lucian. Calumn. n. cred. XXX. 55. T. 8. *ἔπλεε* Max. Tyr. XXIX. 77. *πλέεται* Arrian. Erythr. p. 155. Huic adjungimus *ἐμπνέει* Lucian. Amor. XXXVII. 300. T. V. *ἀναπνέει* Dial. Deor. XI. 35. T. II. *διαπνέεσθαι* Callistr. Statt. XIV. 907. *ἐπιπνέεται* — *ἐκπνέεται* Galen. de Diffic. Resp. I. 13. 204. B. T. VII. *καταπνέεσθαι* Schol. Eur. Phoen. 1174. et quod Thomas p. 566. cum omnibus similibus proscribit, *ἔθεε* Herodian. V. 6. 197. Plut. V. Marc. XX. 315. T. II. *κατέθεε* Heliod. II. 12. *παραθέειν* Anna IX. 246. B. *συμπαρέθεε* Zosim. III. 19.

Tertio memorandum est *ῥέειν* non contractum Arrian. Alex. III. 29. 215. 30. 219. IV. 6. 267. VII. 21. 462. (sed idem etiam *ῥεῖν*.) Metagenes Ath. VI. 98. 534. Philostr. Imag. II. 2. 811. 29. 853. Achill. Tat. II. 11. 156. Geo-

Ἀρτοκόπος, *ἀδόκιμον. Χρὴ δὲ ἀρτοπόπον ἢ ἀρτοποιός λέγειν.* †)

---

ponn. II. 6. 97. *περιῤῥέεσθαι* Schol. Thucyd. I. 106. *παραῤῥέει* Zosim. II. 18.

Addit Thomas, non *ἔχεε*, sed *ἔχει* dicendum esse, quod praescriptum plerique servant, non evitata illa ambiguitate, cujus caussa Buttmannus putat diaeresin inductam esse. Ac si quis eo inclinet, ut *ἔχει* imperfecti, *ἔχεε* aoristi esse censeat, ut *κατέχεε* Arist. Nub. 74. Dem. c. Steph. 1124. Aristid. Rhod. p. 546. T. I. Alciphr. III. 53. *συνέχεε* Plat. Rep. II. 252. T. 6. Plut. V. Pelop. 25. 29. et saep. Paus. IV. 16. *ἐνέχεε* Pherecrat. Ath. p. 430. D. Lucian. Bis accus. 34. 97. *ἐξέχεε* Dial. Meretr. XV. 268. T. 8. Themist. II. 27. A. Synes. Insomn. p. 159. B. etc. etc., si igitur in his locis formam non contractam aoristi esse contendat (quem sane multi videntur pro imperfecto habuisse), tamen non diffitebitur, vitiosam diaeresin certis indiciis argui: *ἔγχεε* Doroth. Ath. IX. 78. 519. *ἐπίχεε* Diosc. I. 59. 25. a. 63. 27. a. et saepius, una cum contracto *ἐπίχει*, *κατάχεε* II. 87. 87. b. Clidem. Ath. IX. 78. 518. Zosim. V. 52. *καταχέεις* Galen. de Diff. Febr. I. 12. 125. E. T. VII. *μεταχεῖσθαι* Geopp. II. 8. 114. *συγχέειν* Eust. p. 388. Quid horum genuinum sit, tantum in iis scriptoribus probabiliter judicari licet, quorum aut codices multi et accurate recogniti extant, aut stilus nobis notior est; ut v. c. Aeliano, quem constat oratoria cacozelia atque nimia ornate dicendi cupiditate vocabulis poeticis avide inhiasse, delicias suas relinquemus, neque aegre feremus, eum *δέεται* H. An. I. 45. *ἐξέχεε* II. 50. *καταχέει* IX. 14. (fort. *καταχέοι*) *πλέειν* XIII. 18. *ζέειν* XIV. 16. et rursus *ἐνδεῖ*, *πλεῖ*, *προςνεῖ* etc. scripsisse. Sed *σιτέονται* Athen. XIV. 65. 569. et *ἐόντα* Apollod. III. 10. 3. venia indigna sunt.

†) Phrynichus App. p. 22. *Ἀρτοκοπήν: οὕτως Ἀττικοὶ διὰ τοῦ κ*· leg. *ἀρτοπόπον*. Scholion MS. ad Aristidem ab Abreschio prolatum: *Ἀρτοπόπος ἀπὸ τοῦ πέττειν καὶ ἀρτοκόπος ἀπὸ τοῦ κόπτειν· ἀρχαιότερον τὸ διὰ τοῦ π.* Sed haec scriptura tam molesta fuit librariis, ut fere omnibus

Ἐνθήκη: τὸ μὲν παρενθήκη ὅπως ὑπὸ Ἡροδότου [a]) εἴρηται, ὕστερον οψόμεθα· τὸ δὲ ἐνθήκη, ὡς οἱ πολλοὶ λέγουσιν, ἄτοπον. ἀφορμὴν γὰρ λέγουσιν οἱ ἀρχαῖοι. †)

---

a) Ed. Pr. παρ' Ἡροδότῳ. Phavorinus cum vulgata consentit, sed postrema ἀφορμὴν — ἀρχαῖοι omittit.

locis, quos pro ea Grammatici in testimonium adhibent, nunc ἀρτοκόπος vel ἀρτοποιός legatur; mansit vetus lectio in codice Libanii de Fort. sua p. 219. A Phrynicho autem non ἀρτοκόπος, cujus idoneos testes citat Pollux VII. 21., sed ἀρτοποιός damnatum esse, idque vocabulum primo loco, ἀρτοκόπος postremo reponi debere, mihi persuasum habeo. Nam hoc et Herodotus usus est binis locis I. 51. IX. 82., quorum in altero Athenaeus IV. 15. 41. ἀρτοποιός scripsit, idemque Xenophonti Anab. IV. 4. 21. et Plat. Gorg. 508. B. nuper e codd. pro ἀρτοπριός redditum. *) Athenaeo autem XIV. 57. 551. Schweighaeuserum ἀρτοποπικός nulla idonea causa pro ἀρτοκοπικός restituisse judico.

„Ἀρτοκόπος est qui panes discindit, κόπτει, elegantius igitur ἀρτοποιός s. ἀρτοπόπος a πέπω, πέπτω, πέσσω. „Πέω, πέσσω, πεύω· unde πευδρία, ἡ ἀρτοθήκη, et πευθείς, „ἑψηθείς ap. Hesych. quae vel unus vel nemo hodie in„telligit." *Pauw*. Certe non intellexit Pauwius. Apud eundem s. Ἀκριστιν, κλέπτριαν, ἀλετρίδα, legi debet πέπτριαν, quod s. Σιτοποιός occurrit, nullo jure sollicitatum; ἄλευρα πέψαι Plato Rep. II. 236. T. 6.

†) Locus, quem indicat, infra legitur in παραθήκη, ex quo hoc quoque loco παραθήκη legendum videtur. *Nunnes*. Ἐνθήκη est merx navibus imposita, in qua negotiantur homines; id ἀφορμή a veteribus dicebatur, quo nomine etiam pecunia occupata foenori, aut in qua ne-

*) Confiteor, etiam haec in suspicionem trahi posse. Lex. Rhet. p. 447. Ἀρτοπόπον καὶ Ἀττικοὶ καὶ Ἴωνες τὸν ἀρτοποιόν. ἔστι δὲ τὸ ἀρτοποπεῖν ἐν Μονοτρόπῳ Φρυνίχου. ex quo ipso Pollux l. c. ἀρτοκοπεῖν citat. Lexicis adde ἀρτοδαισία Procop. Bell. Vand. I. 13. 21.

Ἐξυπνισθῆναι οὐ χρὴ λέγειν, ἀλλ' ἀφυπνισθῆναι. †)

Βαλανοκλέπτης μὴ λέγε, ἀλλὰ βαλανειοκλέπτης. ††)

---

gotiantur; *occasio* (ut vertit Nunnesius) hic locum non habet. *Scaliger*. Παραθήκη huc non quadrat; v. Mauss. et Vales. ad Harpocr. s. Ἀφορμή. *Pauw*. Ἀφορμὴν οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν ὅπερ ἡμεῖς ἐνθήκην Argum. in Dem. Or. p. Phorm. p. 944. cf. Anecd. Bekk. p. 472. Turneb. Advers. VIII. 9. et quos Gesnerus in Thesauro s. *Entheca* citat. cf. Heusing. ad Vechner. Hell. p. 19.

†) Ἐξυπνίσαι uno ore damnant Herodianus Philet. p. 448. Moeris p. 61. Thomas 154. Ge. Lecap. p. 59. Lectt. Mosq. Id non solum apud Alexandrinos, ut Sturzius perhibet p. 167., sed etiam ap. Plutarch. V. Anton. 50. 99. T. 6. M. Antonin. VI. 31. 119. Eumath. Ism. I. 50. Gregor. Naz. Or. II. 62. B. Basil. Epp. T. II. 29. B. P. Patric. Excerpt. p. 28. C. Aesop. Fab. 284. 286. legitur. Apud Atticos Hemsterhusius ad Xen. Eph. p. 278. rarius quidem, sed tamen reperiri scribit; in quo haud dubie fallitur. Lexicis adde ἐξυπνοῦν, edormire, Schol. Ven. K. 98. (ἐξυπνωκώς), quod idem v. 186. et alii recentiores ἀφυπνοῦν s. ἀφυπνοῦσθαι dicunt, v. Coray ad Heliod. p. 295. et ἀφυπνώττειν Niceph. Bryen. II. 54. B. sed Nicet. Ann. II. 6. 48. B. ἀφυπνοῦν et Id. VII. 1. 115. D. Anna Comn. II. 51. D. ἀφυπνώττειν pro *obdormire* (καθυπνοῦν veteres) usurparunt. Ἀνυπνοῦν in Epist. Socrat. in ἀφυπνοῦν mutandum videtur.

††) Sic et Thomas monet non dicendum esse βαλλαντοκλέπτης, βαλλαντοτόμος, sed βαλλαντιοκλέπτης etc. *Nunnes.* Βαλλαντιοκλέπτης legendum esse in Ed. Paris. anno praeterito notabamus, et βαλλαντοκλέπτης. Nam quam ridiculum esset βαλανειοκλέπτης? id enim non esset qui in balneis furatur (fur balneariu. v. quos Taylorus citat ad Dem. p. 788. T. I. Nott.), sed qui balneas furaretur. quamvis in Gloss. βαλανοκλέπτης exponatur, quod non mirum est. Usurpatum enim suo aevo fuisse Phrynichus docet et reprehendit. *Scaliger*. Ubi in Gloss. βαλανοκλέπτης fur balnearius exponitur, male Scaliger reponit βαλλαντιο-

Βασίλισσα: οὐδεὶς τῶν ἀρχαίων εἶπεν, ἀλλὰ βασίλεια ἢ βασιλίς. Ἄλλως. Βασίλισσαν Ἀλκαῖόν φασι τὸν κωμῳδοποιὸν καὶ Ἀριστοτέλην ἐν τοῖς Ὁμήρου ἀπορήμασιν εἰρηκέναι. σὺ δὲ βασιλικὸς ἐπιστολεὺς ἐπιφανεὶς ἀνάλογον τῇ σαυτοῦ παρασκευῇ γεννικώτατον ἡμῖν ἐκόμισας μάρτυρα τὸν συγγράψαντα τὸν κατὰ Νεαίρας· ὃς διά τε τὰ ἄλλα ὑπωπτεύθη μὴ εἶναι Δημοσθένους, καὶ διὰ τὰ τοιαῦτα τῶν ἀδοκίμων ὀνομάτων. Τοῖς πλείοσιν οὖν πειθόμενοι βασίλειαν ἢ βασιλίδα λέγωμεν. οὕτω γὰρ ἂν διακρίνειν δόξαιμεν τό τε καλὸν καὶ τὸ αἰσχρόν. [a]) †)

---

a) Hoc modo ambo articuli continuantur in Ed Pr. et Vasc. alterum omisso voc. *ἄλλως* divulsum a priore Nunnesius edidit in ea parte libri, quam inscripsit *ἐπιτομὴ τοῦ αὐτοῦ*. Pauwius, „Inepta, inquit, repetitio; an haec descripta ex integro opere? Ita sane videtur." Phavorinus tantum priorem articulum transtulit; in secundo Ed. Pr. *ἀπομνημονεύμασι* pro *ἀπορήμασι* *), quod tuetur Antiatt. Bekk. p. 84. eosdem auctores citans. Eadem recte pro *ἐπιφανεὶς* exhibet *ἀποφανθεὶς*, quod et infra s. *Σύσσημον* in simili aversione positum est. Vulgatum *γεννικώτατον* correxi; in fine Ed. Pr. *ἂν* post *δόξαιμεν* rejecit.

κλέπτης et *βαλλαντοκλέπτης*, ipseque sibi in postremis contradicit. *Βαλανειοκλέπτης* est, qui in balneis furta exercet, qui balnea expilat, ratione metonymica, quam servat nostrum *Kerck-dief*. Non absimiliter *νυκτοκλέπτης*, qui noctu furatur, non qui noctem. *Pauw*. Mihi recte sensisse videtur Scaliger; pro *βαλλαντουργός*, quod ex Alciphr. Ep. I. 2. affert Hoeschelius, nunc *βαλαυστιουργός* legitur.

†) *Βασίλισσα* etiam Athenis in vulgari sermone receptum fuisse verisimile fit ex Triballi oratione semibarba-

*) *Ἀπορήματα Ὁμηρικά* Aristotelis Laertius memorat; in vita Aristot. quae praeposita est Ammonii Comment. in Categg. *προβλήματα Ὁμήρου* appellantur; in veteri tralatione vitae Aristotelis copiosae et eruditae, quae apud nos MS. in membranis servatur; ex hac nostra vita contracta est ea, quae vulgata est ab Aldo graece ante hypomnema Ammonii in Categorias, et satis quidem praepostere, ut aliquando ostendemus. *Nunnes.*

Σικχαίνομαι: τῷ ὄντι ναυτίας ἄξιον τοὔνομα. ἀλλ' ἐρεῖς βδελύττομαι, ὡς Ἀθηναῖος. [a]) †)

Γελάσιμον μὴ λέγε, ἀλλὰ γελοῖον.

Γελάσιμον: Στράττιν μὲν φασι τὸν κωμῳδοποιὸν εἰρηκέναι τοὔνομα, ἀλλ' ἡμεῖς οὐ τοῖς ἅπαξ εἰρημένοις προσέχομεν τὸν νοῦν, ἀλλὰ τοῖς πολλάκις κεχρημένοις· κέχρηται δὲ τὸ γελοῖον. [b]) ††)

---

a) *Ἀθηναῖος* Ed. Nunn. et Phavor. *Ἀθηναῖοι* Vasc.

b) Secundus articulus non est in Ed. Pr. et inepta est geminatio; quae librorum discrepantiam aperte prodit. *Pauw.* Ex inferiore loco alterum huc retraximus.

ra Arist. Avv. 1678. *Καλάνι κόραυνα καὶ μεγάλα βασιλισσαναῦ*, ut Brunckius edidit pro *βασιλιναῦ*, et ex eo quod archontis regis uxor hoc nomine vocata est, non apud Demosthenem solum, sed apud omnes qui de sacerdotio illo mentionem injecerunt. Quanquam in Or. c. Neaer. 1370. 16. MSS. exhibent rariorem formam a Menandro usurpatam *βασίλιννα*, quo inclinant etiam vulgatae olim in Aristoph. lectionis vestigia *βασιλιναῦ*. De regina generatim usurpat Aristot. Oecon. IX. cui et ipsi *βασίλεια* reddi malit Sturzius p. 151. quod equidem neque huic neque cuiquam posteriorum pervicacius offerendum puto. Interpretes sacri centenos enumerant detractatores; cumulum addidit Sturzius.

†) *Σικχαίνομαι* Aquila Exod. c. 1. *σικχαίνω* Genes. XXVII. *Hoeschel.* Moschopul. in Sched. ait *βδελύττομαι*, quod lingua communi *σικχαίνω* et *σικχάζομαι*, *fastidio*. *Nunnes.* Hesychius: *Σικχός, ὁ μικρόσιτος ἢ ὁ ἀηδής*. Sopingius ibi pessime *ἀσθενής* pro *ἀηδής*. Plura alias. *Pauw.* Verbi nulla antiquior memoria quam in Callimachi Epigrammate; hinc accedunt Arrianus et M. Antoninus V. 9. 87. Neque plus auctoritatis habet primitivum *σικχός* Plut. de Util. Inim. 271. T. 3. Athen. VI. 80. 503. *σικχασία* Moschio de Aff. Mul. p. 3. *σικχότης* Eust. 972.

††) Adjectivorum a futuris ductorum magna est in

Graeca lingua copia, *δράσιμος*, *θηράσιμος*, *ἰάσιμος*, *ὀνήσιμος*, *ἐγέρσιμος*, *περάσιμος* etc. quae vocalem futuri servant; variant autem, quorum futura ambigua sunt: ut ab *ἀρόσω* *ἀρόσιμος* Philo de Mund. Opif. p. 8. B. Theophr. Caus. Pl. III. 2. 266. Strab. VI. 2. 269. IX. 5. 19. Zosim. I. 69. Heliod. IX. 5. 355. Niceph. Greg. II. 6. 24. C. Etym. s. *Νεῖος*, Suid. s. *Πλέθρον*. v. Nott. ad Max. Tyr. V. 71. *) Sed obliti quidam, ut videtur, propriae futuri formae **) *ἀρώσιμος* protulerunt, quorum et Sophocles est et Philo de S. Mirac. I. 6. et Maxim. Tyr. V. 21. 71. ubi Marklandus praeter necessitatem *ἀρόσιμος* reponit. Cum illo aliquatenus comparari licet *αἰδήσιμος* apud Orpheum, nisi illud quoque *αἰδέσσιμος* scribendum est, ut *ἀκέσσιμος* scribitur apud Maximum. Namque haec omnia brevem retinent substantivi vocalem, *ἐφέσιμος*, *βάσιμος*, *ἐνδόσιμος*, *ἀποθέσιμος*, *προσβάσιμος* Priscus Hist. p. 41. D. Lexicis omissum, quorum ad similitudinem etiam *ἀρόσιμος* dicendum erat.

Ut ad rem veniam: *Γελάσιμος* (*catagelasimus* Plaut.) ante Lucianum Jup. Trag. 51. 284. T. 6. non videtur occurrere, neque causa erat novandi, quum *γελοῖος* s. *γέλοιος****) publice esset receptum. Verum ut pro *αἰδοῖος*, quod poetis cesserunt, *αἰδέσιμος* substitutum est, ita etiam illud, sed paucorum assensu, insinuavit. Similiter *κούριμος* et *κουρήσιμος*, *προσδόκιμος* et *προσδοκήσιμος* (ex Niceph. Br. III. 16. 79. D. Anna I. 38. A. addendum

*) *Ἄρομα*, quod Lexica ignorant, Aelian. H. An. VII. 8. XVI. 14. Procop. Aedif. IV. 73. C. Suid. s. v. *Ἄρωμα* Arist. Pac. 1158. Procop. V. 7. 117. A. quam formam Atticis tribuit Suid.: *Ἀρώματα οὐ τὰ θυμιάματα οἱ ἀττικοὶ, ἀλλὰ τὰ ἐσπαρμένα*, ubi male scribitur *ἀρόματα*.

**) *Ἀρώσας* Theophr. Caus. Pl. III. 26. 290. et *ἀρωτῆρες* Philostr. Iconn. X. 878. non magnopere me movent, nec codex Vatic. in Ep. *ἀδεσπ.* 450. *ἀρώσεις* pro *ἀρόσσεις* exhibens; *ἀρόσσαις* Apoll. Rh. III. 497. *ἤροσε* et *ἠρόθην* Soph. Oed. T. 1497. et 1485. *περιήροσε* Plut. Polit. Praec. 27. 190. T. XII. etc. sed illam dittographiam testatur Hesychii *Ἀρώσεις*.

***) De diversitate accentus Nunnesius ex Schol. Aristoph. Ammon. et Eustath. varias Grammaticorum sententias refert, quorum alii *λέγουσιν* attice, *γελοῖον* vulgariter scribi, alii eum qui risum movet, ut mimus aut actor urbicus, *γέλοιον*, sed risu dignum *γελοῖον* dici tradunt; quosdam contraria omnia censere docet, et modo *γελοῖον* antiquis Atticis adscribere, *γέλοιον* recentioribus, modo *γέλοιον* eum qui risum moveat, *γελοῖον* qui risu dignus sit, dici velle; quae hodie admonitione non indiget.

Ἀλεκτορὶς εὑρίσκεται ἐν τραγῳδίᾳ καὶ κωμῳδίᾳ a), λέγε δὲ ἀλεκτρυὼν, καὶ ἐπὶ θήλεος καὶ ἐπὶ ἄῤῥενος, ὡς οἱ παλαιοί. †)

a) Ed. Pr. V. ἐν τραγῳδίᾳ που καὶ κωμῳδίᾳ.

Lexx.) copulata sunt; quo loco non alienum est animadvertere, ut decrepita Graecitas adjectivis fixis deformatisque in novas species traducendis luxuriata fuerit. Sic pro σκληρός σκληρώδης Galen. de Typ. IV. 153. E. T. VII. Maneth. IV. 325. pro κρύφιος κρυφιώδης Nicet. Ann. III. 5. 54. C. XVI. 5. 322. et simili abundantia σωτηριώδης Galen. Theriac. I. 10. 944. E. T. 13. Heliod. X. 16. 415. Phot. Bibl. CCXXII. 597. Tages Brontosc. p. 249. Rutgers. γελοιώδης Procop. Bell. Gotth. IV. 21. 626. C. Menand. Prot. p. 106. B. Schol. Arist. Vesp. 564. θειώδης Philostr. Imagg. I. 27. 802. ἁπαλώδης Galen. An Arter. Sang. cont. II. 155. C. T. 5. σκαιώδης Schol. Arist. Vesp. 837. quae fere omnia a Lexicographis neglecta neque a Passowio V. Cl. de Em. Lexx. Rat. p. 115., qui haec accurate copioseque tractavit, observata sunt. Neque ἐχθρώδης, ἀπεραμνώδης, στενώδης, στυφελώδης etc. Atticistis placuisse arbitror, etsi haec productio nonnunquam ad notionem adjectivi circumscribendam paene necessaria atque ab antiquis scriptoribus (ut ab Hippocrate μαλθακώδης, ἀκινδυνώδης, στειρώδης, φιλυποστροφώδης) cum ratione ascita est. Neque incommode adjectiva nonnulla in ικος et ακος a principalibus producta sunt, ἀσθενικός, σωφρονικός, αὐθαδικός, ἰσχυρικός (Antiatt. Bekk. p. 100.), ἐμπειρικός (Idem pag. 95.), ad quae, ut rariora, Grammatici digitum intendere solent. Ex hoc genere Lexicis accedant ἀνδραγαθικός Hipp. de Artic. IV. 464. F. δυστροπικός Schol. Rann. 840. μεγαλικός Schol. in Gramm. Dionys. p. 800. κακοπραγμονικῶς Gregor. Naz. Or. XXIII. 433. A. De illis autem quid sentiam, ex comparatione latinorum vocabulorum *dubiosus, ridiculosus, decorosus, controversiosus, perfidiosus, nocturnalis, occidualis, manifestarius*, perspici volo, inter quae nonnulla sunt veluti privilegiaria, quibus exemplo optimi cujusque uti licet, quamvis ex universo genere novitas quaedam redoleat.

†) Par vocabulorum ἀλέκτωρ et ἀλεκτορίς, quorum alte-

Γλωσσίδας αὐλῶν ἢ ὑποδημάτων μὴ λέγε, ἀλλ', ὡς οἱ δόκιμοι a), γλώττας αὐλῶν, γλώττας ὑποδημάτων. †)

---

a) Ed. Pr. οἱ δοκιμώτατοι. Phavorinus vulgatum retinet.]

rum Thomae poeticum, alterum ne graecum quidem videtur, sat magnam antiquitatem habet; ἀλέκτωρ praeter Pindarum et Simonidem usurparunt Hippocr. Intern. affect. I. 639. C. T. 7. Aristoph. Vesp. 1490. (e Cratini cantilena decerptum) Plato Com. ap. Eust. 1479. 45. σὺ δὲ κοκκύζων (adde ὄρθρι') ἀλέκτωρ προκαλεῖται. Hinc in communem dialectum transiit; de quo ad Thomam satis multa dicta sunt. Ἀλεκτορίς Epicharm. Athen. II. 50. 220. Democrit. ap. Plutarch. de Sanit. p. 388. T. 7. Hippocr. de Nat. Puer. 36. 158. T. I. Aristot. de Gener. An. II. 7. 656. C. T. II. Hist. An. VI. 1. Dioscor. III. 50. 156. b. Plutarchus, Aelianus, Galenus, Alciphr. I. 27. Porphyr. V. P. XXXVI. 68. Nemes. Nat. Hom. XXV. 248. etc. quorum nullus Phrynicho nocet. Lexicis adde ἀλεκτρυόνειος (κρέας ἀλ.) Hipp. Int. Aff. X. 645. A. ἀλεκτορίσκος Babrii ap. Suid. s. Ταναγραῖοι, et ἀλεκτοριδεύς, cujus plurale fortasse Athen. IX. 15. 377. pro ἀλεκτορίδας restitui debet; pro ἀλεκτροφωνία, quod Schneiderus affert, scribendum est ἀλεκτοροφωνία Aesop. Fab. 79. 316. Niceph. Greg. IX. 14. 284. C. Anna Comn. II. 52. A. III. 88. C.

†) Phrynichus App. p. 32. Γλῶτται αὐλῶν καὶ γλῶτται ὑποδημάτων, ἃ γλωττίδας λέγουσιν οἱ ἀμαθεῖς. Plato Com. Athen. XV. 19. 466. καίτοι φορεῖτε γλῶσσαν ἐν ὑποδήμασι ambiguitate ludicra; γλῶσσαι αὐλῶν Aristot. de Audibil. pag. 786. E. T. II. Theophrast. H. Pl. IV. 12. 469. Dioscor. I. 115. 46. b. Philostr. Imagg. I. 20. 794. contra γλωσσὶς αὐλοῦ Lucian. Harmon. I. 157. T. 4. Theo Smyrn. Math. 13. 94. Schol. Arist. Ach. 681. Hesych. s. Παρεξηυλημένος et Eustath. p. 1330. γλωσσὶς σάλπιγγος Mechann. vett. p. 171. et 227. conf. Casp. Bartholin. de Tib. p. 61. Musgrav. ad Eur. Orest. p. 147. Quod Pauwius ambigit, ne Phrynichus non ipsum deminutivum, sed scripturam γλωσσίς pro γλωττίς reprehenderit, tam inepta est dubitatio, ut ipsa re tollatur.

Plutarch. V. Ages. 39. 131. T. IV. V. Caes. 49. 420. Arrian. Alex. III. 6. VII. 18. Dio Cass. XLII. 41. 330. Heliod. IX. 5. etc. Altera forma διώρυγες (Hipp. de Aer. et Loc. V. 83.) in Atticorum scriptis non deprehenditur; sed recentiores, Polybium, Diodorum, Strabonem, Pausaniam, partim ea sola, partim utraque communiter uti Hemsterhusius ad Thom. et Tzschuckius ad Pomp. Mel. Voll. II. P. III. 292. docuerunt. Sic etiam κατώρυξ (et βωλώρυξ laconicum Hesych.) ab Aeschylo et Sophocle per χ flectitur; neque aliter κατώρυχος (vitiose κατόρυχος Mechan. vett. p. 82.) et κατωρυχής, quod perperam ad κατώρυξ referunt, et νεωρυχής; per γ rursus ἀπώρυγες Geopp. V. 18. 359. et Hesych. s. v.

Restat ut de scriptura substantivi dicam. Simplex primitivum est ὄρυξ, cujus obliqui apud Vitruvium et Palladium per γ scribuntur; hinc est diminutivum ὀρύγιον e Suida s. Σκαπάνη addendum Lexicis; hinc sunt duo vocabula, pariter neglecta, ὁ ὀρυκτής, *fossor*, Aesop. Fab. 418. 272. Cor. et ὀρυκτίς, instrumentum poliorceticum, Anna Alex. XIII. 380. C. διορυκτίδων χελωνῶν etiam meminit Apollodorus Poliorc. p. 14. ubi margo διορυκτρίδων exhibet. v. Not. ad v. Σμῆγμα. Denique substantivum ὀρυχή (ut πτυχή), *fossio*, Philostr. V. Apoll. IV, 24. 163. V. 7. 194. Plut. Symp. III. Q. V. 1. 190. Appian. Syr. LVIII. 624. pro quo ὀρυγή Dion. Hal. IV. 59. 783. T. 2. Dioscor. IV. 151. 239. a. Tzetz. Chil. I. 915. Nicet. Ann. XXI. 4. 396. A. quam formam a Stephano erutam omisit rursus Schneiderus. Suidas: Διωρυχή, διάνοιξις τοίχων ἢ χωμάτων, διορυγὴ δὲ ἡ ὄρυξις; quo non significationis, sed scripturae diversitas traditur. Διορυχή brevi o et χ Philo *somn. mitt. a deo.* p. 517. B. Liban. Decl. T. I. 190. T. IV. 417. διορυγή brevi o et γ Themist. Or. II. 36. D. Apollod. Poliorc. p. 14. Tertium est διωρυχή Dem. de Halonn. p. 86. Polyaen. IV. 18. 148. Aristid. Rhod. 546. Smyrn. 233. et Panath. p. 130. ubi cod. quartam speciem διωρυγή praebet, quae legitur Plutarch. V. Fab. c. I. quo loco Stephanus Thes. T. II. p. 1481. D. veteres libros διόρυγες scriptum habere refert, et in Xenoph. Eph. III. 9. 68. Hic Locella aut διωρυχήν ad Thomae praeceptum aut certe διορυγήν scribendum censet, quorum neutrum fieri debet. Pari errore Bernardus ad Joseph. Ant. I. 9. 97. pro διωρυχάς s. διωρυγάς, ut in codd. legitur, aut διορυγάς scribendum aut vulgatum διώρυ-

χας retinendum esse decernit. *). Διωρυχή pro διώρυξ usurpatur haud incommode; non item hoc pro illo. Schol. ad Gregor. Naz. Or. I. p. 54. Montac. Διώρυξ ἐστὶν αὐτὸς ὁ πορθμὸς, διωρυχὴ δὲ αὐτὸ τὸ διορύσσειν, ἵνα διώρυξ ᾖ (leg. διορυγῇ) πορθμός. Λέγεται δὲ καὶ ταύτην ἔχειν τὴν διαφορὰν ἡ διωρυχὴ πρὸς τὴν διώρυχα, ἣν ἔχει ἡ ἐλευθέρωσις πρὸς τὴν ἐλευθερίαν.

Hujus igitur generis libera est mensura; in longioribus autem quaeritur apta longitudinum et brevitatum vicissitudo. Cyrillus in Matth. Gloss. p. 20. φρεώρυξ καὶ φρεώρυχος — φρεορύκτης δὲ μικρόν. Suidas: Φρεορύκτης, φρεωρύχος δέ. καὶ φρεατορύκτης καὶ φρεωρυκτῶ ῥῆμα, φρεορυχῶ δέ. Ratio contrarium exigit: φρεορυκτῶ ῥῆμα· φρεωρυχῶ δέ. Zonaras p. 1618. ῥιζωρυχῶ, ῥιζορυκτῶ δέ, quae minime sollicitari debebant. Et sic φρεωρυχεῖν, ῥιζωρυχεῖν, χρυσωρυχειν ubique scribitur. Apud Suidam et Etymologum male τοιχωρύκτης editum pro τοιχορύκτης; sic χρυσορύκτης Socrat. H. Eccl. VII. 17. 361. Basil. Gramm. p. 609., νεκρορύκτης, φρεατορύκτης, quod e Suida et Etym. 799. 41. addendum Lexicis. Novitiam esse hanc terminationem ex eo conjicio, quod in crebro usu alterius formae, τοιχωρύχος, τυμβωρύχος, ταφρώρυχος (Diog. La. IV. 23. 241.), ὀφθαλμώρυχος (tam belle sibi in accentu constant), neque exempla ejus apud veteres reperiuntur, neque propagines hinc ducuntur ullae, sed ab illa potius terminatione μιλτωρυχία, τοιχωρυχία, φρεωρυχία, tum χρυσωρύχιον Agatharch. Mar. Rubr. pag. 23. Strabo V. 1. 12. 119. Arrian. Erythr. p. 117. vel χρυσορυχεῖον Strab. III. 2. 390. (146.) χαλκορυχεῖον Theophrast. de Lap. p. 395. et 398. et vitiose σιδηρωρυχεῖον Ptolem. Geogr. II. 11. 53. Montan. quo Lexica locupletari possunt; adde etiam γεωρυχία Aelian. H. An. VI. 43. βολβωρυχεῖν Phryn. App. p. 30. φρεωρυχικός Eustath. p. 1533. 10. et Etym. s. τορός. Διόρυξ contra a Stephano et Schaefero ad Schol. Apoll. p. 214. probatum subvereor ne his patronis non satis dignum reperiatur; neque sincerius videtur Ἀπόρυξ Hesychii.

*) Etiam Hoeschelius suspicatur Joseph. Origg. II. 5. τὸν ποταμὸν εἰς διωρυχὰς διατεμεῖν legendum esse διώρυχας, ut L. VI. 39. de Exc. Hieros. Idem haec notavit: „Ἀπώρυξ, χος, Athen. L. III. διώρυχος Esai. 19, 33. et hoc quidem cap. contra quam alibi genere masc. Ἡ κατώρυξ, χος, Procop. Goth. IV. Aliud est διορυχὴ φρεάτων, puteorum effossio, Philo de Somn. διορυγὴ autem fossa, Plut. V. Fabii."

Δίκρανον: τοῦτο οἱ ἀρχαῖοι δικροῦν καλοῦσιν. †)

---

†) Δίκρανα Erotianus interpretatur εἰς δύο διῃρημένα, οἷον δίχηλα καὶ δικόρυφα. eodem fere modo explicant Schol. Aristoph. Sud. et Etym. Thomas admonet, praeferendum esse δικροῦν sono inflexo in ultima, non δίκρουν, quia sit ex δίκροον. *Nunnes.* Δίκρουν contractum ex δίκροον. Aretae. Δικρόα κιονίς. Clem. Al. Paed. II. 10. de lepore: ἔχει τὴν ὑστέραν δικρόαν. *Hoeschel.* Δίκρανον est a κράνον, δικρόον a κέρος pro κέρας, unde etiam κεροβάτης, κερουλκός. Et sic δικρόον de bifidis emaculatius est quam δίκρανον. *Pauw.* Grammatici veteres hoc δικρόος modo a κέρος s. κέρας derivant, modo e δίκαρος amputatum, modo e δίκορος transpositione elementorum ortum esse volunt; nobis, ut δίκελλα a κέλλω, sic a κρόω δικρόος deducendum videtur, quod cum δικραής, δίκραιος, δίκραιρος et δίκρανος communem fere significatum, sed non parem auctoritatem habet. Δικρόος αἰχμή auctor parvae Iliadis in Schol. Venet. ad O. 142. δικρόος ἄρδις e Lesche citat Scaliger ad Euseb. MCCCLX. p. 82. δικρόον εἰς ἀμαξιτόν Eur. El. 775. fortassis pro δίκροτον scribendum. Δίκροοι non contractum Aristot. H. An. IV. 2. 139. δικρόων 4. 151. sed longe frequentior est contractio, plerumque in codd. servata, v. IV. 2. 137. 4. 150. et nott. Theophr. H. Pl. IX. 9. Caus. Pl. IV. 7. δίκρους τένων Galen. de Oss. Nat. I. 7. 39. B. de Us. Part. II. 5. 319. E. et saepius. Τὸ δίκρουν Plato Tim. 78. A. Aristot. H. An. X. 5. 416. τῷ δίκρῳ τένοντι Galen. de Oss. Nat. III. 4. 74. (δικρόῳ I. 4. 55.) T. IV. δίκροι καὶ παχεῖαι de Us. Part. XII. 16. 608. D. δικροῖς Aristoph. Pac. 637. (unde ap. Pollucem modo δίκροις, modo δικροῖς scribitur.) Pro ξύλον διπλοῦν Plutarch. Quaest. Rom. LXX. 351. T. III., *furcam* significans, mihi δικροῦν scripsisse videtur, ut δίκρουν ξύλον Athen. VI. 42. 432. et Hesychius s. καραβαία. Idem Schaeferus Artemidoro V. 74. pro δίχρουν restituit. Femininum sibi magis constat, δικρόαν γλῶσσαν Aristot. Part. An. II. 18. 510. D. et saep. δικρόα ὑστέρα H. An. III. 1. 86. etc. δικρόα ξύλα. Fuit igitur Phrynicho satis rationis, cur δικροῦν magis probaret quam δίκρανον, quod praeter Grammaticos usurpavit Lucianus.

Mirabilis autem accentus inconstantia orta est ex con-

fusione canonum. Alii enim, ut διπλόος διπλοῦς, sic δικρόος δικροῦς scripserunt, et in feminino δικρόα, ut ἀθρόα; alii vero, compositorum communium exemplum sequentes, ὁ et ἡ δίκροος s. δίκρους scribendum putarunt; alii denique originis ignorantia ad δίκρος δίκρα aberrarunt. Δίκρος bis ap. Etymol. legitur p. 276. 21. et 587. 43. δίκρα ὄψις pro διπλῆ ex Aeschylo refert Hesychius, δίκρῃ Apoll. Rh. I. 1465. v. Brunck. ad IV. 1613. Ceterum Grammaticos, recentiores praesertim, in hoc toto genere τῶν ὁλοκαθῶν saepe, quid sequerentur, parum exploratum habuisse, deprehendere licet ex eo, quod alias ἄθρους, alias ἀθροῦς scribebant, itemque inter εὔξόου (ut εὐνόου) et εὔξου (ut χρυσοῦ), v. Schol. Ven. ad *K.* 373., inter ἁλίπλοα et ἁλιπλόα, v. ad *M.* 26., ancipites haerebant. Tzetzes ad Lyc. 521. Διπλοῖ περισπαστέον, διπλός δὲ κυρίως καὶ ἐξ αὐτοῦ διπλοί ὀξυτόνως, unde διπλότερα Appian. Praef. H. R. IX. 13. et Matth. XXIII. 15. quam ipsam scribendi rationem a recentioribus quibusdam Grammaticis probatam esse ex simili Philemonis p. 50. decreto a Zonara T. I. p. 868. repetito colligitur: Ἐρεοῦν καὶ λινοῦν περισπᾶται· τὰ πληθυντικὰ τούτων συστέλλουσι, λινά καὶ ἐρέα (ἐρεά)· οἱ δὲ ἀττικοὶ τὰ οὐδέτερα πληθυντικὰ ὁμοίως τοῖς ἑνικοῖς περισπῶσιν, ἀργυρᾶ, πορφυρᾶ etc. In hac haeresi plures fuerunt antiquarii, qui πορφυρά *) Lucian. Merc. Cond. 41. 264. male defensum a Dorvillio ad Char. pag. 535. λινή Joseph. Antt. XX. 977. Apoll. Tyan. Ep. VIII. 387. Olear. λεοντῆ Lucian. Necyom. init. et id generis alia inquinamenta advexerunt, illecti fortasse similitudine comparativorum, πορφυρώτατος, χρυσότερος, qui duobus exemplis innotuit, v. Demetr. Phal. de Eloc. c. 127. et Schneideri notam. Ex illo genere multa recentior Graecitas delibavit, διπλός, χρυσοχός, v. Coray ad Isocr. p. 278. quibus nomina propria et appellativa antiquitus insita, Φέρεκλος, Ἴφικλος, Καλλῖνος, μέσαβος, δίκλις, χείμαῤῥος, νωδός, ἀντηρίς (siquidem Grammatici verum dicunt) exemplum et auctoritatem dederunt. [Conf. praefat. ad Schol. Apollon. Rhod. p. XV. *G. H. S.*]

*) In Athen. X. c. 18. βίου δὲ πορφυροῦς θαλάσσιος Euripides πορφυρέας scripsisse videtur.

Διόσκουροι, ὀρθότερον *Διόσκοροι*. γελάσεις οὖν τοὺς σὺν τῷ ῡ λέγοντας. †)

---

†) Veteratoria quadam subtilitate Herodianus Philet. p. 445.: *Διόσκουροι* σὺν τῷ ῡ, ὅταν πληθυντικῶς λέγωνται, τὼ *Διοσκόρω* δὲ ἄνευ τοῦ ῡ. Nimirum enim natura ita comparatum est, ut dualis numeri longe major sit usus, apud veteres praesertim, quam plurativi nominis. *Διοσκόρω* Eur. Or. 459. Arist. Pac. 285. Conc. 1069. Amphis Ath. XIV. 49. 530. Lucian. Gall. 20. 320. Dial. Meretr. 14. 267. Atque haec ipsa causa fuit, cur atticismus in hac formula, in qua fixus et fundatus erat, diutissime retineretur; certe Themistius inter delicias Atticionum numerat τὸ δήπουθεν καὶ τὸ κἄπειτα καὶ τὸ *Διοσκόρω* Or. XXI. 253. D. Genitivus est in illo Menandri versu a Grammaticis decantato ὁ θάτερος μὲν τοῖν δυοῖν *Διοσκόροιν*. *Τῶν Διοσκόρων* Plato Legg. VII. 796. B. sed *Διοσκούρω* Plat. Euthyd. 293. A. *Διοσκούρων* Thucyd. III. 75. unico codice germanam scripturam servante. *Διοσκουρεῖον* (cod. διοσκούριον) IV. 110. et Dem. fals. leg. pag. 390. 26. ubi uterque Augustanus *Διοσκόριον* tuetur. In recentiorum scriptis exempla hujus generis ita spissantur (vid. Dion. Hal. VI. 13. 1068. Diod. IV. 53. Philo Legat. ad Caj. p. 1003. B. Plutarch. V. Aemil. 23. 201. Gracch. II. 204. Lucian. Navig. IX. 162. T. 8. Charidem. III. 270. Philostr. Imag. II. 15. 832. Aristid. Plat. I. 56. T. II. Himer. Or. 25. 786. etc. etc.), ut attica forma ne tum quidem satis tuto reponatur, ubi ex uno aut altero chirographo emerserit, velut Diod. IV. 42. Liban. Ep. MCXL. 543. DCCLV. 363. Himer. Or. V. 478. cf. Schaef. ad Greg. p. 300. Ac perrarum est, ut in ea libri editi et scripti conspirent, ut Plut. V. Coriol. III. 61. Lysand. XII. 143. Alex. L. 322. Dio Chr. XI. 325. — Verum ista scripturae discrepantia ab ipsis vocabuli stirpibus progenerata est: κόρη in pedestri sermone tritissimum hac una forma gaudet; κόρος et κοῦρος tantum in certa formula usurpatur: κούρῳ καὶ κόρῃ Plat. Legg. VI. 785. A. cui statim succedit rectius κόρῳ. κόρου καὶ κόρης VII. 793. D. κόρους καὶ κόρας pag. 796. B. κόραις καὶ κόραις Plutarch. Institt. Laconn. p. 254. T. 8. Dio Chr. Euboic. VII. 274. τοὺς κόρους καὶ τὰς κόρας Poll. VIII. 107. ubi MS. κούρους, eoque modo κού-

Ἔφης: ἔστι μὲν παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, ἀλλ' ὀλίγον· τὸ δὲ πλεῖστον ἔφησθα. [a]) †)

---

a) Phavor. ab utraque Ed. discrepans τὸ δὲ πλεῖον ἔφησθα.

ρους καὶ κόρας Apollod. III. 12, 3. 15, 8. Harpocr. s. Κοροπλάθους, Schol. Arist. Acharn. 146. Diod. S. IV. 61. et 77. κούρους ἑπτὰ καὶ τὰς ἴσας κόρας, quorum priore loco cod. κόρους tenuit. In Tragicorum diverbiis attica forma tantam habet constantiam, ut Valckenarius non dubitaverit in Eur. Fragm. Meleagri VI. pro κοῦροι reponere κόροι. Mansit veteris dialecti nota in vocc. Κουρεῶτις, Κουρεῖον, Κουροτρόφος; atticae prolationis proprietatem servat Διοσκόριον; discrepant nomina propria Διοςκορίδης Philostr. V. Apoll. IV. 39. 178. et Διοςκουρίδης V. 45. 227. Dioscorias et Dioscurias, v. Tzschucke ad Melam Nott. Crit. P. I. 609. Hoeschelius notat, in Philon. p. 513. pro Διοςκόρους ἐκαλέσαντο περὶ τῆς ἑτερημέρου ζωῆς αὐτῶν προςτερατευσάμενοι διήγημα in MS. legi Διοςκούρους ἐκάλεσαν, τὸ περὶ τῆς ἑτερημερίας αὐτῶν π. δ.

†) Ἔφης tam pauca habet idoneae auctoritatis exempla (Plato Gorg. 466. E. 496. A. Xenoph. Cyrop. IV. 1. 25. Isocr. Bus. 5. 367.), ut et Phrynichi mirer verecundiam (praesertim cum affine ἦς, quod nihilo melius est, tam grave subierit judicium) et Marklando succenseam hanc formam Lysiae inculcanti Areop. p. 279. Posterioris aetatis scriptores eam neque cupide arripuerunt neque valde repudiarunt, sed libere, quo stylus ferret, sequuti sunt; ita ἔφης Dio Chr. XIV. 438. Plutarch. de Sanit. 527. T. 7. Lucian. Dial. Meretr. VI. 221. Fugitiv. V. 310. et permultis aliis locis, Aristid. Plat. II. 244. Athen. III. 52. 388. Callistrat. Stat. II. 892. Liban. Ep. 18. 6. etc. iidemque etiam forma auctiore uti solent. Ex quatuor illis, quae Grammatici Atticis nominatim tribuunt, quaeque etiam apud Homerum illam prosparalepsin, sive malumus, παρασχηματισμόν habent, duo absolvimus. Totidem restant: οἶδας Arist. Lys. 376. Comicus Athen. IX. 412. Xenoph. Mem. IV. 6. 6. Gorgias p. Palam. p. 114. T. 8. Philemon Ath. IV. 77. 180. Dio Chr. II. 77. IV. 148. Philo Migr. Abr. 389. E. de Carit. 704. B. Plutarch.

Ὑστερίζειν τῷ καιρῷ οὐ λέγεται, ἀλλ' ὑστερίζειν τοῦ καιροῦ. Φαβωρῖνος δὲ οὐχ ὑγιῶς κατὰ δοτικὴν συντάττει. a) †)

---

a) Hic articulus binis locis legitur in Ed. Nunn. Priore loco Ed. Pr. ὑστερίζειν δὲ τοῦ κ. pro ἀλλ' ὑστ. τ. κ. et κατὰ δοτικήν, quod vulgato καὶ κατὰ δοτ. praetuli. Alterum sub initium libri tertii e suo cod. edidit Nunnesius, iisdem verbis comprehensum, nisi quod pro οὐ λέγεται scribitur οὐ λέγουσιν οὕτως et οὕτω συντάττει in fine.

V. Anton. 18. 97. T. 6. Philostr. V. Soph. II. 5. 574. Lucian. Catapl. II. 173. Alciphr. Ep. I. 29. etc. cf. Monk. ad Alcest. 796. et ᾔδεις Arist. Thesm. 554. Nub. 329. Dem. de Cor. 293. 8. 314. 15. Comicus ap. Plut. Consol. p. 340. T. 7. Plut. V. Lucull. 41. 340. Lysand. 23. 164. Pomp. 75. 236. et saepissime apud Lucianum et Libanium; in quae quantum sibi librarii erogaverint, hodie judicari nequit. Eadem dubitatio est de διεξῄεις Dem. de Cor. 232. Lucian. Apol. p. Merc. Cond. I. Athen. I. 3. 8. etc. περιῄεις Dinarch. c. Dem. p. 28. Aeschin. c. Ctesiph. 551.

†) Tempus definitum modo in dativo ponitur, ὑστέρισαν μιῇ ἡμέρῃ τῆς συγκειμένης Herodo. VI. 89. ut προτερεῖ ἡμέραις τριάκοντα Theophr. H. Pl. VIII. 3. et προτρέχει εἴκοσιν ἡμέραις VIII. 8. ἡμέρᾳ μιᾷ ὑστέρησαν μάχης Aristid. Panath. 141. T. I., modo in accusativo, ὑστερῆσαι τῆς μάχης πέντε ἡμέρας Xen. Anab. I. 7. 12. Res autem, in qua quis deficit, in dativo: ὑστερίζειν τοῖς λόγοις τινός Aristot. Rhetor. ad Alex. pag. 16. T. V. ὑστερεῖν ἐμπειρίᾳ Plato Rep. VII. 178. T. 9. ὑστερήσας τῇ διώξει Thucyd. I. 134. τῇ βοηθείᾳ Dem. c. Theocr. 1346. καθυστερεῖν τῇ διώξει Plut. V. Crass. XXIX. 453. T. 3. ut ὀψίζειν εἰς βοήθειαν Eustath. p. 249. Sed quod plerumque, in quo quis deficitur, id non obtinet, ad commune illud verborum carendi et privandi regimen transitur: τοῖς καιροῖς ἀκολουθεῖν καὶ μηδενὸς ὑστερίζειν Dem. c. Timocr. 730. τῆς διώξεως Apollod. I. 9. 24. τῆς παρουσίας Polyb. V. 20. ut et ὠψίσθη τῆς ἀναγωγῆς Heliod. V. 22. 204. et quo expressior est haec carendi significatio, tanto magis hic requiritur casus: ὑστερεῖσθαι τῆς ἑτέρας χειρός Socrat. H. Eccl. I. 29. 66. v. Ruhnk. ad Tim. p. 51. μήτε οἴνου μήτε ὕδατος ὑστε-

Παραβόλιον: ἀδόκιμον τοῦτο. τῷ μὲν οὖν ὀνόματι οὐ χρῶνται οἱ παλαιοὶ, τῷ δὲ ῥήματι. φασὶ γὰρ οὕτω, παραβάλλομαι τῇ ἐμαυτοῦ κεφαλῇ. ἐχρῆν οὖν κἀπὶ τούτων λέγειν, παραβάλλομαι ἀργυρίῳ. [a]) †)

Στατός, ὁ τῶν αὐλητῶν χιτὼν οὐ λέγεται, ὡς Φαβωρῖνος, ἀλλ' ὀρθοστάδιος χιτών. [b]) ††)

---

a) Ed. Pr. et Phavor. πράγματι exhibet pro ῥήματι, et οὐ κέχρηνται pro χρῶνται, et φασὶ γοῦν οὕτω pro γάρ, et ἐχρῆν κἀπὶ, omisso οὖν.

b) Articulus hic omissus in Ed. Pr. et Phavor.

ῥηθῆναι Joseph. Antt. XV. 7. 759. Ex his concluditur, ὑστερίζειν τοῦ καιροῦ Dem. de Cor. 260. 15. Agatharch. Mar. Rubr. Arrian. Alex. IV. 13. 251. melius dici quam τῷ καιρῷ Plut. V. Caes. XXXVII. 304. T. 4. Joseph. Antiqq. XIX. 1. 918., si hoc significatur: occasionem rei gerendae praetermittere.

†) Polluci παραβόλιον est sportula, quae in provocatione ad aliud judicium ab appellatore deponebatur. *Nunnes*. Παραβόλιον proprie significat pignus, in quod sponsio fit, ut non solum ex istis Phrynichi colligitur, sed etiam ex veteri libro Astrampsychi, in quo crebro hoc iteratur: παραβόλιον θὲς, *depone pignus*, in quod sponsio fit. Ovidius: *et ut credas, pignora certa dabo*, παραβόλιον θήσω. *Scaliger*.

††) Eadem στάδιος χιτών Callimacho ap. Eustath. Hanc rectam tunicam prima apud Romanos dicitur texuisse Caja Caecilia, Plin. Est autem ὀρθοστάδιος χιτών, ut Pollux ait VII. 49., tunica, quae non est cincta, quam ὀρθοσταδίαν appellavit Aristoph. Vide, an haec sit tunica soluta Tibulli. Hesyc. Sud. Eustath. p. 1166. 50. aliam tunicam faciunt στατόν, quae est recta, aliam συρτόν, quae est fortasse ea, quae *laxa fluensque* ab Ovidio appellatur. Ὁ στατὸς χιτὼν habebat ὑπόκομμα, i. e. aliquid concisum, qua parte, opinor, caput exserendum erat. *Nunnes*. Apud Hesych. lego ὑπόκομμα οὐκ ἔχοντες, *non habentes repli-*

Παιδίσκη: τοῦτο ἐπὶ τῆς θεραπαίνης οἱ νῦν τιθέασιν. οἱ δ' ἀρχαῖοι ἐπὶ τῆς νεάνιδος, οἷς ἀκολουθητέον. †)

---

cam. In Gloss. *Replica*, ἀνακολαφίς, χιτὼν ὀρθοστάδιος, qui a rectis et stantibus texitur superne deorsum. Itaque totus est ἄῤῥαφος, ut tunica Jesu Christi. At alii χιτῶνες intercisi erant in loco praecincturae, i. e. habent ῥαφὴν in praecinctura, ut saga hodierna. Hesych. vocat ὑπόκομμα, quia revera aliae tunicae erant intercisae, tanquam inferiores partes superioribus assutae. At στατὸς χιτὼν totus planus et perpetuus superne deorsum erat. Ideo recte χιτὼν μὴ ζωννύμενος exponitur a Polluce; non quod cingulo stringi non posset, sed quia locum praecincturae non habet. Insecta animalcula ita dicta sunt, quia habent ὑπόκομμα. Sunt enim quasi in medio intercisa. *Scaliger.* De his rectius Salmasius ad Tertulliani Pallium. *Pauw.* Στάδιος χιτών Callim. Fr. LIX. στατοὺς καὶ ξυστίδας καὶ τὸν ἄλλον ἐναγώνιον κόσμον Plut. Alcib. 32. 47. κιθάραν καὶ ὀρθοστάδιον καὶ κοθόρνους Dio Cass. LXIII. 22. 1042. v. ad Hesych. s. Ὀρθοστ. et Κιμβερικά. De re jam a multis tractata non est quod plura addam.

†) Thomas p. 671. Atticos ait παιδίσκη et παιδισκάριον tam in libera quam in serva, ceteros vero Graecos in ancilla tantum; eosdemque Atticos τὸ παιδάριον in filiis et filiabus dicere, ceteros autem in maribus solum. *Nunnes.* Phrynichus minime omnium negat, puellam servilis conditionis παιδίσκην appellari, sed hoc breviter dicit, quod Moeris p. 319. et Thomas pluribus verbis, aetatis hoc esse proprium κατηγόρημα, non conditionis. Itaque παιδίσκη ingenua puella dicitur Xenoph. Anab. IV. 3. 11. Menand. p. 110. Plut. Praec. Conj. p. 415. T. VII. V. Cic. XLI. p. 566. T. V. Polyb. XIV. 1. Lucian. Dial. Mer. XIII. 261. T. VIII. Asin. LI. 193. Sed quia παιδίσκη, ut Ammonius scribit, πᾶσα ἡ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν ἔχουσα dicitur, nulla ratio vetat, etiam servas juvenes hoc nomine insignire, quemadmodum fecerunt Herodo. I. 93. Lysias Apol. Erat. p. 14. c. Agorat. 489. Dem. c. Neaer. 1351. Isaeus de Philoct. p. 134. Neque aliter nos famulas non admodum vetulas *puellas* vocamus, easdemque Graeci familiariter θυγατέρας salutant. v. Lennep.

Παῖξαι: Δωριεῖς διὰ τοῦ ξ, ὁ δὲ Ἀττικὸς παῖσαι. καὶ παίσατε καὶ συμπαίστης διὰ τοῦ σ ἐρεῖς. a) †)

a) Idem Phavorinus, apud quem rectius legitur ἐρεῖ tertia persona. *Nunnes.* Ἐρεῖς bonum est, si ab Ἀττικὸς separetur et tribuatur lectori, quo pertinet punctum post παῖσαι in Ed. Pr. quae et καὶ παίσατε διὰ τοῦ σ καὶ συμπαίστης exhibet, hoc operarum manifesto errore. *Pauw.*

ad Phalar. p. 360. Quis jam ex hoc concludat, ancillas quaslibet et in omni genere et loco sermonis *filias* et *puellas* nominari? Ita concidunt omnia, quae a viris doctis contra Phrynichum et Thomam disputata sunt, apud quem ἁπλῶς non ad Ἕλληνες, sed ad παιδίσκη pertinet. Verum Hesychius contra Phrynichi praeceptum peccavit, haec scribens: Σηκίλλαι, αἱ ταμίαι (male ταμεῖον reponunt) παιδίσκαι, et, quomodo mihi quidem videtur, etiam Hippocrates Epid. VII. 123. p. 594. D. τῷ μειρακίῳ τῆς παιδίσκης, cum Theophrasto in testamento Diog. V. 54. 297. Eumathio Ism. VI. p. 252. IX. 404. ed. Teuch. omnibusque iis, qui quum proprie servas significare volunt, illo communi servarum et ingenuarum utuntur nomine. Παιδάριον puellam dici quum negaret Sallierius, non meminit Arist. Thesm. 1203. recentiores autem potissimum παιδάριον, *servulum*, opponunt τῷ παιδισκαρίῳ, *servae*, Athen. V. 32. 274. v. Coray ad Heliod. p. 21. et collatos Athenaei et Diogenis locos in Schweighaeuseri Nott. ad L. XIII. 15. E.

†) Cum Grammaticorum praescriptis, ab Hemsterhusio collectis ad Plut. 1056., congruunt clarissimorum auctorum, Platonis et Aristophanis, testimonia. v. Brunck. ad Thesm. 1227. et Ruhnk. ad Tim. p. 222. Sed postquam brevis ille Graecitatis flos, veluti tristi quodam medicamine tactus, defluxit, exemplo cohors peregrinarum flexionum ingruit: παῖξαι Plut. Conv. II. 5. T. 8. Philo de Plant. Noe p. 238. A. Dio Chr. II. p. 78. Philostr. II. Soph. X. 6. 590. Jamblich. V. Pyth. XIII. 61. 124. Polyaen. III. 74. 406. Achill. Tat. VII. 5. etc. πέπαιχε Plut. V. Dem. IX. 271. T. 5. πεπαιγμένον de Prof. Virt. sent. I. 258. T. 7. παιχθὲν de Sanit. p. 375. quibus

inexpectatum supervenit προσπαιστέον Symp. VII. Q. VII. 1. 321. Συμπαίκτωρ tamen, ut Nunnesius observat, etiam in Xenophontis limatissimo opere Cyr. I. 5. 14. inhaeret, sive quod illa Attica Siren inter strepitus castrenses aliquantulum irrausit, sive a librariis peccatum est, in quos omnem culpam inclinat Schneiderus, συμπαίστωρ corrigens. *) . Lysiae certa redhibenda sunt, quae in Pollucis codd. latent, ψηφοπαιστεῖν et ψηφοπαίστης; neque de nihilo est, quod in uno Platonis loco (v. Ast. ad Polit. p. 509.) Scholiastes φιλοπαίσμιον servavit. Ac vel solis grammaticis rationibus evincam, ut Platonem, sic Aeschinem c. Ctes. p. 614. non ἅρπαγμα, quod etiam in Plat. Legg. X. c. 13. liber Stephanianus suscepit, sed ἅρπασμα scripsisse, et Sophoclem Antig. 311. ἁρπάσητε, non ἁρπάξητε. De Herodoti libris et vulgaris dialecti monimentis ad similem constantiam revocandis omnem spem abjecimus: ἁρπαγμός Plut. de Educ. pag. 44. T. 7. ἅρπαγμα de Fort. Alex. IX. 41. T. 9. ἁρπασμός Symp. II. Q. X. 2. ἅρπασμα V. Cat. XIII. 405. T. 2. sed in Paus. III. 18. 412. propter creberrimum atticae formae usum ἡρπασμένη scribendum esse conjicio. Ex tribus illis confinibus, quae Gregorius p. 154. Atticis adscribit, ἁρμόττω, συρίττω, σταλάττω, **) primum tam saepe apud Atticos occurrit, ut paucis contrariis exemplis (Tragicos omitto) mascula crisi medendum sit, ut Arist. Avv. 564. Aristoteles autem, vulgaris dialecti praecursor, tam in hoc verbo de Part. An. IV. 5. 551. D. de Gener. Anim. I. 7. 583. D. quam in ceteris inconstantiam communis sermonis sequutus est.

*) Eadem confusa sunt a librariis in Epigr. Meleagri CXIV. et. Leonidae XXX. Lexicis adde ἐγκαταπαίζειν Euseb. H. Eccl. II. 13. 63. καταπαιγμός Apollon. Lex. s. μωμήσονται, et ἱμαντοπαικτική Eustrat. in I. Nicom. p. 3. a. 4. b. Ἐμπαίκτης, ἔμπαιγμα et ἐμπαιγμός Alexandrina aetas protulit. In Zonarae Lex. p. 1515. Παιστέον τὸ παιστέον genuinum videtur: οὐ παιστέον.

**) Pro οἰμώττω, ὀνειρώττω, quae prorsus ab hoc loco aliena sunt, Koenius βράττω, σφάττω, βλίττω (Etym. s. Βλίσαι) et βλώττω addere debebat, quae passim in Atticorum scriptis instauranda sunt. Neque νίζω apud Comicum satis in tuto est.

Παλαιστρικός: Ἄλεξιν φασὶν εἰρηκέναι· ὁ δὲ ἀρχαῖος παλαιστικὸν λέγει. †)

---

†) Thomam, ejusdem sententiae auctorem p. 675., Sallierius Theophrasti testimonio Char. V. *αὐλίδιον παλαιστρικόν* (soloece Fischerus *παλαιστρικὸν κόνιν* junxit) elevare studet; quod si vel Plato dixisset, tamen Phrynichum a sententia non depelleret. Nam aut xystum aut pulverem palaestrae *παλαιστικόν* dicere ne ipsi quidem Atticistae sustinuerint. Verum homines ex verbo *παλαιστικοί* denominantur Aristot. Rhetor. I. 5. 71. T. IV. Lucian. Deor. Dial. XX. 14. Diog. La. VI. 4. 319. Poll. III. 149. Schol. ad Lucian. Jov. Trag. XXI. 249. T. 6. et ars ipsa *ἡ παλαιστική* Paus. I. 39. 150. Schol. in Dionys. Gramm. p. 652. *παλαιστικὴ μηχανή* Eustath. 1327. 8. *ἰσχύς* Plut. de Sanit. p. 591. T. 7. quae quid differant, non satis considerasse videtur Hemsterhusius ad Luc. l. c. Attamen ars et locus, in qua exercetur, tam sunt sibi prope conjuncta, ut non mirandum sit, si vocabula ex utroque derivata ab hebetioribus nonnunquam inter se confundantur; ita *οἱ παλαιστρικοί, palaestrici*, Plut. Symp. II. Q. V. 2. 88. T. XI. Suid. s. *τριαχθῆναι*, Antiatt. Bekk. p. 115. *σχῆμα παλαιστρικόν* ib. p. 527. *Ἀπάλαιστος* et *ἀπάλαιστρος*, quorum postremum Reiskius Meleagro reddi volebat Ep. XCVII., variant in Stratonis codd. Ep. LXIV. v. Jacobs. ad Anthol. Palat. p. 101. *εὐπάλαιστος* et *εὐπάλαιστρος* Longin. *π.* ʽ*Τ.* XXXIV. 2. ubi cf. Toupii notam. Ceterum ob eandem causam confunduntur etiam *ὀρχηστικός* et *ὀρχηστρικός*, *λῃστικός* et *λῃστρικός*, de quo notum est quid suadeant Grammatici *). Sed pleraque unum

*) Praecepto ab iis proposito congruunt haec exempla: *τὸ λῃστικόν, praedones*, Liban. Ep. 1468. 671. Appian. V. 6. 99. *τὸ λῃστικὸν σύστημα* Zosim. III. 7. *τὸ λ. τάγμα* V. 25. sed repugnant rursus *τὸ λῃστρικόν* Liban. Decl. T. IV. p. 525. *λῃστρικὴ δύναμις* Plut. V. Sert. XVIII. p. 44. *λῃστρικὸς στόλος* Apollod. II. 7. 1. nullaque certa ratione nititur Abreschius ap. Aristid. Rhod. p. 540. *τὸ λῃστικόν* reponens. Plus fiduciae est in Thuc. I. 4. *τὸ λῃστικὸν καθῄρει* (cod. *καθαίρει*) *ἐκ τῆς θαλάσσης*, ubi plerique codd. contra *λῃστρικόν* consentiunt; sed ex duobus locis hinc expressis, uno Himerii, *τὸ λῃστρικὸν ἐκκαθήρας* (quod nititur illa lectione *καθαίρει*) Or. II. 586. cod. Vindob. *λῃστικόν* tuetur, alter vero Polyaeni V. 14. 171. *τὰ λῃστρικὰ τῆς*

Ἐπαοιδὴ ἰδιώτης λέγων οὐχ ἁμαρτάνει. [a]) λέγε οὖν ὀρθῶς ἐπῳδή· ἐπεὶ τὸ διαιρούμενον ποιητικόν. †)

---

a) Οὐχ ἁμαρτάνει, quia scilicet est ἰδιώτης. Sed acumen hoc incongruum, ubi ἁπλῶς sequitur λέγε οὖν, non addita voce, quae τῷ ἰδιώτης opponatur. Quare scribendum puto vel ἰδιώτης λέγων ἁμαρτάνει vel ἰδιώτης λέγων οὕτως ἁμαρτάνει. *Pauw*. Hic sanis scalpellum adhibet; mihi perspicuum est, interpolatorem Phrynichi aculeos retudisse.

sequuntur verbi ductum: κυλιστικός, κονιστικός, σφαιριστικός, σκεπαστικός etc.

†) Phrynichus App. p. 38. τῷ ἐπαοιδή καὶ ἀοιδή οὐ χρηστέον, κἂν Ὅμηρος εἴπῃ. Ionica forma in omni genere et parte sermonis poetici locum habet, neque iambum scenicum, si paullo altius exsurgit, dedecet. Ion Athen. XIV. 36. 302. παλαιθέτων ὕμνων ἀοιδοί et Phrynichus eodem loco ψαλμοῖσιν ἀντίσπαστ' ἀείδοντες μέλη. Sed ultra non egreditur. Vitiose Aelianus quater in H. An. I. 19. et 54. V. 54. XVII. 6. ἐπαοιδή posuit, sive poetarum imitatione, sive contagione quadam sermonis vulgaris. Nam ἐπαοιδή et ἐπαοιδός, quae Thomas pariter damnat, in sermonibus vulgi versata fuisse ostendunt versio Alexandrina (v. Biel. Thes.) et Canones ecclesiastici. Hinc etiam ἐπαοιδός Philoni adhaesit de Migr. Abr. p. 401. A. (mox ἐπῳδή dicitur) ἐπαοιδή Euseb. H. Eccl. VII. 10. 322. Heliod. IX. 21. Joann. Zonar. Ann. I. 54. C. Phot. Bibl. c. 63, 68. Arrian. Epict. I. 27. 139. Suid. s. v. et Ammon. p. 142. Ἀείδειν vel in Longo ferendum esse negat Schaeferus III. 376. et Eustathius p. 9. ἀοιδή, inquit, ἀργεῖ ἐν κοινῇ διαλέκτῳ. Lexicis adde ἐπῳστής Symm. Ps. LVII. 6. et θηρεπῳδός Suid. s. Σοφός. Apud Jamblichum V. Pyth. XXV. 114. p. 244. ἔστι δὲ καὶ ὅτε ἄνευ λέξεως μελισμάτων ἐπῳδῇ καὶ πάθη καὶ νοσήματά τινα ἀφυγίαζον, nihil ad sensus integritatem requiram, si hoc modo scribatur pro vulgato ὅπου δέ.

θαλάσσης ἀναιρῶν (κκθαιρῶν scribendum videtur) ad vulgarem consuetudinem deflexit.

Διδοῦσιν: ἐν τῷ περὶ Εὐχῆς Φαβωρῖνος οὕτω λέγει, δέον διδόασι. τὸ γὰρ διδοῦσιν, ἄλλο τι σημαίνει, τὸ δεῖν. a) †)

---

a) In hoc extremo loco legitur *δεῖν* corrupte, ut arbitror. Thomas omisit haec verba; Phavorinus retinet *τὸ δεῖν*, praepostere quidem, si locus integer. Reponendum videtur pro *τὸ δεῖν*, *διδεῖν*, infinitivus aor. II. verbi *δείδω*, *timeo*, ut sit *διδοῦσιν* dativus pluralis ejusdem aoristi aut certe prima aut tertia pluralis futuri secundi. *Nunnes.* Immo optime legitur *τὸ δεῖν*; nam *διδοῦσι* rectum est, si a *διδῶ*, non a *δίδωμι* deduxeris; *διδῶ* et infinitivus *διδεῖν* est *τὸ δεῖν*, *vincire.* Aliter *δίδημι τὸ δεσμεύω*, Eustathius in illud Homeri *δίδη*, *ἤγουν ἐδέσμει*, *ἀπὸ τοῦ δίδημι*, *ὡς ἀπὸ τοῦ ἵστημι ἵστη*. *Scaliger.* Etiam ab hoc capite Attici *διδέασι* quam *διδοῦσι* ducere maluerint. v. ad Greg. p. 619.

†) Transmigravit haec forma ex Iade in vulgarem, quam 'dicere solemus, linguam, omnium dialectorum commune diversorium. Nam quod Antiatticista Bekk. p. 88. narrat, *διδοῦσιν*, *οὐ διδόασιν*, *Ἀριστοφάνης Μητροφῶντι*, in quemvis alium cadere magis potest quam in Aristophanem. Facilius crediderim, Antiphanem in *Ἱεροφάντῃ* (si is hoc nomine inscripsit fabulam) hanc sibi maculam adspersisse; idque adeo pro certo affirmarem, si recte V. Cl. Jacobsius in hujus poetae vv. ap. Athen. VI. 9. 570. *διδοῦσι* emendasset pro *διαδιδόασι*· sed melior lectio est *διδόασι*. In Aristotelis Rhetor. II. 23. 274. *διδοῦσιν* exhibuit Camotiana; rectius alii *διήσουσιν*; sed in Epicuri sententia Diog. La. X. 131. 657. *ὕδωρ καὶ μᾶζα τὴν ἀκροτάτην ἀποδιδοῦσιν ἡδονήν*, nihil variari video. Inde jam multiplicantur exempla: *ἐκδιδοῦσι* Appian. Alex. V. 6. 305. *ἀποδιδοῦσι* Apollon. de Synt. IV. 7. 321. et Anon. Suid. s. *Βασιλεία*. *Διδοῦσι* Dio Cass. LXV. 13. 1069. (Maneth. II. 45.) Schol. Arist. Eqq. 488. *συνεκδιδοῦσι* Themist. Or. VII. 101. C. *ἐνδιδοῦσι* Mechann. vett. p. 34. *προςδιδοῦσιν* Paus. III. 26. 449. quod quum tam a consuetudine Pausaniae alienum, quam ad sensum inexplicabile sit, recte censeo Valckenarium *προςᾴδουσιν* emendasse; eodemque modo in Herodian. VII. 3. 275. pro *χρησμοί τινες ἐδίδοντο* corrigam *ᾔδοντο*· (paullo post p. 280. *φῆμαι ἐδίδοντο* Sylburgius mutat in *διεδίδοντο*). Ita in illis quoque exemplis unum aut alterum librariorum culpa corruptum videri, facile patior. Sed qui apud

Προάλως: τοῦτο δοκεῖ μοι γυναικῶν εἶναι τοὔνομα. ἀνιῶμαι δὲ, ὅτι ἀνὴρ λόγου ἄξιος κέχρηται αὐτῷ Φαβωρῖνος. τοῦτο μὲν οὖν ἀποδιοπομπώμεθα, ἀντ' αὐτοῦ δὲ λέγωμεν προπετῶς. [a]) †)

Πηχῶν, πήχως [b]): δεινῶς ἑκάτερον ἀνάττικον, δέον πηχέων καὶ πήχεος. ††)

---

a) Articulum hunc ignorant Ed. Pr. et Vasc.

b) Pauwio, cui πήχως non satis δεινῶς ἀνάττικον videbatur, vehementer placuit, quod in Ed. Pr. legitur πήχεσ pro πήχεος scilicet; „sic δεινῶς ἀνάττικον habemus vero."

Hesychium *Διδοῦσι* in *διδόασι* mutant, certissime laterem lavant, quum et Suidas s. *'Αναβράσσουσι* et Photius s. *Προαύλιον* ionica forma uti non erubuerint.

In contrarium vitium incurrunt recentiores Graeci, quum ad similitudinem tertiae personae, incustodita observatione analogiae, etiam διδόαμεν, διδόατε inclinant, ἀττικίζειν νομίζοντες, ut scribit Grammaticus Hort. Adon. p. 208. Hac fallaci specie parilitatis circumductus Aspasius in II. Nicom. p. 32. b. et Michael Ephes. in V. 69. a. Schol. in Lept. p. 20. ed. Wolf. διδόαμεν protulerunt, Niceph. Schol. in Synes. p. 420. A. ἀποδιδόαμεν, Lex. Rhet. Bekk. p. 288. ἐκδιδόαμεν. *Διδόατε* Geminus de Prasin. ad Caes. p. 429. μὴ ἐνδιδόατε Anna Comn. VII. 194. C. His adde Theodoreti exemplum, quod unum in promptu fuit Sturzio ad Matt. p. 169., et προστιθέαμεν Moschion. de Aff. Mul. p. 14.

†) *Προαλῶς* repono cum sono inflexo in ultima ex Thomae MS. quod postulat et origo a nomine προαλής. Apud eundem Thom. in προπετῶς deleo illa verba καὶ *Συνέσιος*, quae recte absunt a MS. *Nunnes.* *Προάλως* Synes. Ep. 145. προαλής Sirac. 30. *Hoeschel.* Ita καὶ *Συνέσιος* manere potest apud Thomam, ut vides. *Pauw.* Apud Atticos neque adjectivum invenitur, neque adverbium; προαλής praeter Lysidem Apollonius de Pron. p. 26. Cyrill. c. Jul. V. 154. B. προαλὴς γλῶσσα (i. e. πρόλαλος) Pollux VI. 120.

††) Thomas et Moeris nil nisi de genitivo plurali ad-

monent, πηχέων, οὐ πηχῶν. De quo primum exponendum erit; quanquam res ita se habet, ut praeter exemplorum enumerationem nihil requirat, ac ne haec quidem propter summam scripturae mutabilitatem multum auctoritatis afferant. Πηχῶν igitur, quod Piersonus p. 527. Xenophonti invito attritum censet, Polybius, Diodorus, Plutarchus, Lucianus, et qui his finitimi sunt, saepissime scripserunt, raro et velut dicis causa formam canonicam interponentes. v. Aelian. H. An. XVII. 6. Appian. Mithr. XXX. 684. ea inconstantia, ut ap. Plutarch. de Is. et Os. c. 43. T. IX. una pagina 162. πήχεων (hoc tono insignitum), altera 163. πηχῶν legatur. Πήχεων s. πηχέων Herodotus, Plato Tim. 398. T. 9. Aristot. H. An. II. 2. 92. et poëtae, quibus in hac causa paene solis testimonii dictio est, scenici.

De genitivo singulari praecepit etiam Photius p. 316. Πήχεων οὕτως, οὐ πηχῶν, ὡς καὶ πήχεως, οὐ πήχους. Etym. M. et Hort. Adon. p. 142. b. Πρέσβις καὶ πρέσβυς κλίνεται πρέσβυος καὶ πρέσβεως ἀττικῶς. σεσημείωναι καὶ τοῦτο, ὡς πῆχυς πήχεως, πέλεκυς, πελέκεως. *) Ab Herodiano haec tracta esse docet Constant. Lascaris Gramm. L. III. p. 8. Πήχεως igitur, ut ab hoc ordiamur, Plato Alcib. I. p. 51. T. 5. Aristot. H. An. VIII. 27. 398. Philo de Vit. Mos. III. 667. A. Aelian. H. An. III. 3. IV. 52. et saepius. Πήχεος Herodot., Polyb. X. 44. Galen. Comm. II. in Hipp. de Fract. p. 221. F. Lucian. Philops. 22. 273. T. 7. Sext. Emp. c. Ph. I. 610. atque ex hoc credibile est, nonnullos πήχους, ut Photius scribit, contraxisse, idemque etiam Phrynichus h. l. notasse videtur, non πήχως, quod unde natum sit, nemo intelliget. Sed ad illud quomodo aberratum fuerit, ostendit vicinum ἡμίσεως, quod scriptoribus communis dialecti familiarissimum est; Joseph. Ant. III. 6. 132. VIII. 3. 425. πήχεως καὶ ἡμίσους ἔχοντες τὴν διάμετρον, ubi male ἥμισυ corrigunt; τριῶν καὶ ἡμίσους μνῶν Dion. Hal. IV. 17. 680.

*) Πελέκεως Eur. El. 160. Plut. Conviv. 13. 29. T. 8. non opus erat Hesychio affingi pro πελέκεος s. Στειλέη; neque tentem τοῖς πελέκεσι Aelian. H. An. XVII. 44. etsi alio loco XIV. 29. πελέκεσι legitur, quo ceteri utuntur, Arrian. Tact. p. 17. Ac. Alan. p. 108. Himer. Or. XVII. 700. τοὺς πελέκεις Procop. Bell. Goth. 448. C. Τοῦ θήλεος Joseph. Antt. III. 6. 134. τῶν θηλέων omnes Edd. Institt. Theophil. I. 10. 169.

T. II. *μυριάδων ἑπτὰ ἡμίσους* *) Plut. V. Mar. 34. 110. T. III. *δυεῖν δραχμαῖν καὶ ἡμίσους* Athen. VII. 108. 550. *ὡρῶν τεσσάρων καὶ ἡμίσους* Strab. II. 5. 536. quae propter generis neutrius usum enoto **); praeterea haec forma genitivi a Grammaticis reprehensa legitur Diod. IX. 59. Dio Chr. VI. 221. Philo de Mund. Opif. p. 3. Archimed. de Sphaer. p. 5. quo in libro etiam *τὸ ἁμίσεον* c. 29. 72. *τῷ ἁμισέῳ*, *τᾷ ἁμισέᾳ*, minimum decies repetitur. *Τοῦ ἡμίσεος* rarissimum est, Herodo. II. 126. Plato Charm. 168. C. Thuc. II. 78. IV. 104. Diog. La. II. 51. Sext. Emp. c. Math. IV. 353. usitatius *ἡμίσεως* Thucyd. IV. 83. Dem. c. Aristocr. 691. 16. (cod. *ἡμίσεος*) c. Olymp. 1166. 10. (idem cod. *ἡμίσους*) Xenoph. Oecon. XVIII. 8. Plato Hipparch. 251. D. Tim. 359. T. 9. (*ἡμίσεος* Bekkerus edidit p. 56. E.) Aelian. H. An. IV. 52. Arrian. Tact. p. 68. Liban. de Fort. T. I. 97. neque casu huc declinatum esse puto, sed consilio et opera dedita. Namque genitivos adjectivorum in *υς* tam saepe in *εως* inflexos esse reperimus, ut dubitari non possit, quin haec aliquando in vulgus valuerit opinio; recte scribi *πρὸ βραχέως* Theophil. Paraphr. I. Tit. 13. 3. Nicet. Ann. V. 5. 92. C. Athen. IX. 24. 400. Jamblich. V. Pyth. XXV. 112. 240. *περὶ βραχέως* Thucyd. I. 140. *ἐκ βραχέως* Plut. V. Syll. 19. 210. Appian. Pun. XIV. 321. *διὰ βραχέως* Mithr. LVII. 723. Niceph. Br. IV. 31. 103. *τοῦ θήλεως* Aelian. H. An. VII. 26. Paus. X. 19. Agatharch. Mar. rubr. p. 25. Galen. Prooem. in Hipp. de Nat. Hom. p. 106. A. T. III. *τοῦ γλυκέως* Theophr. Caus. Pl. VI. 4. et 23. etc. Qui autem *ἐκ τοῦ εὐθέως* scripserunt Paus. VII. 12. 277. Procop.

*) Schol. Venet. *Δ*. 109. *κέρας δύο ἥμισυ πηχῶν*. Heynius in Addend. copulam interponit minime necessariam.

**) Paene inducor ad suspicandum, ex hoc crebro genitivi *ἡμίσους*, omnibus generibus adaptati, usu nonnullos in hanc opinionem traductos esse, ut et *ἡ ἥμισυς* dici posse arbitrarentur. Quid enim est illud Platonis Menon. p. 355. T. IV. *ἀπὸ τῆς ἡμίσεως*, et Thucyd. VIII. 8. *τὰς ἡμίσεας τῶν νεῶν*, ubi tamen quater codd. *ἡμισείας* praebent, ut Paus. V. 3. *τὰς ἡμισείας τῶν νεῶν*? et si quis tam haec depravata putet, quam illud, quo Buttmannus utitur, *ἀπέχουσα ἡμίσεας* (Edd. vett. *ἡμίσεως*) *ἡμέρας πλοῦν* IV. 104. (eodem modo apud Hippocr. Vict. Acut. XVI. 280. *ἕνεκεν ἡμίσεος ἡμέρης διαίτης μεταλλαγῆς*) facile reparabile dicat, certe recentioribus hanc licentiam non denegabit, qua in Geopp. L. I. 7. 31. in pluribus codd. per totum caput pro *ἀπὸ ἡμισείας ὥρας* constanter *ἀπὸ ἡμίσους* scriptum est.

Σύμπτωμα πολλάκις εὗρον κείμενον παρὰ Φαβωρίνῳ ἐν τῷ περὶ Ἰδεῶν λόγῳ. Πόθεν δὲ λαβὼν ἔθηκεν, οὐκ οἶδα. Χρὴ οὖν συντυχίαν λέγειν, ἢ λύσαντας οὕτω, συνέπεσεν αὐτῷ τόδε γενέσθαι. Δημοσθένης μέντοι ἐν τῷ κατὰ Διονυσοδώρου a) *ἅπαξ εἴρηκε τοὔνομα.* †)

a) Pro *Διονυσιοδώρου*, ut Ed. Pr., et *Διονυσιδώρου*, ut Nunnesius edidit, *Διονυσοδώρου* scripsi.

Hist. Temp. II. 6. 100. B. Bell. Goth. I. 26. 576. C. III. 16. 501. D. *) et *ἐκ τοῦ ὀξέως* Joseph. Antt. XVII. 2. 829. 7. 847. XVIII. 8. 904. XIX. 1. 909., ambiguum est, utrum pro genitivo hoc dederint an pro adverbio; nam ut dicitur *ἐκ τοῦ παραχρῆμα*, sic fuisse puto, qui *ἐκ τοῦ εὐθέως* dici posse arbitrarentur; quo etiam refero illud, quod in Thucyd. IV. 17. codd. aliquot et Edd. vett. *ἐκ τοῦ εἰκότως* praebent; quorum omnium nullum non dico indicium sed ne suspicio quidem in veteres atque antiquos scriptores cadere potest. Sed summus ille in eodem errore consensus conjecturam affert, quae fuerit illa aetate, unde exemplarium nostrorum forma ducta est, grammaticae disciplinae ratio.

†) Stephanus in Thes. etiam exemplum habet ex Thucydide. An hoc postremum assutum quoque a manu recentiore? sane *οὐκ οἶδα* id videtur indicare. *Pauw.* Nescio, quid sibi velit Pauwius; illud certum videtur, vocabulum, tam ad usum commodum, unico Thucydidis testimonio (IV. 36.) et Demosthenis (p. 1295. 21.) non satis excusari, quod si communiter probassent Attici, multo, reor, plura ejus cerneremus vestigia. Sed Aristotelis aetate jam obfirmatum inveteratumque fuisse, exemplorum multitudo arguit Hist. An. X. 25. 449. Rhet. I. 9. 105. T. IV. Polit. II. 9. 84. de Gener. An. IV. 4. 679. Theophr. H. Pl. V. 5. Caus. Pl. III. 24. Epicur. ap. Sext. Hyp. III. 17. 161. Missos facio Diodorum, Polybium, Plutarchum et alios hujus aetatis, qui et hoc et

*) V. Schmieder. VV. LL. Arrian. Alex. II. 18. 125. (Ib. 16. 125. *ὡς τοῦτο ἀσφαλέστατον γιγνόμενοι* leg. *γιγνόμενον*.) Pro *διὰ ταχέως* Aelian. V. H. XII. 5. Coraynus recte pluralem substituit.

Ἔκθεμα βάρβαρον· σὺ δὲ λέγε πρόγραμμα. †)

---

cetera composita, παρέκπτωμα, παρέκπτωσις, περίπτωσις, σύμπτωσις, veteribus minus probata, frequentant, neque his contenti, συγκύρημα et σύμβαμα invexerunt. Lexicis adde ἀπερίπτωτος (παντὸς νοσήματος) Galen. Ther. ad Pamph. I. 961. B. et συμπτόω, cujus participium τὸ συμπτωθὲν usurpat de ruina Procop. Aedif. II. 10. 42. C.

†) Προγράμματα interpretatur Hesychius nomine communis dialecti ἐκθέματα. *Nunnes.* Πρόγραμμα δημόσιον Basil. Ep. 249. (ut et προγράψαι, *promulgare.* v. Abresch. Lectt. Aristaen. Add. p. 341.) Demosth. c. Aristog. I. 772. quibus Hoeschelius addit Philonem, Lucianum, Herodianum et Zosimum. Ἔκθεμα, cujus exempla Sturzius p. 165. et Thomae interpretes p. 759. ex Alexandrinis protulerunt, quoque etiam Polybius utitur XXXI. 10. et Theolog. Arithm. p. 31., rejiciendum esse ipsa forma prodit Atticis insueta. Moeris p. 28. Ἀνάθημα ἀττικῶς, ἀνάθεμα ἑλληνικῶς. Thomas p. 51. Ἀνάθημα, οὐκ ἀνάθεμα, εἰ καὶ Φιλόστρατος λέγει. Idem p. 344. Ἐπίθημα, οὐκ ἐπίθεμα. cui praecepto ab omnibus attice scribentibus paritum; a ceteris non obtemperatum est. Διάθεμα Sext. c. Astrol. V. 546. Anna VI. 164. C. Ἐπίθεμα Hipp. de Nat. Mul. 34. 704. A. Aristot. H. An. IV. 4. 149. Philo de Profug. p. 465. A. Diod. III. 15. qui iidem etiam altera forma utuntur; apud Pausaniam persaepe ἐπίθημα, bis ἐπίθεμα legimus I. 2. et IX. 21. Πρόσθεμα Hipp. de Nat. Mul. pluribus locis, sed et πρόσθημα XX. 698. F. T. VII. usurpavit; σύνθεμα Socrat. H. Eccl. VII. 5. 358. Zosim. IV. 22. quod hic quidem σύνθημα dicere solet; unde est συνθεματίζειν Nicet. Ann. VI. 5. 102. D. Lexicis omissum Ἔνθεμα Theophrasto obhaesit saepius; ἀνάθεμα Plutarch. V. Pelop. XXV. 201. ubi ἀνάθημα rescribere malim. Similiter comparata sunt reliqua, quae a verbis in μι derivantur. Ἔνεμα tantum in medicinis repertum vulgarem formam obtinuisse, quis miretur? κάθεμα in mundo muliebri commemorat Nicet. Ann. XX. 5. 382. D. cujus atticam scripturam servavit Poll. V. 98. Ἄφεμα Alexandrini usurparunt, qui et ἐπίδομα et ὑπόστεμα. πρόδομα ex Hesych. s. Ἀῤῥαβὼν adde Lexicis.

Κατορθώματα: ἁμαρτάνουσι κἀνταῦθα οἱ ῥήτορες, οὐκ εἰδότες, ὅτι τὸ μὲν ῥῆμα δόκιμον, τὸ κατορθῶσαι· τὸ δ᾽ ἀπὸ τούτου ὄνομα ἀδόκιμον, τὸ κατόρθωμα. *) λέγειν οὖν χρὴ ἀνδραγαθήματα. †)

---

*) Ed. Pr. Vasc. alio ordine τὸ δ᾽ ἀπὸ τούτου ὄνομα, τὸ κατόρθωμα, ἀδόκιμον.

Eorundem est ἀφαίρεμα Joseph. Antt. XVII. 2. 531. Nicet. Ann. XVII. 2. 331. quod in indice vocabulorum hellenisticorum reponere neglexit Sturzius; διαίρεμα, *vulnus hians*, Eust. p. 462. deest Lexicis cum φόρεμα Socrat. H. Eccl. VII. 15. 558. Suid. et Phot. s. Φάκελος. In Niceph. Greg. XIX. 1. 584. βίβλος ἐμφόρημα πασῶν αἱρέσεων et ejusdem Schol. in Synes. p. 353. A. πάσης μαθήσεως καὶ σοφίας ἐμφόρημα lege συμφόρημα, *congeries*, ut Schol. Venet. *K.* 252. ἄστρον ἐστὶ συμφόρημα ἀστέρων. In Xenoph. Hieron. c. VIII. 10. ubi de tyrannorum satellitibus loquitur, pro φόρημα satius videtur δορυφόρημα reponere.

†) Ὀρθοῦν et erigere et dirigere notat; signate dicitur illud ἀνορθοῦν, hoc διορθοῦν. utrique affine est ἐπανορθοῦν, quod locum habet in iis, quae ad pristinum statum, unde luxata erant, reducuntur; omnibus autem subest notio mutationis in melius; quamobrem usum promiscuum habent. Sic v. c. Plato Rep. X. 502. accommodate ad propriam verbi significationem ἐπανορθοῦν τὸ πεσὸν καὶ νοσῆσαν. cf. Ast. ad Polit. I. 576. Lysias Epitaph. p. 124. T. 5. ἐπηνώρθωσαν τὰ ὑφ᾽ ἑτέρων δυςτυχηθέντα. Paus. IV. 7. ἐπανορθοῦσθαι τὰ ἐπταισμένα. (quo refellitur etiam illud, quod Ammonius contendit, τὸ ἐπανορθοῦν ἐπὶ μόνων λόγων.) sed eodem sensu Diod. I. 75. ἡ διόρθωσις τῶν ἁμαρτημάτων et Joseph. Antiq. X. 4. 517. τὰ ἁμαρτηθέντα διορθοῦν. Quum porro correctio eorum, quae vitiose scripta sunt, vulgo ἐπανόρθωσις dicatur, ut βίβλους ἐπανορθῶσαι Dio Cass. LXII. 25. 1021. Liban. Ep. 650. p. 300. τὰ γραφέντα ἐπανορθοῦσθαι Id. Decl. T. IV. p. 755., tamen ille apud Plutarchum Grammatista V. Alcib. VII. 9. Ὅμηρον ὑφ᾽ ἑαυτοῦ διορθούμενον (Ἰλιὰς διωρθωμένη Eustath. p. 1724. 50,) crepat,

Ὕπαιθρον μὴ λέγε, τὸ δὲ ὑπαίθριον [a]) τετρασυλλάβως. †)

a) Ed. Pr. et Phavor. τὸ δὲ γὰρ ὑπαίθριον.

quem paulo ante professus fuerat ἐπανορθοῦν, similiterque Strabo I. 4. 167. modo διόρθωσιν Γεωγραφίας promittit, modo ἐπανόρθωσιν, quorum alterum correctionem, alterum restitutionem pristinae vel nativae integritatis significat. Denique κατορθοῦν de quolibet successu, neque solum bellico, ut Thomas opinatur, sed et de causis forensibus (κατορθ. τὴν δίκην Dem. c. Pant. 967.) et quodcunque demum vel scripto vel verbis explicatur. v. Winstanley ad Aristot. Poet. c. XIV. et Sallier. ad Thom. p. 517. Itaque τὰ τῆς ψυχῆς κατορθώματα Xenoph. Eph. I. 2. non tam nove inusitateque dictum est, quam Locellae videbatur; αἱ τοῦ νοῦ κατορθώσεις Philo de Conf. Ling. 346. B. Substantivum ipsum κατόρθωμα apud Dionysium Antt. V. 44. IX. 14. Diodorum V. 20. Plutarchum V. Alcib. c. IX. V. Pyrrh. X. 71. Polybium, Strabonem, Lucianum et qui hos gradatim sequuntur, tritissimum, veteribus intactum est. Itaque hactenus a Phrynicho juste damnatur, licet multos habeat affines indubiae auctoritatis: διόρθωμα Hipp. de Artic. p. 545. A. et 560. A. ἐπανόρθωμα Plato Theaet. p. 183. A. Protag. p. 540. A. Dem. c. Aristog. I. 774. de Halon. 84. κατόρθωσις Aeschin. Fals. Leg. p. 334. Demad. π. Δωδεκ. 268. Pro illo passim antiqui ἀνδραγαθήματα, ἀριστεύματα, τὰ κατορθούμενα, Thucydides etiam τὸ ὀρθούμενον dixit, qui hunc simplicis verbi usum cum Tragicis communem habet.

†) Hinc Vitruv. *hypaethrae ambulationes*, Catull. *in sereno* dixit. *Nunnes.* Imo Cato in libro de re rustica. *Scaliger.* Idem Thomas tradit p. 867. sed Photius utrumque probat: Ὑπαίθριον καὶ ὕπαιθρον ὁμοίως. Illud Pind. Ol. VI. 104. Aesch. Prom. 113. Herodo. II. 62. Thucyd. I. 134. Xenophon, Aristophon comicus Ath. VI. 54. 414. Theophrast. H. Pl. IV. 12. 469. Lucian. Asin. 27. 164. Philostr. V. Apoll. VI. 6. 255. Aristid. T. I. p. 535. aliique multi; ex altero genere ὕπαιθρος εὐνή Hipp. de Vict. Acut. p. 72. D. κρήνη Paus. II. 5. δίαιτα Lucian.

Epict. I. 27. 159. διέσμηκται Plut. Symp. VI. Q. VII. 2. 266. Sed hercule etiam apud hos nonnulla fuit atticae consuetudinis memoria: σμῶντες Diod. Sic. V. 28. ἀποσμᾷν Galen. de Comp. Med. p. Loc. I. 8. 351. C. ἀποσμῆσαι Eunap. V. Aedes. p. 42. σμῆμα Athen. IX. 77. 576. Hic quum Edd. vett. σμῆγμα exhibeant, suspicio oritur, etiam in prioribus nonnullis locis, eorum praesertim, qui proprias Atthidis elegantias consectari solent, vulgarem formam a librariis introductam esse, quos rubiginem suam etiam Atticis affricuisse non uno exemplo cognovimus. v. Interpp. ad Thom. p. 802. et Moer. p. 355. et Schweighaeus. ad Athen. T. V. p. 271. In Arist. Pac. 1251. pro σμήχετε Suidae beneficio σμώχετε recepimus; sed διασμηχθεὶς Nubb. 1237. excusari potest, et multo magis ἄσμηκτος Pherecratis Poll. II. 35. quam speciem omnia a perfecto derivata impressam habent, νεόσμηκτος etc. Similiter a ψάω, τρίχες διεψημέναι Poll. IV. 152. ubi codd. partim παρεψησμέναι, pars περιεψηγμέναι praebent; quod quum Jungermannus βεβαμμένας interpretaretur, παρηψημένας in animo habebat. Litera sibilans recurrit in συνεψήσθη, quod Suidas ex LXX interpretibus suscepit, ubi et hoc et rectius συνεψήθη legitur, v. ad Hesych. s. συμψηθεὶς. tum majore jure in ποδόψηστρον et παλίμψηστον, quae omnia a ψάω ducuntur, inserto sigma, ut νενησμένοι, χηρωστής, ἐπαλωστής, ἀφρηστής, ἑρπηστής (v. Etym. s. v.), ὀρχηστὴς (Eust. 584. 9.), ῥαμφηστής, de quorum constitutione alibi agere proposui. A ψήχω est ψῆκτρα (non ψῆκτρα) Arist. ap. Poll. X. 55. ψῆγμα Aeschyl. Agam. 455. et ipsum ψήχειν legitur Xenoph. Hell. II. 4. Plato Legg. II. 87. T. 8. Tim. 84. B. Aristoph. ap. Etym. s. Βουκέφαλος, Soph. Trach. 693. et Eur. Hel. 1583. etsi ψῆν s. ψᾶν atticius, ut ita dicam, meraciusque est et περίψημα illis proprie assignatur. v. Suid. s. ἀπόψημα et Harpocr. s. χλῆδος. Sic etiam κνᾶν s. κνῆν et κνήθειν apud eosdem Atticos in usu fuerunt, unde κνῆμα et κνῆσμα; quocum conferri licet πλῆμα et πλῆσμα, cujus primaria forma (πλέω) intercidit. Deinde etiam pro ἀροῦν, quod Moeris et Thomas (cf. Antiatt. Bekk. p. 446.) inter Atticae dialecti insignia referunt, recentior forma irrepsit ἀροτριᾶν, quae jam in Theophrasto apparet de Caus. Pl. IV. 14. 317. sed semel tantum, ut furtim illata videatur; postea autem paulisper insuevit, Appian. Pun. I. 144. Quint. Cal. V. 62. Artemid. I. 75. ubi unus cod. in vetere et homerica scri-

ptura perstitit, cujus usus longe superasse videtur, Theogn. 596. Herodo. IV. 19. Arist. Avv. 582. Plato Phaedr. p. 276. B. Xen. Oec. V. 5. Philemo Fr. III. 195. Brunck. Paus. VIII. 24. etc. Pro ἀροτρεύς Arat. Phaen. 1075. 1117. Scholiastes ad v. 1045. ἀροτριεύς usurpat Lexicis ignotum, eadem ambiguitate, qua ἁμαξεύς et ἁμαξιεύς, λογεύς Schol. Dion. Gramm. p. 658. et λογιεύς. In Arrian. Alex. II. 3. 85. τὸν — ἀροτριῶν, καί ποτε ἀροῦντος αὐτοῦ ἀετὸν ἐπὶ τὸν ζυγὸν αὐτοῦ ἐπιστῆναι, praeter duplicis formae usum notabilis est error ἐπιστῆναι pro ἐπιστῆναι. *)

Quoniam supra γῆν σμηκτίδα pro σμηκτρίδα scriptum praeteriimus, hic breviter repetendum erit. Μυῤῥίναι στεφανωτρίδες Antiphanis Athen. III. 7. 296. cf. XV. 18. 465. τῇ στεφανωτρίδι βίβλῳ Plut. V. Ages. 36. 127. T. IV. hic Reiskio, illic Schweighaeusero offensioni fuerunt, maxime quod Theophrastus H. Pl. V. 10. (et Schol. Ven. P. 51.) στεφανωτίδες scribit. Schneiderus contra in Lex. Gr. apud Polyaenum p. 140. Cor. pro λιβανωτίδα e Plutarcho λιβανωτρίδα reponendum censet, quae mihi potior videtur ratio, quod vocabula vas vel instrumentum significantia, quae proprie in τρα et τρον terminantur, ex hac affinitate literam Eretriacam trahere solent, velut ἐπινικτρίς, ληστρίς, ξυστρίς, οὐρητρίς, κεντρίς, λαμπτρίς (Suid.), διαστομωτρίς, σημαντρίς, σμηκτρίς, ἐφεστρίς (v. Nott. ad Xen. Symp. IV. 38. et quos Jacobsius citat ad Anthol. T. XI. 92.), λουτρίς, χωστρίς Mechann. Vett. p. 97., quod Eustathius cum βωστρεῖν, ἐλαστρεῖν confert, ἐσοπτρίς, στεγαστρίς (Herodo. I. 194. minime dubium est), ὑπαλειπτρίς, μηλωτρίς**). Quaedam tamen forma ambigua sunt, ut θερμαστίς et θερμαστρίς, ἰχθυοπτίς et ἰχθυοπτρίς in Poll. VI. 88. v. nott. ἐφαπτίς et ἐφαπτρίς (utrumque Joseph. Antt. III. 7. 156.), περονῆτις et περονητρίς (v. Valcken. ad Adon. v. 21.), quorum illa, quae femininorum personalium

*) Itidem Struvio meo videbatur in Soph. Ant. 117. στάς pro στάς scribendum esse. [Error satis frequens, olim parum animadversus. V. mea in Jacobsii notis ad Anthol. Palat. p. 601. et quae nuper Goellerus ad Timaei Fragm. p. 302. sq. *G. H. S.*]

**) Paene indignor, Galenum, virum in grammatica disciplina non ignobilem, eo prolapsum esse, ut μηλωτρίς e μήλη et οὖς compositum diceret de Comp. Med. p. Gen. L. I. 10. 685. A. T. XIII. Quod cum illo componit κεντρίον, hoc et Etym. M. utitur ad demonstrandum literae ρ pleonasmum s. Δέρμα.

formam imitantur, mihi valde suspecta videntur. Causa, cur eadem litera in nonnullis personalibus adsumatur, non alia est. Ex αὐλητήρ, ὀρχηστήρ in αὐλητρίς (Etym. 170. 15.), ὀρχηστρίς transmigravit, quorum ad exemplum Brunckius Arist. Nub. 728. ἀποστερητρίς e duobus codd. pro ἀποστερητίς scripsit. In iisdem erratis sunt μαθητίς in Coll. Gronov. Moeridis p. 263. et ἠπητίς Schol. Lucian. Dial. Mort. IV. (ὀρχηστίς nuper ex Athenaeo ejectum. v. Schweigh. T. III. 51.) Recte μαθητρίς Philo *Quod Deus immut.* p. 294. C. προμνηστρίς Xenoph. Memm. II. 6. 36. καλαμητρίς, v. Valcken. ad Schol. Leid. p. 65. Lips. ἀλητρίς et, quod unum mihi ex genere brachyparalectorum nunc succurrit, ἀλετρίς. Hoc fulcrum non recipiunt paronyma, μολπῆτις Leonid. Ep. VIII. πλανῆτις, ἀλῆτις, quae tono a verbalibus distinguuntur, neque verbalia, quae non in ητις exeunt, sive a disyllabis veniunt: ῥάπτις, κλέπτις, a Bastio inventum ad Greg. 259., αὐτόπτις Schol. Ven. X. 460. συοφόντις, προσαῖτις Suid. s. Λάτρης, sive ab hyperdisyllabis: αἱρέτις, ἀφαιρέτις, ὀλέτις Analect. Parall. p. 628. ab oxytonis: ὑβριστις, βούλευτις, quae duo Etymol. M. 595. 56. retracto tono scripsit; εὑρετίς Diod. V. 76. *) eodem, quo masculinum σεσημειωμένον, accentu notatum est. Justa fultura carent πλυντίς (πλύντης Grammatici in usu fuisse negant **)), νηκτίς Poll. VI. 45. ναυτίς VII. 190. Phot. p. 212. quae vel accentiuncula in suspicionem adducit. ***) Contra pro θεραπευτρίδες ap. Phi-

*) Idem alio loco εὑρέτρια contra Elsmleyanum canonem ad Med. p. 108. a quo etiam ὑφαιρέτρια descivit. Lexicis δαμάστρια codd. Paris. Suidae s. Δαμάτειρα, σκήπτρια Procop. Anecd. X. 28. B. δανείστρια Niceph. Greg. XVIII. 7. 567. D. γεννήτρια Constant. Or. ad Coet. VI. 681. κηδίστρια Euseb. V. Const. III. 52. 607. δουλεύτρια Eustath. 1660. 47. atque nonnulla e superioribus addi possunt.

**) Id moneo propter atticam τόνωσιν liquidorum quorundam, φαιδρυντής, καλλυντής. Apud Suidan s. ψάλτης pro Εὐφράτης, εὐφράντης scribendum ex Etym. M. 436. et sub Ἀήτης pro ἡγητής, ἡχητής ex Eustath. p. 1724. 30.

***) Λιπαστίς (ne quis erret) paronymum est τοῦ λιπαστή, ut καλλαπή, καλλαπίς δὲ Suid. λαβή, λαβίς, ὄλπη, ὀλπίς, κάλπη, καλπίς, v. Schweigh. ad Athen. T. VI. p. 80. in quorum accentu Edd. omnibus paginis dissonant. Ἄρυστις autem tau formale habet, ut κύστις, ῥύστις, φύστις, actualia μνῆστις, λῆστις. Etym. M. Ἄρυσις καὶ ἄρυστις, quod et ἀρυστρίς scribitur inserta ea litera, quam vocabulis hujus significationis propriam esse dixi.

Σάκκος: Δωριεῦς διὰ τῶν δύο κκ, Ἀττικοὶ δὲ δι' ἑνός. a) †)

---

a) Ed. Pr. διὰ δύο κκ· οἱ δ' Ἀττ. δι' ἑνός.

lon. de V. Cont. p. 889. C. et Eusebium Suidas s. Θεραπευταί rectius, ut mihi videtur, θεραπευτίδες scripsit. Καιρωστρίδες, ἐργαστρίδες, ὑφαστρίδες, quae Hesychius composuit, rho non nisi suscepto sigma recipere potuerunt; simplicior forma est καιρωτίς et καιρωστίς, quod Valckenarius l. c. sine idonea ratione illi praefert. Sed Ἐπωστρίδες omisso rho etiam accentum mutaret; cujus alia ratio in λῃστής, λῃστρίς, pro quo male quidam in Plutarch. Thes. c. IX. λῃστίς reponunt. v. Coray Σημ. p. 358. Verum hunc locum, in quem improvisus imparatusque incidi, aliis percolendum relinquam.

†) Etymologus σάκκος inter quatuor nomina numerat, quae in κκος terminantur. Schol. Aristoph. Ach. 822. ubi Sycophanta Atticus loquitur, τὸν σάκον scribi inquit, (ut et Eccl. 502.) supra autem (v. 745. in oratione Megarensis) σάκκον. Thomas 789. Moeris 554. Suidas, Photius et Eustathius pag. 940. 16. Atticos σάκος uno κ scripsisse referunt. *Nunnes.* Si a σάσσω fit σάκος, simplex κ melius convenit, σάσσω, σάξ, σάκος, ut ῥάσσω, ῥάξ, ῥάκος, θάσσω, θάκος, νάσσω, νάκος. *Pauw.* Nunc ubique σάκκος, σακκίον, σακκίζειν legitur, atque adeo illis ipsis locis, quos Grammatici ad probandam alteram scripturam proferunt. v. Valcken. ad Herodo. p. 291. et Interpr. ad Poll. III. 155. Σακχυφάντης Demosth. c. Olymp. 1170. 27. sic scriptum repetunt Grammatici. Lexicis adde ἐνσακκεύειν Nicet. Ann. XV. 1. 510.

Hesychius: Λακρίς καὶ λάκτις, legendum Λακτρίς. Ἀλαβαστίς et ἀλαβαστρίς, quae variant Athen. V. c. 39. 294., ab eodem Ἀλάβαστος derivari possunt.

Πέπων: τοῦτο καθ' αὐτὸ οὐκ ὀρθῶς τιθέμενον ὁρῶ. σημαίνει γὰρ τὸ ὄνομα πᾶν τὸ ἐν πεπάνσει ὄν. τιθέασι δὲ αὐτὸ οἰκείως ἐπὶ τῶν σικύων. χρὴ οὖν οὕτω λέγειν, ὡς ὁ Κρατῖνος, σίκυον σπερματίαν, ἤ, εἰ θέλεις, πέπονα σίκυον. καθ' αὐτὸ δὲ τὸ πέπων ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μὴ τιθῇς. a) †)

---

a) Ed. Pr. Κρατῖνος sine articulo et mox μὴ τίθει pro μὴ τιθῇς. Locus Cratini est Athen. II. 23.

†) *Πέπων*, quod in quovis maturo fructu dicitur, Eustathius p. 625. dicit vulgo separatim usurpari in quadam specie σικύου suavi ad edendum, quae tamen sit, non alio nomine exprimit. Pollux docet VI. 46. σίκυον praecise dici et cum adjunctione σίκυον πέπονα, quem et σπερματίαν nominabant. Suidas neutro gerere σίκυα dicit, et interpretatur τετράγκουρα, quae, ut apparet ex Simeone Sethi, cucumeres sunt, nam et vulgus Graecorum *anguri* eos appellat. Miror illud Hesych. σίκυος σπερματίας, ὃν ἡμεῖς μηλοπέπονον. Nam melopepo est aliud ceteris scriptoribus et suavius cucumere, nisi fortasse intellexit genus illud melopeponis, quod nostrates Valentini ex gente Edetanorum *Albudecam* nominant, alii vero Hispani *Badeam*. Videant VV. DD. quid de his censendum et an idem sit σικυοπέπων Galeni conjuncte et σίκυος πέπων, an diversum. σίκυος sane silvestris fructum fert similiorem cucumeri quam cucurbitae et melopeponi, ut dubitandum non videatur, σικύου nomine proprie cucumerem significari. cucumeri autem silvestri colore similior videtur ὁ δρακοντίας Athenaei, a similitudine serpentis sic nominatus, a nostris *Alficos*. Alter vero, qui exalbescit magis, figura quidem similior est silvestri, sed mollior multo quam δρακοντίας, ut hic proprie videatur esse ὁ σίκυος πέπων. *Nunnes*. In principio Nunnesius videtur sentire, πέπονας veterum esse eosdem cum illis suavissimis, quos eodem nomine hodie Pepones et Melones vocamus. Sed hic praestantissimus fructus veteribus ignotus fuit; Pepones et Melones veterum sunt, quas *Albadegas* Hispani vocant frigidissimi succi. *Scaliger*. Phry-

'Επαρίστερον οὐ χρὴ λέγειν, ἀλλὰ σκαιόν. †)

nichus App. p. 63. Σίκυος σπερματίας, ὃν οἱ πολλοὶ πέπονα οὐκ ὀρθῶς λέγουσι. τὸ γὰρ πέπων κατὰ πολλῶν (πάντων) φέρεται τῶν εἰς πέψιν φθασάντων. Σίκυος πέπων Hipp. de Morb. III. 16. 594. F. Epid. VII. 586. B. Plut. Symp. VIII. Q. IX. 3. p. 588. T. IX. Actuar. de Diaet. II. 6. 87. Fisch. πέπονες ἀστάχυες Bacchyl. Ep. XX. οἶνος πέπ. Aristoph. Athen. I. c. 50. Ex vulgari consuetudine Galenus de Comp. Med. p. Loc. IV. 8. 454. B. ἢ πέπονος ἢ σικύου, et Nicet. Ann. XVII. 1. 326. B. τῶν σικύων καὶ τῶν πεπόνων; quod est genus illud cucumeris sativi, cui subjecti sunt et Pepones et Melopepones, v. quos Schweighaeuserus citat ad Athen. T. I. p. 457. Voss. ad Virg. Georg. IV. 122. et omnium uberrimas Latini Latinii Lucubratt. p. 254. sq. Hoeschelius πέπων citat ex Num. XI. et Philon. p. 344. quo loco perperam legi περιωδυνοῦντα pro περιδινοῦντα τὰς κόρας et φιλίας pro φλιᾶς.

†) Pollux II. 160. scribit, τὸ ἐπαρίστερος idiotarum esse, at τὸ ἀμφαρίστερον atticum. *Nunnes.* 'Επαριστέραν Xiphil. V. Commod. Eustath. 'Ιλ. α. σκαιὸς καὶ ἐπαρίστερος ἄνθρωπος. *Hoeschel.* Quemadmodum δεξιός et ἐπιδέξιος, quae apud Homerum tantum de locis dextram sitis dicuntur, postea ad ea translata sunt, quae dextre et ex ordine fiunt (ἐπιδεξίως γράψαι Aeschin. Fals. Leg. p. 294.), ita etiam ex diverso ἐπαρίστερος usurpari coeptum. Sic Plutarch. de Aud. Poet. XI. 118. T. 8. et Synesius de Provid. p. 90. hominem sinistrum notant; ἐπαρίστεροι Κάτωνες, *perversi Catonis imitatores*, Plut. V. Cat. 19. 415. Dio Cass. LXXII. 19. 1229. (qui saepius hoc sensu ἀριστερός) Athen. V. 4. 208. Maneth. III. 374. Themist. Or. XXVI. 363. ἄρα ὁ τοιοῦτος δοκῇ ἄν ποτε ξυνηθῆναι ἀφέμενος τοῦ σκαιοῦ καὶ ἐπαριστέρου τρόπου ἐπὶ δεξιὰ ἀναβάλλεσθαι; ubi ἐπιδέξια corrigit Petavius, quod permultis aliis locis pro ἐπὶ δεξιά neglecto accentu invexerunt. v. Bast. *Ueber Plat. Gastm.* pag. 158. Brunck. ad Ar. Avv. 1563. Pac. 957. Heindorf. ad Theaet. p. 175. E. Homerus tantum ἐπ' ἀριστερά usurpat sensu locali, ut ἐπὶ τάδε, ἐπ' ἐκεῖνα, (rectius hyphen ἐπέκεινα, ὑπερέκεινα) ἐπὶ θάτερα. Sic et Plato Euthyd. p. 297. C. ἐκ τοῦ ἐπ' ἀριστερά. *) Trans-

*) Minus recte τὰ ἐπὶ δεξιᾷ, τὰ ἐπ' ἀριστερᾷ Plato Parm. 129. C. Dio Cass. LXXIII. 7. 1238.

Πλόκιον. ἐπὶ ὑποθέσεως πεπλεγμένης οἱ εἰκαῖοι τιθέασιν. θαυμάζω οὖν, πῶς ὁ πρῶτος τῶν Ἑλλήνων δόξας εἶναι Φαβωρῖνος ἐχρῆτο ἐν συγγράμματι ἐπιγραφομένῳ περὶ τῆς Δημάδους σωφροσύνης. a) †)

---

a) Ed. Pr. ἐχρήσατο ἐν ἐπιγράμμασι περὶ τῆς δημώδους σωφροσύνης quod Pauwio sedulo, ut ait, considerandum videtur; „in δημώδους, inquit, certe lenocinia mihi inesse videntur." Mihi ista lenocinia salivam non movent.

late Ephippus Ath. XIII. 27. 62. ἐπαρίστερ' ἐν τῷ στόματι τὴν γλῶτταν φέρεις. Theognetus XV. 11. 444. ἐπαρίστερ' ἔμαθες, ὦ πόνηρε, γράμματα, quae Phrynichum arbitror sub diversis accentibus legisse. Sed ἐπαριστέρως τὸ πρᾶγμα λαμβάνειν Menand. ap. Plut. de Tranq. Anim. V. 7. T. 10. (Gnom. Brunck. v. 190.) Hesych. Ἐξέμπαλιν, ἐπαριστέρως, et substantivum ἐπαριστερότης apud Aristotelem non potuerunt non et Phrynicho et Thomae p. 795. vehementissime displicere. Ut ἐπαρίστερα vulgo scribitur pro ἐπ' ἀρ., sic etiam ἐναρίστερα. Priscian. L. XVIII. 1182. *Attici* ἐνδέξια καὶ ἐναρίστερα *antepenultima acuta adverbialiter proferunt. Similiter nos dextra illum et sinistra illum.* Gramm. Seguer. p. 445. Bekk. Ὀδυσεύς — ἐναρίστερ' ἀεὶ τὴν ἄρκτον ἔχων λάμπουσαν ἕως ἂν ἀνεύρῃς. quo loco male editum ἐν ἀριστέρ' et ἀνευφέρῃς.

†) „Eustath. p. 1742. 25. μύθους πλοκίους appellat τοὺς πεπλεγμένους κ. σκολιούς. Considerandum autem, quam appellet Phrynichus ὑπόθεσιν πεπλεγμένην, an eam, in qua status duplex est, ut cum de duabus personis est controversia, ut in conjecturali, aut de duobus nominibus, ut in definitiva constitutione; an eam, quam Hermogenes κατὰ συμπλοκήν nominat in statu absoluto, nos autem L. II. Institt. Rhetor. ex conjunctione interpretamur; an eam, quae in controversiam venire (συνίστασθαι) potest, quod in ea συμπλέκονται duae qualitates personarum aut res et persona." Cetera Nunnesii omitto; quis enim hodie istos σκαριφισμοὺς doctrinae jam pridem sepultae desiderat? v. Ernestii Lex. Rhetor. p. 326. sqq. Pauwius „Πλόκιον, inquit, proprie de coma pexa dicitur; id transferre ad scriptionis argumentum affabre plexum, opico-

Στυππεΐνον τετρασυλλάβως οὐ χρὴ λέγειν, ἀλλὰ ἄνευ τοῦ ε̄ τρισυλλάβως στύππινον[a]), *ὡς οἱ ἀρχαῖοι. ταῦτα φυλαττόμενός τις βελτίων καὶ δοκιμώτατος εἴη ἄν.* †)

---

a) Ed. Pr. et Phavor. *Στυπτεΐνον* et *στύπτινον*, et pejus in Ed. Basil. Phavorini *στύπτιον*.

„rum est. Ita hoc accipiendum; Nunnesius non intelle-„xit.“ Si quid in hoc obscurissimo loco intelligi potest, certe illud Nunnesius recte intellexit, *πλόκιον* esse adjectivum,

†) *Στυππεΐνον* forte legendum Levit. 13, 47. ubi multum codd. variant; Ed. Complut. et Plantin. *στυππεΐνῳ*, Romana *στυππυΐνον*, Ald. et Aleman. *στιππυΐνόν*. Eadem est prototypi varietas. Nam Judic. 15, 14. in MS. Aug. legitur *στυππεῖον*, in alio MS. *στίππυον*, in nonnullis editis *στύππιον*. Gloss. *στυπίον*. Polyb. et Lucian. *στυπεῖον*. Et cap. seq. 16, 9. cod. Aug. vetus et nonnulli editi *στρέμμα στιππύου*, Plantin. *κλῶσμα στυππείου*, alter MS. *κλῶσμα ἀποτινάγματος*. Et, quod mireris, Esai. 1, 31. pro *καλάμη* (Symmach. *ἀποτίναγμα*) *στυπείου* sive, ut alii, *στιππείου*, MS. Aug. habet *καλάμη στίππυος*. *Hoeschel.* An a *στυππεῖον* est *στυππεΐνον*? ita sensisse videtur Hoeschelius. An recte, dubito; nam ita formari non solent adjectiva. Suspicor, pro *στύππη* dixisse quosdam *στυππέη* et inde factum esse *στυππεΐνον*, ut a *στύππη στύππινον*. Juvat Hesychius: *Στύπεα, στέλεχος* et *Στύπη ὁ στύπος ἢ στελέχη: Στύπη, στύπεα.* ita diversimode, ut *στύππη, στυππέα, στυππέη*. Guietus recte ibi *στυπέα*, ut de numero singulo et genere melius constet; qui de plurali cogitant, errant et male negligunt *στύπος* post *στύπη* et alia singula. *Pauw.* A *στύπη*, longe ῡ, seu *στύππη*, stupa s. stuppa (stuppa scribi in veterrimis quibusque libris observat Heinsius ad Valer. I. 28. et Advers. II. 3.) est adjectivum *στύππειος*, cujus neutrum *στυππεῖον* (ut *ἀργύρειος, ἀργυρεῖον*) substantivi vicem gerit Herodo. VIII. 52. Xenoph. Cyr. VII. 5. 23. Menander ap. Cosm. Indopl. L. V. 197. (quem locum improspere tractavit Wesselingius Probab. p. 252.) Plutarch. V. Cic. XVIII. 529. T. 5. Lucian. Asin. 31. 168. T. 6. Anon. Suid.

s. Σκυταλίδες, Poll. VII. 72. Mechan. vett. p. 90. Aesop. Fab. CLXIII. 99. Ejus alia forma est στυππίον Dem. c. Everg. 1145. 6. Polyb. V. 89. Mechan. p. 94. Appian. Annib. XXXIV. 269. Illyr. XI. 843. σκάφας φρυγάνων καὶ στυππίων, ubi ἐμπλήσαντες, quod Schweighaeuserus addendum putabat, non magis necessarium est quam in Xenoph. Hell. I. 1. 35. πλοῖα σίτου, Dion. Antt. X. 16. ἀγγεῖα ἀσφάλτου, Quint. Cal. V. 635. ἀμφιφορῆας ἀλείφατος. v. Passow ad Long. p. 307. Pro utroque nonnunquam prave στυπτεῖον et στυπτίον editum. Adjectivum στύππινος ad regulam factum legitur ap. Diod. I. 35. Mechan. vett. p. 162. Phryn. App. p. 55. στυππέϊνος qui protulerunt, similitudinem adjectivorum λιθέϊνος, κρανέϊνος (Herodo. VII. 92. etiam Straboni reddendum pro κρανάϊνος), πτελέϊνος, non accurate observata origine, imitati videntur. Similiter illi ὀστέϊνος rejiciunt. Poll. II. 232. ὀστέϊνος καὶ τὸ ἀττικώτερον ὄστινος. Photius p. 257. Ὄστινον, οὐκ ὀστέϊνον. Convenienter huic regulae ὄστινον scribitur Aristoph. Ach. 863. sed ὀστέϊνον Herodo. IV. 2. Plato Tim. 73. D. E. 74. A. 75. E. Aristot. H. An. I. 9. 25. Paus. VIII. 18. 404. quod in Platone certe ad Atticistarum voluntatem reformandum videtur. In Galeni libris utraque forma tot nititur exemplis, ut nihil contra fieri possit. Neque κράνινος damnem cum Schneidero, quod in Paus. I. 21. 79. legitur, nisi etiam μέλινος improbetur.

Ταῦτα φυλαττόμενος] In his verbis plane cernitur clausulam esse libri. *Nunnes*. Haec ab Ed. Pr. (Vasc. et Phavor.) absunt et hic collocantur male; nam totum opus ita finire debebat auctor, non partem ejus primam. Nihil apertius. *Pauw*. Sequitur in Ed. Nunnes. Τοῦ αὐτοῦ ἐπιτομή.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΠΙΤΟΜΗ.

Ἀντίῤῥησιν μὴ λέγε, ἀντιλογίαν δέ. †)

---

†) Phrynichi judicium et Pollucis assensu V. 153. et reipsa confirmatur; nam ἀντιλογία apud Thucydidem, Platonem et Demosthenem, ἀντίῤῥησις demum apud posteriores, Diod. I. 58. Plut. V. Demetr. 27, 34. de Audit. IV. 153. Philo Quod mund. corr. p. 961. Galen. Hist. Phil. c. IX. 30. Longus III. 18. 360. Eunap. V. Chrys. p. 151. Diog. La. VII. 165. 471. Phot. Bibl. 50. 58. et saepissime in Sexti libris ἀντιῤῥήσεων. Sunt autem haec exempla (ne quis ob Stephani inopiam de celebritate hujus vocabuli secus existimet) minima pars eorum, quae in adversaria retuli. Lexicis deest ἐναντιλογία Annae Comn. XV. p. 489. A. γυμνῇ τῇ κεφαλῇ πρὸς ἐναντιλογίαν ἐχώρει· quae dicendi forma e Platonis fontibus derivata est, γυμνῇ τῇ κεφαλῇ πειράσομαι ἀποδοῦναι τὴν παλινῳδίαν Phaedr. 242. B. multorum illa imitatione celebrata; γυμνῇ τῇ κεφαλῇ χωροῦντες πρὸς πᾶσαν παρανομίαν Gregor. Naz. Or. II. p. 22. ὅσοι γυμναῖς ταῖς κεφαλαῖς ἐκήρυττον ἑαυτοὺς ἐπὶ τῇ σοφίᾳ Themist. Or. XIII. 162. A. γυμνῇ τῇ κεφαλῇ ἀντικηρύττειν Euseb. H. Eccl. III. 32. 128. cf. Ast. Additt. ad Plat. Phaedr. p. 647.

Ὀπτῇ πρὶν ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς βουλὴν ἔδει,
καὶ ταῦτ' ἀπαγγείλαντα πάλιν πρὸς τὸν θεὸν
ἥκειν. ἐγὼ δ' ἀπέδρων ἐκεῖνον. δευρὶ νῦν
οὐ δεῖ.

Antea (τὸ πρὶν *non est his* antequam, *sed* antea) *oportebat ipsum ad senatum aut in consilium venire, et postquam ad senatum haec denuntiasset, postea ad deum reverti. Ego vero contra hominem fugiebam. Quum ille me de fuga revocare vellet ita clamans: Accede huc nunc. Ego contra respondebam: Atqui opus non est, aliud cura.* Audiamus nunc Pauwium: „Inepte Scaliger; nam propter εὐαγγελίζεσθαι locum adduxit Grammaticus. Scribendum suspicor plane:

Ὀπτῇ πρὶν ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς βουλὴν, ἔδει
καὶ ταῦτα μοί γ' (sic) εὐαγγελεῖν· πρὸς τὸν θεὸν
ἥκων δ' ἔγωγ' ἀπέδραν ἐκεῖνον δεῦρο δὴ
ἄνθρωπον.

Vel ἥκων ἐγὼ δ' — Εὐαγγελεῖν aperte statuminat καὶ οὕτω λέγουσι. ἀπέδραν atticum est; δευρί secundam producit, ideo δεῦρο scripsi." Horum quum nihil probare possem, quamque mihi ipsi de prioribus plura, de postremis nihil, quod satisfaceret, occurreret, ante hos sex annos Hermanni sententiam percontatus sum, qui mihi difficile esse factu rescripsit, ut et trimetri retineantur et vulgata non admodum deformetur; posse autem refingi in hunc modum:

Ὀπτῇ πρὶν ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς βουλὴν ἔδει τοιαῦτα
εὐαγγελισάμενον πόλει πρὸς τὸν θεὸν
ἥκειν· ἐγὼ δ' ἀπέδραν ἐκεῖνον δεῦρ' ἰόντα νῦν δή.

Ad reliquorum similitudinem etiam medium revocari posse versum, addito sub finem τὸ πρῶτον. Equidem ei bene optabo, qui et trimetros retinuerit, φράσει ἐγγελικῇ convenientes, et verbum εὐαγγελίζεσθαι cum casu suo eo loco illigaverit, ut neque antea neque post illud plura, quam necesse erat ad causam probandam, inculcentur.

Abreschius in Nott. ad Xenoph. pag. 215. Observ. Miscell. Vol. X. T. I. commemorato hoc Phrynichi canone, „Satis, inquit, imperite, ut solent scilicet hi

„magistri, ubicunque agitur linguae indoles. Scire de„bebant, haec ut structura, ita significatione differre; „illud esse *laeto te nuncio impertio, nuncio te „exhilaro;* hoc simpliciter, *nuncio tibi, nun„cium tibi affero.* Optime Suidas, quanquam nec „ipse ab interpretibus intellectus: Εὐαγγελίζομαί σε· αἰτια„τικῇ. εὐαγγελίζομαι δέ σοι χαράν (Luc. Ev. II. 10.)." Haec tota criminatio ex vano est. E Suidae testimonio nihil concludi potest, nisi utramque constructionem aliquando in usu fuisse; et posse verbum εὐαγγελίζεσθαι cum casu quarto construi ipse significat Phrynichus; sed non illud quaerebat, quid dici posset, sed quid ab iis dictum esset, quibus vetus aetas verborum arbitrium jurisque dictionem concessit. Quorum exempla ad unum omnia dativum habent, Aristoph. Eqq. 642. (ubi nunc πρῶτον legitur) Demosth, p. Cor. p. 332. 9. Lycurg. c. Leocrat. p. 149. T. IV. Joseph. Antiqq. V, 1. 265. Plutarch. Quaest. Rom. IX. p. 516. Lucian. Icarom. XXXIV. p. 46. T. VII. Phalar. Epist. CVII. p. 308. Diog. Ep. XXII. Gregor. Naz. Or. XI. 246. Contrario quidem modo locuti sunt Alciphro Ep. III. 12. (ταῦτά σε εὐαγγελίζομαι) Heliod. II. 16. p. 64. Euseb. de Vit. Const. III. 26, 592. Sed hi omnes, si cum universis comparantur, quam pauci, si cum singulis, quam novitii reperiuntur? Facessat jam hinc cum indole sua Abreschius et, qui huic succinit, Oudendorpius (ad Thom. 579.).

In Thomae loco pro *Chariclide* Nunnesius e suo MS. reponit *Charicles*, quam emendationem dudum a P. Leopardo praeceptam esse Emendd. IV. 1. notat Pauwius. Locos Demosthenis et Antiphontis, in quibus Nunnesius εὐαγγελίζεσθαι cum accusativo rei construi ostendit, non Thomas citat (ne quis erret cum Britannis Editoribus Vol. I. P. IV. 370.), sed Stephanus in Thesauro, a quo quae sumsit ille, nolui recudere. Hoeschelius in Phil. de Joseph. p. 582. καὶ φθάνοντες ἐδήλουν τῷ βασιλεῖ, librum MS. εὐηγγελίζοντο pro ἐδήλουν exhibere scribit; activa autem terminatione Xiphilinum Nerone (Dio Cass. LXI. 13. 993.) dixisse, ὅτι σώζοιτο, εὐηγγελίκει δῆθεν αὐτῷ. Εὐηγγέλιζε legebatur etiam ap. Polyaen. V. 7. ubi Corayus e cod. medium praetulit, longe illud frequentius et solum, ut arbitror, veteribus usitatum.

Ἐκαθέσθη, καθεσθείς, καθεσθήσομαι καὶ τὰ πληθυντικὰ καθεσθήσονται, ἔκφυλα. Λέγε οὖν καθέζομαι, καθεδοῦμαι, καθεδεῖται [a]), *καθεδοῦνται, καθεδούμενος.* †)

---

a) In Ed. Pr. et Phav. *καθεδεῖται* omissum non male, ut censet Pauwius, qui etiam in principio *ἐκαθέσθην* pro tertia persona, ut *καθέζομαι* ei respondeat, legendum existimat. Sed hoc ipsum *καθέζομαι* ab hoc loco alienum est, neque a Zonara p. 1170. Phrynichi locum, ut mihi videtur, subsequente, agnoscitur.

Ceterum est hoc verbum in iis, quae intus augentur, ut observat I. Lascaris de Cogn. Temp. f. 5. *εὐηγγελίζετο* Pausan. IV. 19. 524. Longus III. 386. IV. 452. Jamblich. V. Pyth. c. II. 12. p. 54. Synes. de Provid. p. 96. A.

†) Lucian. Soloec. *τὸ καθέσθητι ἤκουόν σου* (leg. *του*) *ὡς ἔστιν ἔκφυλον. Hoeschel.* Hic ne quis verborum similitudine fortuita nimis moveatur, notabo, *ῥῆμα ἔκφυλον* etiam Philostr. V. Soph. I. 8. 578. Lucian. Lexiph. 24. 202. T. 5. et Suidan s. *Οὐκ ἀνασχήσομαι* usurpasse; *ἔκφυλον παράβασιν* Longin. I. 64. De re ipsa consentit Thomas p. 485. Participio aoristi Josephum, Apollodorum, Lucianum et horum similes alios usos esse, demonstrarunt Graevius ad Luc. p. 498. T. 9. et Dorvill. ad Charit. p. 212. Indicativo *ἐκαθέσθη* Longus III. 5. 290. *περιεκ.* Eunap. V. Jamblich. p. 29. *ἐπικαθεσθείη* Geopp. VI. 17. 465. *καθεσθῇ* Paus. IX. 5. 11. *καθεσθῆναι* Liban. Decl. T. IV. p. 315. *ἐπικαθ.* Euseb. H. Eccl. VI. 29. 294. cf. Reitz. Gloss. Theophil. s. *Καθεσθεῖσαι.* Futuri exemplum a nemine allatum video, quod ex eo scriptore producam, qui Phrynichi circulos non mediocriter turbaturus videtur, Aeschinem dico c. Ctes. p. 558. *προςκαθεσθήσῃ* usurpantem; nisi pro eo (quod mihi maxime probabile est) *προςκαθιζήσει* scripsit, forma germane attica, unde *καθιζηθείς* sumsit Dio Cass. LXIII. 5. 1029. aut *προςκαθεδήσει*, cujus tertiam personam *καθεδήσεται* (ut *μαχήσεται*) Fischerus ad Vell. III. 113. ex Diogene attulit, cum *καθεσθήσεται* omnibus fere literis congruentem et suspicione vix carituram. *Συνεδεῖσθαι* Hesychius suggerit.

Ἀνέκαθεν: φυλακτέον ἐπὶ χρόνου λέγειν, οἷον ἀνέκαθέν μοι ἐστὶ φίλος. ἐπὶ γὰρ τόπου τάττουσιν αὐτὸ Ἀθηναῖοι, λέγοντες ἀνέκαθεν κατέπεσε. λέγειν οὖν χρὴ, ἄνωθέν σοι φίλος εἰμί· εἰ δέ τις φαίη παρὰ Ἡροδότῳ ἐπὶ χρόνου εἰρῆσθαι τοὔνομα, ἀληθῆ μὲν φήσει· εἴρηται γάρ· οὐ μὴν τῷ ὑφ' Ἡροδότου εἰρῆσθαι τὸ δόκιμον τῆς χρήσεως παρέχεται. a) †)

---

a) Idem articulus in fragmento libri tertii legitur, paucis mutatis; post *λέγειν* omittitur *οἷον*, deinde scribitur *οἱ Ἀθηναῖοι — ἐπὶ χρόνου παρ' Ἡροδότῳ — εὕρηται γάρ· οὐ μὴν τὸ δόκ. τ. χρ. παρέχεται· οὐ γὰρ Ἰωνικῶν καὶ Δωρικῶν ἐξέτασίς ἐστιν ὀνομάτων, ἀλλ' Ἀττικῶν, ὥσπερ καὶ τὸ δόκιμον τῆς χρήσεως κρίνει.* Editio prima, quae tantum priorem articulum exhibet, in his cum Phavorino a vulgato textu discrepat: *λέγοντες οἷον ἀνέκαθεν κατέπεσεν — οὐ μὴν τῷ ὑφ' Ἡροδότῳ εἰρῆσθαι τὸ δόκιμον, ὥσπερ καὶ τὸ δόκιμον τῆς χρήσεως παρέχεται, οὐ γὰρ ἰωνικῶν καὶ δωρικῶν ἐξέτασίς ἐστιν ὀνομάτων, ἀλλ' ἀττικῶν·* omissis reliquis. Pauwius veterem illam cantilenam de librorum dissonantia occinit, triplicem commentus scripturam, unam in Ed. Pr. aliquatenus expressam: *εἰρῆσθαι* et *εἴρηται*, tum: *τὸ δόκιμον ὥσπερ καὶ τὸ ἀδόκιμον παρέχ. οὐ γὰρ Ἰων. — ἀλλ' Ἀττικῶν*; alteram in libro tertio servatam: *εὑρῆσθαι* et *εὕρηται γάρ· οὐ μὴν τὸ δόκ. τ. χρ. παρέχεται. οὐ γὰρ Ἰων. — ἀλλ' Ἀττικῶν, ὥσπερ καὶ τὸ δόκ. τῆς χρ. κρίνει*; tertiam eam, quam Nunnesius repraesentavit. *Τὸ δόκιμον καὶ τὸ ἀδόκιμον* illo loco scriptum fuisse non improbabilis conjectura est; pro *ὥσπερ — κρίνει* scribendum videtur *ὧνπερ — κρίνεται*, *de quorum recto usu agitur*; praeterea etiam *τὸ ὑφ' Ἡρ.* aptius est quam *τῷ*. Abreschius Animm. ad Aeschyl. T. I. p. 246. ipsa Herodoti verba *ἄνδρες δόκιμοι ἀνέκαθεν* (II. 43.) post *εἰρῆσθαι* excidisse putabat; sed eadem ratione quemlibet alium Herodoti locum, in quo *ἀνέκαθεν* legitur, ut I. 170. VI. 53. huc inserere liceat.

†) Phrynichus App. p. 18. *Ἀνέκαθεν εὑρίσκεται ἐπὶ τόπου εἰρημένον, οὐκ ἐπὶ χρόνου, ὡς παρ' Ἡροδότῳ.* Hic omnes fidiculas intendunt Abreschius et Sallierius, turbam exemplorum e Josepho, Luciano, Themistio excitantes, quibus ego non tantum honoris habiturus sum, ut propterea Phrynicho fidem abrogem. Illis addere poterant Polybium, Strabonem V. 2. 127. Pausaniam II. 18. V. 25. aliosque hujus sectae bene multos. Quae in Anecd. Bekk. pag. 395. s. *Ἀνεκάς* leguntur, e Plut. V. Thes. c. 33. et Suid. s. h. v. corrigenda sunt; *ἄνεκας* Atticos scripsisse auctor est Apollonius de Adverb. p. 570.

Κεφαλαιωδέστατον: τοῦτο τοὔνομα εὗρον ἐν ἀρχῇ τῶν Πολέμωνος τοῦ ἰωνικοῦ σοφιστοῦ Ἱστοριῶν κατὰ προοίμιον, καὶ θαυμάζω Σεκούνδου τοῦ συγγενομένου αὐτῷ γραμματικοῦ, πῶς ὢν τὰ ἄλλα δεξιὸς ἐπὶ λέξιν καὶ ἐπανορθῶν τὰ συγγράμματα τοῦ σοφιστοῦ, τοῦτο παρεῖδεν ἀδόκιμον ὄν. [a]) †)

Ἔσθ' ὅπῃ: τί πάσχουσιν οἱ οὕτω λέγοντες, δέον ἐστὶν ὅτε λέγειν, οὐκ ἂν τις εἰκάσειεν, ἀλλ' ἢ τοῦτο μόνον, ὅτι ἠμελημένοι εἰσὶν οἱ τούτῳ τῷ ὀνόματι χρώμενοι. [b]) ††)

---

a) Ed. Pr. κατὰ τὸ προοίμιον, quod reponi meruit, et mox mutato ordine πῶς τὰ ἄλλα δεξ. ἐπὶ λεξ. ὤν. quem Phavorinus sequutus est.

b) Articulus hic non est in Ed. prima.

†) *Κεφαλαιωδέστερον* Lucian. de Salt. LXI. 155. T. 5. Apollon. de Adv. p. 581. Marcian. Peripl. p. 54. T. 1. Heliodor. ap. Longin. Fr. III. 170. Geopp. L. II. 67. *κεφαλαιωδέστατον* Pseudo-Hipp. de Dec. Hab. c. III. 554. A. T. 2. Lucian. Pseudol. X. 67. T. 8. Diog. La. X. 85. 638. Euseb. H. Eccl. I. 2. 4. Socrat. Hist. L. I. 9. 54. Cyrill. c. Jul. I. 21. D. *Κεφαλαιότατον* e Platonis Gorgia citat Antiatt. Bekk. p. 104. Lexicis adde *συγκεφαλαίωμα* Nicom. Ger. I. 23. et *συγκορύφωσις* Theolog. Arithm. p. 27. Hoeschelius *κεφαλαιωδέστερον* e Philon. de Decal. p. 510. citans pro *τὸν ἀριθμὸν δεκάδι τῇ παντελείᾳ περατουμένων* vulgatum librum vitiose *περαιουμένων* exhibere notat.

††) Plato Rep. VI. 73. T. 8. *ἔσθ' ὅπῃ ἂν ἄδικος γένοιτο*. Aeschin. c. Ctes. 601. *οὐκ ἔστιν ὅπῃ ἀναπτήσομαι*. Aesch. Agam. 67. *ἔστιν ὅπῃ νῦν*. quae Phrynicho non displicuisse censeo; sed de tempore usurpari non vult, quod fecerunt Herodianus IV. 7. 156. (ubi cod. Bavar. *ἔσθ' ὅτε*) VI. 5. 217. Galen. de Usu Part. VIII. 14. 504. C. T. IV. Aristaen. Ep. V. 80. Nicet. Ann. XXI. 2. 390. D. Niceph. Schol. in Synes. p. 352. B. *ἔσθ' ὅπῃ* — *ἔσθ' ὅπῃ* Euseb. H. Eccl. VIII. 7. 384. Pro *aliquatenus*, *aliqua*

Βάκηλος: ἁμαρτάνουσιν οἱ τάττοντες τοῦτο κατὰ τοῦ βλακός. σημαίνει γὰρ ὁ βάκηλος τὸν ἀποτετμημένον τὰ αἰδοῖα, ὃν Βιθυνοὶ καὶ Ἀσιανοὶ Γάλλον καλοῦσι. λέγε οὖν βλὰξ καὶ βλάκιον, ὡς οἱ ἀρχαῖοι. a) †)

---

a) Apud Thomam, qui haec exscripsit p. 158., et in Ed. Vasc. pro κατά legitur ἐπί, apud Phavorinum (qui plura intervertit) ἀντί. Ex his κατά a Phrynicho profectum putem; μέλι τὸ κατὰ πάντων πρόσρημα ἔσχε. Plato Tim. 366. T. 9. τέθεικα κατ' αὐτοῦ κλῆσιν ἡμιτριταῖον Galen. de Morb. Temp. VII. 302. ἐπῆται καὶ ἐχέφρονες, τὰ κατὰ τοῦ Ὀδυσσέως λεγόμενα Aristid. in Nept. III. 27. καθ' ὧν τέτακται τὸ ὄνομα Artemid. IV. 80. 391. τὰ κτητικὰ κατὰ τεθνηκότος θέλει παραλαμβάνεσθαι Etym. s. Κεφαλέων. v. Fischer. ad Vell. T. IV. p. 178. Schaefer. ad Dion. p. 123. Wakefield. Sylv. Crit. P. III. 64. et Abreschium Animm. ad Aesch. p. 270. res diversissimas una regula colligautem. — Βιθυνοί τε καὶ Ἀσιανοὶ Phavorinus et Thomas, pro βλάκιον Ed. Vasc. βλακίον, Phavor. βλακίων, Thomas βλάκα καὶ βλάκιον; unde Normaunus βλακικόν emendat, quod mihi praeferendum videtur Oudendorpii conjecturae βλακίονα rescribentis, quum neque, cur de comparativo adjecerit Phrynichus, intelligam, neque comparativum hunc in usu fuisse sciam.

ex parte Plutarch. de Gen. Socr. XXI. 342. εἰ μὴ λίαν ἀκριβῶς, ἀλλ' ἔστιν ὅπη ψαύει τῆς ἀληθείας et Philostr. II. V. Soph. 18. 598. Herodian. VI. 1. 207. ubi Bav. ἔσθ' ὅποι.

†) Hesych. et Sud. βάκηλον magnae staturae sed stupidum, remissum et mulierosum, tum etiam castratum, spadonem, Suidas etiam effeminatum interpretatur. Etymologistae dicitur quasi ἄκηλος, pleonasmo τοῦ β. *Nunn.* Βάζω, βάξ, βακέω, βάκηλος, ἀβακέω, ἀβακήμων. Βάκηλος proprie significare potest garrulum et loquacem, hinc et Βάκις *locutor* et κατ' ἐξοχὴν de celebre illo vate. Βάκηλος forte dictus exsectus, quia nihil restat ei praeter verba, quibus Venerem colat. Inquies, id longe petitum; sed quid εὐνοῦχος? idne petitum minus longe? — — — Pro βάζω etiam βαβάζω dixerunt, unde βάβαξ et Latinum *babaculus* ap. Petron. 37. nam ita legendum pro *babaeculus*. *Pauw.* Βάκηλος nonnullos pro stupido dixisse fidem faciunt Lexicographi Graeci; pro molli s. pathico usurpare videtur Antiphanes Athen. IV. 12. 27. οὐχ ὁρᾷς ὀρχούμενον ταῖς χερσὶ τὸν βάκηλον, quo loco ex-

Ἑκὼν εἶναι: καὶ περὶ τούτου ἰδιώτης μὲν οὐκ ἂν πταίσειε· τῶν δὲ σφόδρα προσποιουμένων ἀρχαίᾳ φωνῇ κεκριμένῃ χρῆσθαι, τόδε ἁμάρτημα τοιοῦτόν ἐστιν. οἱ μὲν παλαιοὶ οὕτω συντάττουσι τὸ ἑκὼν εἶναι, ὥστε πάντως ἀπαγόρευσιν ἢ ἄρνησιν ἐπιφέρειν ἢ προστιθέναι. οἷον, ἑκὼν εἶναι οὐ μὴ ποιήσω. οὕτω καὶ οἱ νῦν εὖ φρονοῦντες. ὅσοι δὲ ἐπὶ καταφάσεως τιθέασι τὸ ἑκὼν εἶναι, οἷον, ἑκὼν εἶναι ἔπραξα, ἑκὼν εἶναι ἐπεβουλευσάμην, οὗτοι δὲ μάλιστα ἁμαρτάνουσιν. a) †)

---

a) Ἀρχαίᾳ φωνῇ κεκρ. interponendum videtur καὶ. φωνὴ κεκριμένη, *verbum bonum et probatum*, Poll. VII. 111. Suidas: Ἥρων ἔγραψε κεκριμένων ὀνομάτων βιβλία τρία. τὸ κεκριμένον τοῦ λόγου Philostr. Ep. I. 916. atque ipsi classici scriptores οἱ κεκριμένοι

tat facetissima Schweighaeuseri emendatio τοῖς χουσί; denique etiam exsectos sic dici probavit Bosius. cf. Lucian. Cronos. XII. 16. T. 9. Hae variae significationes quo vinculo copulentur, facile perspici potest; nam et Gallorum, i. e. exsectorum, nomen nonnunquam in mollibus dicitur, ut Diogen. Ep. XI. γάλλους καὶ κιναιδολόγους conjunxit, et cognata nomina γύννις (Athen. X. c. 45.) et ἀπόκοπος (Phavor. s. v. *)) in eos transferuntur, qui muliebri morbo laborant. Βλάξ autem, quod Etymologus recte a μαλακός derivat, eodem pertinere tum ipsa haec origo docet, tum quod Nicetas in Murzuphl. I. βλακείαν καὶ μαλακίαν conjungit. His quae sit inter se affinitas, sciunt, qui norunt, quid in Poenitentialibus τῆς μαλακίας crimine significetur, et in qua foeditate Graeci hodierni verbum μαλακίζειν usurpent.

†) Thomas addit, in interrogatione adhiberi etiam posse τὸ ἑκὼν εἶναι, quia in interrogatione latet negatio.

*) [illegible] Eudemo hunc locum transscriptum esse apparet ex excerpto [illegible] Cangii Append. Gloss. p. 22. Γάλλοι pro eunuchis Joseph. Antt. IV. 8. 248. Arcesil. ap. Diog. La. IV. 43. 252. Artemid. II. 69. 251. quo loco notandum est voc. σπάδων inclinamentum σπάδοντες, quod et in Plut. V. Demetr. XXV. p. 31. T. 6. legitur; ἀποσπάδοντες Zonar. s. v. σπάδοι Steph. Byz. s. v.

S

12) σπάδωνες. Theophil. Inst. 1, [illegible]

vocantur Poll. IX. 153. X. 60. Sequentia in Edd. sic continuantur: τῶν — προσποιουμένων χρῆσθαι τόδε ἁμ. τοιοῦτόν ἐστι, quod ut stare possit, scribi debet τὸ ἁμάρτημα τοῦτό ἐστι, vel τόδε ἁμάρτημά ἐστι. nisi quis malit genitivum τῶν προσπ. ab omisso τινές suspensum esse, et post χρῆσθαι novam periodum inchoari: Τὸ δὲ ἁμάρτ. τοιοῦτόν ἐστι, quod justo operosius videtur. Πάντως edidi ex Ed. Pr. pro vulgato πάντων. Quae sequuntur, Ed. Pr. sic exhibet: ἀπαγορεύουσιν ἢ ἄρνησιν ἐπιφέρουσιν ἢ προστιθέναι, Phavorinus: ὥστε πάντως ἀπαγορεύουσιν ἢ ἄρνησιν ἐπιφέρειν ἢ προστιθέναι. Melior vulgata lectio, nisi quod προστιθέναι desideratur. Ad extremum Ed. Pr. et Phav. rectius μέγιστα ἁμαρτάνουσιν, omisso οὗτοι δέ, quod nonnullis propter particulae δὲ usum offensioni fuisse videtur. Eustathius p. 81. Δὲ ἀντὶ τοῦ δὴ πολλάκις καὶ ἐν τῇ κοινῇ ὁμιλίᾳ. v. Schaefer. Melet. pag. 59. Heindorf. ad Phaedon. pag. 72. Bauer. ad Thucyd. V. 16. et jam multis ante seculis Budaeus Comm. p. 1164. a Vigero expilatus, de hoc usu admonuerat.

Aristidem tamen etiam in affirmatione adhibuisse, item Herodotum; sed hic non est Atticus. Eustathius item monuit, in negatione abundare τὸ εἶναι, si adjungatur τὸ ἑκών. *Nunnes.* Ἑκὼν εἶναι et in numero multitudinis ἑκόντες εἶναι Atticos potissimum in enunciatione negativa usurpasse, multi testantur Thucydidis (v. Mattair. p. 787.), Xenophontis (Lex. Xenoph.) et Platonis loci Gorg. 499. E. Protag. 335. A. Phaedo 80. E. Lys. 210. B. Hipp. 300. D. Phaedr. 259. C. eamque rationem sequuntur etiam recentiores, Joseph. Antt. XIX. 1. 921. Plut. V. Demosth. VIII. 270. Aristid. Or. Pl. II. 221. Themist. XXI. 257. C. Marin. V. Procl. X. 4. Synes. Dion. p. 44. B. Procop. Pers. I. 5. 17. D. in quibus omnibus particula negativa vel antecedit vel subsequitur. Quod autem Oudendorpius affirmat ad Thom. p. 292., id etiam nulla negatione adjecta satis crebro occurrere, mendacium est. Duos tantummodo locos protulit Abreschius, unum Platonis e Legg. I. 573. G. θαυμάζοιμεν ἄν, εἴ ποτέ τις ἑκὼν εἶναι ἐπὶ τὸ τοιοῦτον ἀφικνεῖται, in quem Thomae illa ratio quadrat; alterum Antisthenis, hoc est novitii declamatoris, in Ulixis et Ajacis jurgio p. 54. T. 8. οἱ γὰρ διαθέντες τὸν ἀγῶνα βασιλεῖς ἑκόντες εἶναι περὶ ἀρετῆς κρίνειν ἐπέτρεψαν ἄλλοις, ubi quum Paris. habeat οὐκ ὄντες, Reiskius excogitavit οὐκ ὄντες ἱκανοί, emendationem haud necessariam. Tertium Andocidis (p. 80. T. 4.) si diligentius considerasset Abreschius, huc non pertinere intellexisset. His deductis relinquitur Herodoti locus VII. 164. duobus aliis VII. 104. VIII. 32. contrarius. Sed neque hunc scriptorem ad Atticismi leges adigi par est,

Ὄρθρος νῦν ἀκούω τῶν πολλῶν τιθέντων ἐπὶ τοῦ πρὸ ἡλίου ἀνίσχοντος χρόνου. οἱ δὲ ἀρχαῖοι ὄρθρον καὶ ὀρθρεύεσθαι τὸ πρὸ ἀρχομένης ἡμέρας, ἐν ᾧ ἔτι λύχνῳ δύναταί τις χρῆσθαι. ὃ τοίνυν οἱ πολλοὶ ἁμαρτάνοντες λέγουσιν ὄρθρον, τοῦθ' οἱ ἀρχαῖοι ἕω λέγουσιν. a) †)

---

a) Ed. Pr. V. ἡλίου ἀνασχόντος et ἁμαρτάνοντες οἱ πολλοί.

neque recentiores a domestico sermone degeneres, Aristidem, Lucianum, Eusebium in Hierocl. V. 432. Procop. Anecd. I. 4. A. Inter hos Nicephorus Greg. illud ἑκὼν εἶναι cum omnibus numeris et casibus componit, ut L. IX. 10. 276. E. τὸ γὰρ ὁπωςοῦν ἑαυτὸν ἑκών γε εἶναι διεφθορόσι διδόναι τρόποις, οὐκ ἀποχωρεῖ κακίας. XII. 6. 368. A. οὐ γὰρ πάνυ μοι φαίνεται θεμιτὸν προδιδόναι τὴν ἑαυτοῦ τις ἑκών γε εἶναι ψυχήν. XIV. 8. 452. E. ἑαυτοῖς τε καὶ ἀλλήλοις ἑκών γε εἶναι τὸν ἔσχατον ὄλεθρον πραγματεύεσθαι. Ceterum consuetudine, non ratione, hoc praeceptum regi, perspicuum fit ex aliis locutionibus affirmativis, in quibus veteris infinitivi usus vestigia supersunt: ὡς παλαιὰ εἶναι, v. ad Thucyd. I. 121. τὴν πρώτην εἶναι Herodo. I. 153. 74. τοσοῦτον εἶναι Aristot. Polit. VIII. 3. 320. ubi Schneiderus εἶναι aliorsum trahit, τὸ ἐπὶ τοῦτον εἶναι Lysias c. Agor. p. 481. Dion. Hal. VII. 45. 1409. pro quo perperam τούτῳ reponunt, παρὼν εἶναι νῦν Lucian. Enc. Dem. p. 171. T. 9. ad quem Schol. ἐπισκοπητέον δὲ, εἰ ὅμοιον τῷ ἑκὼν εἶναι· ἐκεῖ γὰρ ἀπαγορεύσεως (leg. ἐκεῖνο γὰρ μετ' ἀπ.) τάττεται.

†) Hic interprete utimur ipso Phrynicho, qui in App. p. 54. plenius tempora nocturna et diurna definit: Ὄρθρος ἐστὶν ἡ ὥρα τῆς νυκτὸς, καθ' ἣν ἀλεκτρυόνες ᾄδουσιν.*) ἄρχεται δὲ ἐνάτης ὥρας καὶ τελευτᾷ εἰς διαγελῶσαν ἡμέραν — ἕως δὲ τὸ ἀπὸ (δια—) γελώσης ἡμέρας ἄχρις ἡλίου ἐξίσχοντος διάστημα. πλήθουσα δ' ἀγορὰ ἀλφίτων (corrige ἀμφὶ τὴν) τετάρτη καὶ πέμπτη (—ην) ὥρα (—ν). Sic Plato de Legg. XII. 197. T. 9. συλλεγόμενοι ἀπ' ὄρθρου, μέχριπερ

*) Theocr. XXIV. 63. ὄρνιθες τρίτον ἄρτι τὸν ἔσχατον ὄρθρον ἄειδον. Liban. Ἐκφρ. pag. 1054. ὄρθρου ὑποφαινομένου καὶ ἀλεκτρυόνος ᾄδοντος.

Μαγειρεῖον: τὸ μὲν μάγειρος δόκιμον, τὸ δὲ μαγειρεῖον οὐκέτι, ἀντὶ δὲ τούτου ὀπτάνιον λέγουσιν [a]), τῆς μὲν δευτέρας συλλαβῆς ὀξυτονουμένης, τῆς δὲ τρίτης συστελλομένης. †)

---

a) Ed. Pr. et Phavor. ὀπτανεῖον λέγουσι, omissis sequentibus.

ἂν ἥλιος ἀνίσχῃ, et plerique alii nocti adnumerant. Dio Cass. LXXVI. 17. 1285. νυκτὸς ὑπὸ τὸν ὄρθρον. Joseph. Antt. XI. 6. 573. πυνθανόμενος, τίς εἴη τῆς νυκτὸς ὥρα, ἔμαθεν, ὡς ὄρθρος ἐστὶν ἤδη. Paus. IV. 29. περὶ ὄρθρον — ὡς δὲ ἡμέρα ἐπέσχε. Schol. Arat. Phaenn. 503. ἐπὶ τῆς ἐσχάτης νυκτός, ἤγουν ἐπὶ ὄρθρου. cf. Duker. ad Thucyd. III. 112. Abresch. Lectt. Aristaen. I. 148. Kypke Obss. sacr. T. I. 335.

†) *Μαγειρεῖον* tum de foro coquino tum de culina usurparunt Aristot. H. An. X. 50. 478. Antiphanes Poll. IX. 48. Theophrastus, Philo, Longinus c. 43. Appianus Hisp. VI. 96. Aesop. Fab. XXXIV. 21. et Grammatici a Thomae commentatoribus p. 591. et Sturzio p. 178. producti, qui quod μαγειρεῖον recte et attice de loco, unde coqui conducuntur, non recte autem de culina usurpari existimat (in quo assentatorem nactus est Weiskium ad Long. l. c.), nullo argumento nititur, neque a Phrynicho vel levissimo indicio significatum est. Etym. M. Ὀπτανεῖον διὰ διφθόγγου· πρῶτον μὲν ὅτι λέγουσιν ὀπτανήϊον, δεύτερον δὲ τῷ λόγῳ τοῦ βαλανεῖον. Ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς λέγει, ὅτι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς διὰ τοῦ ῑ γράφεται καὶ προπαροξύνεται (hinc corrigendi Hort. Adon. p. 112. a.). Ὀπτανεῖον vulgo obtinuisse pluribus exemplis demonstravit Hemsterhusius ad Thom. l. c. adde Plut. V. Crass. VIII. 415. T. III. Praec. Polit. 31. 197. T. 12. Callixen. Athen. V. 41. 198. Lucian. Asin. XXVII. 165. T. VI. (Scholii δοχεῖον, μαγειρεῖον, prior pars ad καταγώγιον p. 162. pertinet.) Alciphr. I. 28. Aesop. Fab. XXI. 91. Rochef. Sed ὀπτάνιον in omnibus veterum comicorum locis metri ratio partim fert, partim exigit, Philemon. Ath. IV. 70. 165. Damoxen. III. 60. 399. (ubi post προςπαρδέτω pro ὡς μοι κέχρησαι legendum ὀσμῇ ex v. 55. et v. 15. μινθώσας.) Hegesipp. VII. 56. Nicom. 37. 63. So-

Τυγχάνω: καὶ τοῦτο προσεκτέον· οἱ γὰρ ἀμελεῖς οὕτω λέγουσι, φίλος σοι τυγχάνω, ἐχθρός μοι τυγχάνεις. δεῖ δὲ τῷ ῥήματι τὸ ὢν προστιθέναι, φίλος μοι τυγχάνεις ὤν, ἐχθρός μοι τυγχάνεις ὤν. οὕτω γὰρ οἱ ἀρχαῖοι ἐχρήσαντο. a) †)

---

a) *Τούτῳ* pro *τοῦτο* recte emendat Pauwius. Post *ἀμελεῖς* Ed. Pr. V. *φίλος μοι τυγχάνεις, φίλος σοι τυγχάνω· δεῖ δὲ τὸ ὢν προςτιθέναι, φίλος μοι τυγχάνεις ὤν,* reliqua omittens.

sipater IX. 22. 397. Aristoph. Eqq. 1033. v. Valcken. ad Phoenn. 658. Schweigh. ad Athen. T. II. 201. In Aristoph. Pac. 891., ubi Pauwius *τουτὶ δ' ὁρᾶτ' ὀπτάνιον, ὑμῖν ὡς καλόν* corrigebat, nunc salvis Grammaticis legibus attica forma, quamvis contra dicente Hemsterhusio, in possessionem restituta est.

†) Facilior Thomas p. 860. concedit, participium verbi substantivi omitti posse. Neque fas duco, etsi in proclivi plerumque emendatio, tot tamque gravia testimonia in dubitationem devocare: *τυγχάνει καλή* Plato Hipp. p. 300. *ἀηδές* Gorg. p. 120. T. 4. *ῥᾴδιον* Alcib. p. 56. T. 5. v. Heindorf. ad Phaedr. p. 306. Schneider. ad Xen. Hell. IV. 3. 3. *εὔνους τυγχάνει* Aristoph. Eccl. 1141. Avv. 761. Alexis Athen. IV. 60. 143. Hinc immensum crescit exemplorum numerus, Grammaticis in supervacuum tumultuantibus: Theophr. H. Pl. VII. 1. Caus. Pl. V. 25. Epist. Socr. VI. p. 12. Plutarchus, Philostratus, Lucianus, et nullus aequalium et recentiorum hoc, ut videtur Phrynicho, errore vacat, qui ab Homero prosemiNatus (*Ὀδ. κ.* 87.), a Tragicis propagatus est, quos eximere frustra Porsonus studuit. v. quos Hermann. citat ad Aj. v. 9. *) (In Eur. Fr. Inc. 50. *μακάριος ὅστις εὐτυχεῖ γάμον λαβὼν ἐσθλῆς γυναικός, εὐτυχεῖ δ' ὁ μὴ λαβών,* sic opitulandum est: *ὅστις ἂν τύχῃ — δυστυχεῖ δ' ὁ μὴ λαβών.*) Thomae sententiae aliquid momenti adjicit verbum *διατελεῖν*, quod illi adjungunt Grammatici, v. Ge. Lecap. in Lectt. Mosq. Vol. I. p. 62. Nam id quoque nonnunquam *ἀπόλυτον* est. Thucyd. I. 34. *ἀσφαλέστατος ἂν διατελοίη.* Xen. Hell. VII. 3. 1. *ἄλκιμοι διετέλεσαν.* Aristot. Polit. VII. 6. 280. *ἐλεύθερα διατελεῖ.* etc. cujusmodi in locis

[*) Notavi ad Sophocl. T. I. p. 228. et 256. *G. H. S.*]

Κατ' ἐκεῖνο καιροῦ: παρὰ μὲν ἄλλῳ τῶν δοκίμων οὐχ εὗρον. ἡγοῦμαι δὲ καὶ Θουκυδίδην ἐν τῇ ή μετὰ τοῦ ἄνθρου εἰρηκέναι κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ. καὶ ἐγὼ μὲν φυλάττεσθαι παραινῶ οὕτω χρῆσθαι. εἰ δ', ὅτι Θουκυδίδης εἴρηκε, θαῤῥοίη τις χρῆσθαι, χρήσθω μὲν σὺν τῷ ἄρθρῳ.[a]) †)

---

a) Ed. Pr. et Phavor. alio ordine: *Κατ' ἐκεῖνο καιροῦ· καὶ ἐγὼ μὲν φυλάττεσθαι παραινῶ οὕτω χρῆσθαι. εἰ δ', ὅτι Θουκυδίδης εἴρηκε, θαῤῥοίη τις χρῆσθαι, χρήσθω μὲν, σὺν δὲ τῷ ἄρθρῳ. παρὰ μὲν γὰρ ἄλλῳ τῶν δοκίμων οὐχ εὗρον· ἡγοῦμαι δὲ καὶ Θουκυδίδην ἐν τῇ ὀγδόῃ μετὰ τοῦ ἄρθρου εἰρηκέναι κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ.* Pauwius putat, „quosdam illum locum Thucydidis adduxisse, ut probarent, *κατ' ἐκεῖνο καιροῦ* dici posse et libros etiam quosdam Thucydidis articulum ignorasse."

τροπικῶν ἀξιωμάτων Diog. La. VII. 194. Caeciliani Siculi *Σύγκρισις Δημοσθένους καὶ Αἰσχίνου* Suid. Meleagri Gadareni *λεκίθου καὶ φακῆς* Athen. IV. 45. 112. Plutarchus ipse comparationem Graecorum et Romanorum imperatorum *σύγκρισιν* vocat V. Flamin. 21. 700.

†) „Thomas p. 502. Thucydidem ait *κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ* semper cum articulo dicere, quasi crebrum sit in „Thucydide hoc loquendi genus, apud quem semel idque „nonnihil addubitans se legisse dicit Phrynichus Sed „non memini me vel libro VIII. vel usquam alibi in hoc „scriptore legere *κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ*, semel tantum L. „VII. 2. *ἔτυχε κατὰ τοῦτο καιροῦ ἐλθών*" Duker. Praef. XXV. Apud veteres nullum aliud hujus formulae exemplum cognovi, sed recentiores promiscue *κατ' ἐκεῖνο καιροῦ*, Plutarch. de Virt. Mul. p. 306. T. 8. V. Alex. 52. 298. T. 4. Herodian. I. 12. Synes. Ep. 70. 218. A. Justin. Hist. p. 148. A. Schol. Venet. *B.* 104. v. Abresch. Dilucc. pag. 720. Schaefer. ad Greg. 775. et *κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ*, Aelian. H. An. XVII. 57. Euseb. H. Eccl. II. 13. 62. Cum aliis praepositionibus: *πρὸς τοῦτο καιροῦ* Dem. Olynth. II. 20. *ἐς ἐκεῖνο καιροῦ* Plutarch. V. Demosth. 19. 284. T. 5. V. Brut. 22. 248. T. 7. *ἐς τοῦτο καιροῦ* Dio Cass. XLIV. 24. 396. rursus cum articulo *ἐν τῷ τοιούτῳ* (Dan. *τούτῳ*) *τοῦ καιροῦ* Thucyd. VII. 69. *ἐν ἐκείνῳ τοῦ καιροῦ* Anon. Suid. s. *Βάρβιος. εἰς ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ* Euseb. H.

Eccl. I, 6. 20. εἰς τοῦτο περιήκων τοῦ καιροῦ Plut. Ages. 35. 125. T. IV.*) et cum aliis nominibus: κατ' ἐκεῖνο τῆς ὥρας Joseph. Antt. VII. 7. 379. Alciphr. I. 21. v. Toup. ad Longin. p. 293. τηνικάδε τοῦ χρόνου Procop. Anecd. 28. 81. A. Aelian. H. An. XII. 35. τηνικαῦτα τοῦ θέρους Arist. Pac. 1171, sine articulo τηνικαῦτα καιροῦ Theophylact. Legatt, pag. 177. C. οὔποτε καιροῦ Nicet. Ann. VI. 9. 111. D. οὐδεὶς πω χρόνου Arist. Eqq. 944. ἐνταῦθα λόγου Plat. Rep. IX. 273. ἐνταῦθα τοῦ λόγου Legg. X. 87. Rep. I. 179. cf. Legg. IV, 379. V, 219, VII. 336. T, 8. Jam non obscurum esse potest, ad summam nihil interesse, utrum articulus omittatur an adjiciatur, neque in ipsa formula, de qua Phrynichus loquitur, sed in mente et voluntate scribentis positam esse variandae pro tempore constructionis rationem, Sic Thucydides VII. 57, ὡς ἑκάστοις τῆς ξυντυχίας ἢ κατὰ τὸ ξυμφέρον ἢ ἀνάγκης ἔσχεν, alteri addidit articulum, alteri, quod est minus definitum, subtraxit. Valet hoc de omnibus similibus, quorum ex magna copia pauca tantum delibabo: εἴδους εὖ ἔχουσα Paus. VII. 22. 218. πονήρως ἔχουσα τοῦ εἴδους Philostr, V. Soph. II. 25. 610. ἀνθρωπικώτερον ἔχων λήματος Liban. Decl. p. 606. T. 4. ἐκκειμένως τοῦ ἤθους ἔχων Philostr, c. l. II. 17. 597. σκέπης ἐν καλῷ εἶναι**) Aelian. H, An, VII, 25. καλῶς παράπλου κεῖται Thucyd. I, 36. τοῦ παράπλου κεῖσθαι καλῶς Paus. VII, 18, 302. ἐν καλῷ τῆς διόδου κειμένη Procop. Aedif. II. 10. 50, B. In Dionys. Antt. VIII, 4. 1512. ἐν καλλίστῃ κεῖσθαι συνόδῳ ταῖς ἄλλαις propter illa exempla scribendum est ἐν καλλίστῳ — συνόδου, Sic ἐν καλῷ κωλύσεως κείμενον IX. 7. 1754. ἐν καλῷ τῆς σχολῆς Lucian. Encom. Dem. 134. T. 9, τῆς θέας Aristid. Or. Pl. II. 161. καλῶς κέονται τοῦ ἡλίου καὶ τῶν πνευμάτων Hipp. de Aer. et Loc. II. 8. Cor. In Arist. Panath. p. 184. T. I. ἐν καλλίστοις κεῖται γῆς καὶ θαλάττης, singularem nu-

*) Sic Solanus scripsit pro τῷ καιρῷ, quod et ipsum tolerari potest, si demonstrativum ἀπολύτως accipitur, ut in his locutionibus: ἐπὶ τοσοῦτο προέβη τῇ δόξῃ Diod. IV. 25. ταῖς προθυμίαις ἐπὶ τοσαῦτα (leg. τοσοῦτο) προέβησαν XI. 8. ἐπὶ τοσοῦτο διατείνας τῆς φιλοκερδίας V. 35. e codd. pro τῇ φιλοκερδίᾳ nunc editum.

**) Pro genitivo in hac formula usitatissimo Aristid. de Societ. I. 485. ἐν καλῷ γεγόνασιν ἀλλήλαις ἐπὶ τῶν χρειῶν αἱ πόλεις, Dion. Antt. VI. 4. 1044. καλῶς ἐν παρόδῳ κειμένων ταῖς ἀγοραῖς,

Ἐπέστησε καὶ ἐπιστάσεως ἄξιον τὸ πρᾶγμα, ἀντὶ τοῦ ἠπόρησε καὶ ἀπορίας ἄξιον τὸ πρᾶγμα. οὕτω χρωμένων τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων πολλάκις ἀκήκοα· εἰ δὲ καὶ ἀρχαίως ἢ δοκίμως, ἄξιον ἐπισκέψεως. †)

---

merum restituendum esse judico. Matthiae emendationem in Plat. Legg. IX. 17. T. 9. πῶς ἔχεις τῆς συμφωνίας articulum delentis Gramm. Gr. p. 435. probabilem esse concedo, necessariam esse non arbitror. Sic idem cum aliis plurimis saepissime ἐνταῦθα et εἰς τοῦτο ἡλικίας et vero etiam cum articulo usurpat Rep. I. 149. T. VI. ἐνταῦθα εἶ τῆς ἡλικίας, et Lysias c. Call. p. 186. 4. T. V. εἰς τοῦτο τῆς ἡλικίας ἀφῖκται. Phalar. Ep. CII. Ald. εἰς τοῦτο προαχθήσομαι τῆς ὀργῆς. Synes. Calv. 77. D. εἰς τοῦτο τῆς τόλμης προήγαγεν, Philo Vit. Mos. I. 641. C. ἐπὶ μέγα τῆς εὐκλείας προερχόμενος, quae omnia plerumque sine articulo dici solent.

†) Valerius Maximus I. 15. de Theodectiis Aristotelis loquens, hoc genus dicendi expressisse videtur, quum inquit, *proprio volumine quibusdam rebus insistens planius sibi de his in Theodectiis dictum esse adjecit*, quasi dicat, de quibusdam rebus subtiliter dubitans. Atque ita locum accipiendum puto, non de Rhetoricis ad Alexandrum, ut in ora Valerii Pighiani annotatum est, (satis enim accurate docuit Victorius, illum librum falso adscribi Aristoteli, Anaximenisque potius Lampsaceni esse) sed de Gryllo ejusdem, de quo Quintil. II. 17. *Aristoteles quaerendi gratia quaedam subtilitatis suae argumenta excogitavit in Gryllo.* In Gryllo autem de Rhetoricis disputabat Aristoteles. v. Laert. in Vit. *Nunnes.* Ἐπιστῆσαι τὴν διάνοιαν, τὸν νοῦν, ἑαυτόν, vel etiam nudum ἐπιστῆσαι pro animum advertere, cogitationem defigere, (et contrarium ἀποστῆσαι τὴν διάνοιαν) non illi quidem masculae eloquentiae principes, Plato aut Thucydides aut comoediae veteris auctores, sed tamen Isocrates Encom. Evag. c. 26. Epicrates comicus Athen. II. 54. 229. (ἐπέστησαν καὶ διεφρόντισαν), Aristoteles ejusque auditor Theophrastus, quorum locos citarunt H. Stephanus Thes. I. 1763. Hemsterhusius ad Luciani Nigr. 17. 255. T. I. et

Εὐστάθεια ἢ εὐσταθής: πόθεν καὶ ταῦτα εἰς τὴν τῶν Ἑλλήνων φωνὴν εἰσεῤῥύη, ἀδοκιμώτατα ὄντα, φροντίδος ἄξιον. Ἀλλὰ σὺ ἐμβρίθεια λέγε καὶ ἐμβριθής. a) †)

---

a) Ed. Pr. ἢ ante εὐσταθής omittit; Phavorinus καὶ pro eo infersit. In iisdem φροντίδος ἄξια elegantius et ἐπιείκεια pro ἐμβρίθεια, quod ferri nequit. Thomas hunc articulum et quae sub v. Σταθερὸς tradita sunt, non inepto in unum contulit p. 301.

Bosii interpretes p. 62. Nihil jam opus videtur inferiores, qui legem ab Atticistis latam rupere, huc arcessere, Polybium, Dionysium, Diodorum, Plutarchum, aliosque, quos Abreschius Addend. ad Lectt. Arist. p. 542. contra Phrynichum educit, qui quo longius ab illo limpido fonte Atticismi descendunt, eo intemperantius hoc verbo utuntur; sic ei *notandi, docendi* significationem subjecit Proculus V. Marin. 23. *πρῶτος ἐπέστησε, primus intellexit,* Eustath. pag. 281. *Πορφύριος ἐφιστᾷ, annotat.* Ceterum translatio haud immodesta videtur, neque ab ingenio Graecorum abhorrens, qui affinia vocabula *προσέχειν* et *ἐπέχειν,* scil. *τὸν νοῦν,* in eundem fere intellectum deflectere solent, ut Herodotus *ἐπ' οὓς ἐπεῖχε στρατηλατέειν,* v. Nott. ad L. I. 80. p. 40. *ἑκάστῃ τῶν μιμήσεων ἐπισχών* Lucian. de Saltat. 78. 167. T. 5. Palaeph. 42. p. 195. et simili ellipsi *προσβάλλειν,* sc. *τὴν ὄψιν.* v. ad Gregor. p. 57.
Substantivum *ἐπίστασις* post Arean Stob. Ecl. Ph. I. 52. 852. primum apud Theophrastum de Vertig. p. 462. hoc sensu usurpatum reperio: *ἐν τῇ ἐπιστάσει καὶ τῷ ἀτενισμῷ. Ἐπιστάσεως ἄξιον* Polyb. XI. 2. *ἐπιστάσεως δεόμενον* Plut. de Fort. p. 309. T. VII. Antig. Car. c. 24. Apollon. de Adverb. p. 612. *ἄξιον ἐπιστῆσαι* Mechann. vett. p. 151. quod ipsum fortasse Phrynicho reddendum est pro *ἐπέστησε·* sed Plato Theaet. p. 201. A. *τοῦτό γε βραχείας σκέψεως,* scil. *ἐστὶ* vel *δεῖται.* *βραχείας ἐξετάσεως δεόμενον* Lucian. Catapl. c. 25. Aristot. de Mot. An. II. 112. C. *ἄξιον ἐπιστήσαντας ἐπισκέψασθαι.*

†) Propria potestate Homerus *εὐσταθὲς μέγαρον,* Hippocrates figurate Epid. III. 513. A. *εὐσταθὲς θέρος* et *εὐστ. νόσος* Aphor. III. 97. E. Vetus Atthis usum hujus vocabuli plane omisisse videtur, quem ante omnes renovavit

Epicurus. Hujus inter soloecismos multiplices et inverecundos Cleomedes Theor. Cycl. II. 90. ed. Balf. etiam hoc exagitat: σαρκὸς εὐσταθῆ καταστήματα καὶ τὰ περὶ ταύτης πιστὰ ἐλπίσματα καὶ λίπασμα ὀφθαλμῶν τὸ δάκρυον ὀνομάζοντος καὶ ἱερὰ ἀνακραυγάσματα καὶ ἄλλας τοιαύτας ἄτας, ὧν τὰ μὲν ἐκ χαμαιτυπείων ἄν τις εἶναι φήσειε, τὰ δὲ ὅμοια τοῖς λεγομένοις ἐν τοῖς Δημητρίοις ὑπὸ τῶν θεσμοφοριαζουσῶν γυναικῶν, τὰ δὲ ἀπὸ μέσης προσευχῆς καὶ τῶν ἐπ' αὐτῆς προσαιτούντων, 'Ιουδαϊκά τινα καὶ παρακεχαραγμένα. *) Ex eodem fonte fluxit verbum: Θάρσος ἐστὶ κατὰ τοὺς Κυρηναϊκοὺς καὶ 'Επικουρείους εὐσταθεῖν κατὰ διάνοιαν καὶ λόγον ἐν δεινῶν ὑπομοναῖς Schol. Venet. E. 2. Vitiosum exemplum mox sequuti sunt non singuli aut pauci, sed gregatim omnes: εὐσταθεῖν Dionysius Hal., Plutarchus Quaest. Rom. 72. 355. T. 8. Joseph. Antt. XV. 5. Appian. H. R. VI. 9. 110. M. Anton. V. 18. VI. 10. Arrian. Epict. I. 29. 165. Hermes Stob. Ecl. Ph. I. 52. 940. εὐστάθεια Philo, Plutarch. V. Demetr. 58. 35. T. 6. Themist. Or. XIII. 164. Jamblich. V. Pyth. 30. 185. εὐσταθής vero ex iisdem et Luciano in Nott. ad Thomam et in Lexicis citatum videmus. Veteres in hoc ἐμβριθής usurparunt et στάσιμος. In Annae Comn. XV. 465. B. ἀνδρεία καὶ στάσιμος τὴν φρένα malim ἑδραία, ut Maxim. Tyr. XXXI. 99. σοφία στάσιμος καὶ ἑδραία, et Eustrat. in I. Nicom. p. 25. b. ἑδραῖος καὶ στάσιμος pro βάσιμος, etsi hoc quoque non ignoro nonnunquam τὸν βεβηκότα significare. Porro in Themist. Or. XIII. 169. τῶν κούφων καὶ ἐνέδρας ἐγχειρημάτων corrigendum ἀνεδράστων. Et quia semel nos in conjecturae aleam commisimus, etiam hoc addatur, Theocritum Id. XXII. 15. πολὺς δ' ἐξ οὐρανοῦ ὄμβρος νυκτὸς ἐπιβρίσας, non ἐφερπύσας, scripsisse, neque in I. Homeri Hymno in Apoll. v. 159. χρυσῷ δ' ἄρα Δῆλος ἅπασα — βεβρίθει — ἤνθησ', ὡς ὅτε τε

*) V. Casaub. ad Diog. La. X. 605. Koppiers Observ. Phil. XII. 172. Epicurum, quem vulgo *doctum* vocabant ob librorum multitudinem, quum esset illiteratus et humanitatis expers, verbis inconditis et abjectis orationem dehonestasse, communiter et philosophi queruntur et grammatici. v. Fabricium ad Sext. Emp. c. Math. I. 215. et Epicuri hac in causa defensorem Gellium II. 9. Ex hac fabrica est adjectivum πλεοναχός, v. Coray Στοχ. περὶ τῆς 'Ελλ. Γλ. p. 4. tum illi καταιγισμοί et ἐπεντρώματα, quae iste crebro inculcabat, v. Athen. XII. 67. 550. βρυασμοί, κροτοθόρυβος, τρικύλιστος, atque alia hujus voluptuosae doctrinae, verbis non minus quam reipsa lascivientis, scitamenta.

b) Abest hic articulus ab Ed. Pr. Nunnesius in suo cod. *χονδροκώνειον* scriptum invenit, quod granum s. micam cicutae interpretatur, Scaliger autem *χονδροκόνιον* per ι scribit, crustamque supremam albarii operis intelligit, quae textorio operi inducitur; corium id vocare Vitruvium. Vicit utrumque raro victor Pauwius, *χονδροκοπεῖον* corrigens.

ex Hesychio, *μεμυαλωμένος* Hoeschelius e Ps. 65. idem τὸ *μύελον* e Greg. Naz. Apol. p. 26. profert.

†) Ammonius (p. 148.) et Moschop. Syll. *χολάδας* appellant quaevis intestina, *χόλικες* vero intestina boum. In Schol. Aristoph. Artemidorus interpretatur *χολάδας*, Euphronius autem intestina explicat una cum pinguedine et membranis. Alibi idem Schol. intestina crassa et boum *χόλικας* esse ait. *Nunnes.* Moeris: *Χολάδας οἱ πρῶτοι Ἀττικοί, χόλικας οἱ μέσοι θηλυκῶς· τοὺς χόλικας ἀρσενικῶς Ἕλληνες. Pauw.* Phrynichus App. p. 72. *Χόλικες οἱ πολλοὶ ἀῤῥενικῶς· οἱ δ' ἀρχαῖοι θηλυκῶς.*

††) *Χονδροκοπεῖον* e Poll. III. 78. et VII. 19. citat Pauwius, addita Hesychii Glossa: *Χονδροκόπια, μύλων, ὅπου ὁ χόνδρος κόπτεται.* In formam vocabuli suspicionem conferre vetat consimile *ἀργυροκοπεῖον* ab Antiphonte (Harpocr.), Aeschine Poll. VII. 103. Polybo Athen. V. 21. 247. et Libanio T. IV. p. 136. usurpatum. Sed vitium interius latet, neque curationem recipit. Nam verbo *κόπτειν* veteres neque frendendi neque secandi (foenisecii) notionem tribuisse videntur, unde sequitur, ut *χονδροκοπεῖον* non magis probetur, quam *χορτοκοπεῖον* vel *καλαμοκοπεῖον*, quod Needhamus Geopp. II. 6. 104. restituit. Pertinet huc Pollucis aduotatio VII. 184. falcem foenariam Atticos *κνάστριον* dixisse, non *χορτοκόπιον.* Illud fortasse *χονδρεῖον* dici jusserit Phrynichus, ut ab *ἄλφιτον ἀλφιτεῖον*, a ζέα *ζητρεῖον.*

Ἐκτενῶς μή, ἀλλ' ἀντὶ αὐτοῦ δαψιλῶς λέγε. a) †) Πρώτως: Ἀριστοτέλης καὶ Χρύσιππος λέγει. ἔστι δὲ διεφθαρμένον πάνυ τοὔνομα· οὐδὲ γὰρ δευτέρως καὶ τρίτως φαμέν. λέγε οὖν πρῶτον. b) ††)

a) Ed. Pr. ἀλλ' ἀντ' αὐτοῦ δαψιλῶς, omisso λέγε.

b) Media οὐδὲ γὰρ — φαμὲν omittit Ed. Pr.

†) Phrynichus mihi non tam de adverbio privilegium ferre quam uno nomine hanc totam stirpem circumscribere videtur, unde quae descendunt, ab oratorum veterum usu tantumdem absunt omnia. Ἐκτενὴς φίλος Aesch. Suppl. 990. Socrat. Stob. XCII, 512. tum saepissime apud Philonem, Josephum, Polybium, Artemidorum III. 55. 293. et qui horum aetatibus interjecti sunt, modo *intenti* modo *liberalis* significatione occurrit. Ἐκτενῶς Diod. II. 24. Phylarch. Athen. III. 3. 287. Arcesil. Diog. IV. 44. 252. Pseudo-Herod. V. Hom. VII. et XXVI. Agatharch. M. R. p. 29. Pollux, qui neutrum in censum referre dubitavit III. 119. tamen substantivum ἐκτένεια fastidivit, quo Phalaris Ep. LXVIII. Molpis Athen. IV. 19. 54. Apollon. Ep. LII. 398. et scriptores Alexandrini utuntur. Quam prope hinc veteres afuerint, ostendit Xenoph. Anab. VII. 5. 7. ἐντόνως ἀπῄτουν τὸν μισθόν, a quo ἐκτενὴς εὐχὴ in N. T. vix latum unguem distat. Sed ita plerumque recta et prava angusta linea sejunguntur.

††) Hic reprehensor noster in magnum veniet cum philosophis certamen, qui nullo pacto sibi haec adverbia eripi patientur, neque solum cum Aristotele et Chrysippo, haud sane extimescendis *), sed cum principe Atticae eloquentiae, Platone, et cum suis ipsius collegis, Ammonio, Moeride et Thoma conflictabitur, qui in significatu qualitatis his adverbiis uti concedunt. In Platonis libris πρώτως, δευτέρως, τρίτως et τετάρτως excusatissima sunt, neque apud alios artium scriptores suspicionem recipiunt. πρώτως Aristot. de Anim. I. 2. 4. C. Ocell. Lucan. II. C.

*) „Chrysippi novimus τὸ συρφετῶδες ex Seneca et Galeno." Casaub. ad Athen. p. 9.

Παραθήκην Ἱππίαν καὶ Ἴωνα τινὰ συγγραφέα φασὶν εἰρηκέναι· ἡμεῖς δὲ τοῦτο παρακαταθήκην ἐροῦμεν, ὡς Πλάτων καὶ Θουκυδίδης καὶ Δημοσθένης. a) †)

---

a) Ed. Pr. breviter: *Παρακαταθήκην καὶ μὴ παραθήκην λέγε.* *Ἴωνα τινὰ συγγραφέα* de Herodoto accipere nolim, propter ejus celebritatem, nisi ita per contemtum locutus sit fastidiosus et ineptus Grammaticus. *Pauw.* De Herodoto recte accipit Wesselingius VI. 471. et 477.

24. Archytas Stob. Ecl. Ph. I. 43. 716. T. II. Heer. Galen. de Morb. Diff. VII. 10. B. qui Grammaticorum cavillationes sibi non ignotas esse prae se fert de Sympt. Febr. I. 1. 31. F. T. VII. *σημαίνει δὲ ταὐτὸ τὸ μὲν καθ' ἑαυτὸ τῷ πρώτως, κἂν εἴ τινες τῶν ἀττικιζόντων φυλάττονται τοὔνομα, τὸ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς τῷ δευτέρως.* Sed Aristophanem Lys. 316. hoc adverbio usum esse (id quod Brunckius statuebat) non facile putem, ac ne Isocratem quidem *τοὺς πρώτως εὑρόντας τραγῳδίαν* ad Nicocl. p. 30. *τοὺς πρώτως τὴν πόλιν οἰκήσαντας* Panath. 47. 436. contra communem oratorum atticorum consuetudinem scripsisse, cito credam. Sed recentiores rhetores, qui nulla ratione *πρώτως* quarto quoque versu pro *πρῶτος* subjiciunt, ingenio suo frui patiemur. Diod. III. 58. IV. 24. Plut. de Glor. Ath. III. 89. Polyb. VI. 5. Lucian. Charid. XIX. 287. Dio Cass. XLIX. 11. LXXIV. 7. Ptolem. Geogr. I. 16. 17. Montan. Arrian. Erythr. p. 168. Eunap. V. Max. p. 78. Diog. La. X. 33. 617. Arrian. Epict. I. 14. 82. Themist. Or. 26. 316. B. quorum exemplorum tanta affluit copia, ut, si vel plura meliorum codicum ope amandentur, ut v. c. in Theophr. Caus. Pl. V. 20. 345. *πρώτως* pro *προτοῦ*, in Aristot. Rhet. ad Alex. 57. 2. 161. pro *πρότερον*, ut Veneta habet, in multis ejusmodi locis, qualis est Zosim. III. 22. *ὁ πρώτως ἀναδὺς* pro *πρῶτος* surrepsisse videtur, tamen jactura facillime reparari possit.

†) Thomas contra, qui apud me est MS., *παραθήκη* melius quam *παρακαταθήκη* et *παρατίθεται* melius quam *παρακατατίθεται·* at vulgatus (684.) *καὶ παραθήκη καὶ παρακαταθήκη*, quam lectionem sequitur Phavor. et certe videtur recta, quia Thom. alterum Herodoti, alterum

Ἀπαράβατον παραιτοῦ λέγειν, ἀλλ' ἀπαραίτητον. a) †)

Λυχνίαν ἀντὶ τοῦ λύχνιον, ὡς ἡ κωμῳδία. b) ††)

---

a) Ed. Pr. *ἀπαραίτητον δέ.* Pauwius, durum putans hoc *ἀλλ' ἀπαρ.* post *παραιτοῦ*, Phrynichum *ἀλλὰ μὴ ἀπαραίτητον* scripsisse suspicatur, quod ab Oudendorpio ad Thom. 83. merito repudiatum est; et ipse alia id generis apponit: *Ἱκεσία — ἀδόκιμον, ἱκεσία δέ. Χειροῖν ἀδόκιμον, χερσί δέ. Ἐκλείψας ἀδόκιμον, ἀλλὰ τὸ ἐκλιπών.*

b) Nunnesius intelligendum putabat *παραιτοῦ*, scil. *τὸ λυχνίαν.* Bene et perspicue Ed. Pr. *Λυχνίαν: ἀντὶ τούτου λύχνιον λέγε, ὡς ἡ κωμῳδία. Pauw.*

Thucyd. testimonio confirmat. *Nunnes.* *Παρακαταθήκη* Pauwius elegantius et signatius judicat quam *παραθήκη* propter ipsum *κατά.* Hoc perleve est; exemplis uti decuit. *Παρακαταθήκη* defendunt Thucydides, Plato, Xenophon, Lysias, (v. Dorvill. ad Charit. p. 508.) Demosthenes, ceteri clariores, quorum et verbum est *παρακατατίθεσθαι.* v. quos Wyttenbachius allegat ad Plut. de S. V. p. 61. Contrariae partis caput est Plato Comicus, quem Photius p. 280. *παραθήκη* dixisse notat; hunc sequuntur, praeter alios, Sextus Hyp. III. 25. 189. Phot. Bibl. LIX. p. 57. Tzetz. Chil. IV. 243. *παρέθετο* epitomator Athen. XIII. 85. pro *παρακατ.* substituit. Lexicis adde *παραθηκοφύλαξ* Euseb. V. Const. I. 507.

†) Ratio convenit; nam *παραβατόν* vetus est, sed poeticum, *ἀπαράβατον* autem neque vetus neque oratorium. Id partim active significat, quod terminos constitutos non excedit, Joseph. Ant. XVIII. 8. 900. partim passive, quod mutari, declinari, aut precibus aut alia ratione nequit, ut *λόγος θεῖος ἀπαράβατος* Plutarch. de Fat. I. 279. *ἀπερίτρεπτος καὶ ἀπαράβατος* Symp. IX. Q. 14. 6. 425. T. 11. *εὔτακτος καὶ ἀπ.* Sext. c. Ph. I. 554. *ἀπαρέγκλιτος καὶ ἀπ.* Nicom. Ger. Arithm. II. 36. et similiter Jambl. V. P. 28. 135. Ocell. Luc. I. 15. Nemes. de Nat. Hom. 36. 301. Galen. Comm. I. in Hipp. p. 181. D. T. 12. Apud Hesychium *Ἀπαράβατον, ἄπιστον*, emendandum est *πιστόν.*

††) Poll. X. 115. *λύχνιον, candelabrum*, vulgo *λυχνίας* (immo *λυχνία*) vocari, quod et Ammonius et Eustathius

Ἀγωγόν: τοῦτο τοὔνομα τάττουσιν οἱ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ τινα ὁδὸν ἡγουμένου· οὕτω καὶ Θουκυδίδης κέχρηται. νῦν δὲ οἱ περὶ τὰ δικαστήρια ῥήτορες ἀγωγοὺς καλοῦσι τοὺς ὀχετοὺς τῶν ὑδάτων. [a]) †)

---

a) Ed. Pr. et Phavor. ἐπὶ τοῦ ἡγουμένου τινὰ ὁδὸν et deinde οἱ δὴ νῦν ἀγωγοὺς καλοῦσι τοὺς — ὑδάτων.

significant, qui λύχνιον προπαροξυτόνως pronunciandum esse dicit. Ammonius λύχνιον ait differre a λυχνούχου (sic enim lego, non λύχνου), ut λύχνιον sit ἡ λυχνία, et λυχνοῦχος ὁ φανός. Est autem φανός *fax*, λυχνοῦχος vero laterna Alex. Athen. qui ex alio poeta λύχνος κεράτινος, ut sit idem fortasse etiam quod laterna. Ex his Hesychius emendandus videtur, apud quem λυχνείας legitur cum *si. Nunnes*. v. Jungerm. ad Poll. c. l. *Pauw*. v. Wetsten. ad Matth. V. 15. et Oudend. ad Thom. p. 589. Phrynichus App. pag. 50. *Λυχνίον*: οἱ ἀμαθεῖς λυχνίαν αὐτὸ καλοῦσι. Eustathius p. 1842. 26. λαμπτῆρες λέγει, ἃς νῦν οἱ ἀγροτικοὶ λυχνίας φασίν, ἐφ' ὧν δᾷδες κείμεναι ἀνάπτονται. *Ἡ λυχνία*, praeter scriptores sacros, Philonem (de Congr. quaer. Erud. pag. 425. B.) et Josephum, etiam Lucian. Asin. XL. 178. (λυχνίον idem Conviv. 46. 83. T. 9.) Galen. de Comp. Med. p. Locc. I. 2. 326. D. Artemid. I. 74. 103. Hero Spirit. p. 212. *Λυχνίον*, Antiphan. Athen. XV. 666. F. quod in Ed. P. et a Nunnesio, Eustathii vestigiis inhaerente, proparoxytóνως scribitur, in plerisque locis paroxytonon est, eamque scribendi rationem tum in hoc vocabulo tum in similibus omnibus sequendam duxi consensu potiorum Grammaticorum, qui quae in fidem alterius scripturae afferuntur exempla, ἴχνιον, ἴκριον Etym. 631. 29. Eustath. 233. ea a diminutivorum numero excludunt. v. Schol. in Dion. Gramm. 856. Par repugnantia in motu adjectivorum cernitur, μακρότερος, πυκνότερος, quae nuperus Platonis editor novo modo scribere instituit.

†) De hoc praecepto quae Hemsterhusius adnotavit ad Thom. p. 10. Atticistarum judicio neque suffragans, neque refragans, ea nunc uberiora facere studebo. Ἀγω-

γός de canali praeter Herodianum usurpant Galenus de Us. Part. XVI. 1. 675. A. Procop. de Aedif. V. 9. 107. C. Geopp. II. 7. 113. Georg. Pisid. Hex. v. 644. nemo eorum, qui nonnullius sunt his in literis nominis. Sed veteres φύακας appellant et ὀχετούς, vulgus ὑδραγώγους s. ὑδραγωγεῖα, Latini *paragogia*. Quem autem Homerus ἀγόν, hunc maturata Graecitas ἀγωγόν transnominavit, Herodo. III. 26. Thucyd. II. 12. Plut. V. Lucull. 21. 503. T. 3. Aristid. Pan. T. I. 144. Verum de hoc satis. Pollucis autem judicium III. 95. Ὁδοῦ ἡγεμών, ἀγωγός· ἀγωγεύς εὐτελέστερον· πληθυντικῶς δὲ ἀγωγοὶ καὶ ἀγωγεῖς ῥητέον, quod Hemsterhusius inverecundae subtilitatis damnat, hanc, opinor, habet sententiam, singularem hujus nominis, in *funis* significatione defixum, ineleganter de *duce* usurpari. Et ut nullum fere est vocabulum biforme, a Grammaticis commemoratum, cujus non alteram formam probarint, alteram rejecerint, ita etiam ex his substantivis verbalibus, quae modo in ος modo in ευς terminant, alia Atticorum propria, alia vulgaria et protrita habent. Suidas et Zonaras: Ἀνάδοχον, οὐκ ἀναδοχέα λέγουσι. paullo mitius sensit Hesychius: Ἀνάδοχος καὶ ἀναδοχεύς διχῶς ἐλέγετο, quod ineptissime interpretatur Bauerus ad Thuc. VIII. 81. Ex his ἀνάδοχος satis usitatum (Dion. Ant. VI. 84. Plut. V. Dion. 18. 184. Phalar. Ep. XXII. Hesych. s. Ἔγγυον et Schol. Ven. X. 254. cf. Valcken. ad Schol. Leid. pag. 75. Lips.) alterum e Plutarcho Tittmannus producit. ἀποδοχεύς Themist. Or. XV. 192. C. ὑποδοχεύς Charit. III. 2. 59. Ammon. s. Ἑστιάτωρ. Apud Suidan: Ὑποδέξιος, ὑποδοχεύς, quam glossam ad Herodo. VII. 49. referunt, ὑποδοχῆς legendum, adjectivum autem ὑποδέξιος prorsus obliviscendum videtur. Ex eodem genere est Thomae et Moeridis praeceptum: Μεταβολεύς, οὐ μετάβολος, quod Stephanus Byz. s. Ἰσεῖον, cf. Biel. Thes. T. II. 338., praeterea nullus luculentior scriptor recepit. Tertio Eustath. p. 128. et 1406. 10. ὁ ἐκ τοῦ παρὰ Πινδάρῳ διάβολος κοινῶς διαβολεύς, cujus nullum exemplum notavi praeter Schol. Lucian. Peregr. 16. p. 283. T. 8. Ac ne prius quidem Polluci placet, qui V. 118. synonyma βλάσφημος, λοίδορος, διάβολος ad idiotismos plebeji sermonis refert. Huic neque Comici exemplum (Eqq. 45.) neque Xenophontis (Ages. XI.), viri militaris et in verborum electione non nimis religiosi, auctoritatem opponam; sed qua ratione Thucydidem sit amoliturus,

διαβόλως usurpantem VI. 15., conjectura assequi non queo. *) His fundamentis jactis tantum ea adstruam, quae aut in Lexicis omissa, aut alia de causa notatione digna sunt: ἀπαγγελεύς Maneth. II. 263. ἐπαρωγεύς Nicand. Alex. ἀνθοβαφεύς Basil. Hom. in Div. p. 55. C. (ἀνθοβάφος Hom. in Hex. VIII. 68. E.) παροχεύς Phurnut. N. D. IX. p. 151. et Lex. Gr. in Matthaei Lectt. Mosq. p. 80. καθολκεύς Galen. de Fasc. XI. 476. C. et ex contrario genere καθολκός ibid. σχοινοσύμβολος Schol. Arist. Pac. init. μεταγωγός Schol. Od. E. 260. καταγωγός Jambl. V. P. XXXII. 228. ἐξαγωγός (i. q. ἐξαγωγίς, emissaria balneorum) Athen. XI. 104. 503. de quo genere hoc amplius addam, terminationem in ευς sequi potissimum substantiva composita, προσαγωγεύς, ἐξαγωγεύς, συναγωγεύς, quae omnia gravissimis monimentis testata sunt. Veteres Grammatici hujus ionicae, ut a potiori appellant, διφορήσεως plura exempla recensent: πομπός et πομπεύς, ἡνίοχος et ἡνιοχεύς, ἀμορβός et ἀμορβεύς et cetera, quae pro numerorum ratione variantur. Unum novi τρόφος sic a τροφεύς disjungi, ut illud nutricem, hoc paedagogum significet. Sic recentissima adhuc aetate Theophilus distinguit Instit. I, Tit. VI. 5. ἢ τρόφος ἢ τροφεύς, quae et a poetis et a librariis confundi solent. v. Coray ad Aelian. V. H. XII. 1. Jacobs. ad Anthol. Vol. II. P. III. 225. Eur. Herc. F. 43. El. 409. Sed in plerisque duplex et nonnunquam etiam triplex forma ejusdem potestatis est, ut v. c. φαρμακός, φαρμακεύς et φαρμακευτής. Eustath. pag. 1415. φαρμακεύς ἢ κατὰ Πλάτωνα φαρμακευτής. ut βαλανεύς et βαλανευτής, ἁλιεύς et ἁλιευτής etc. quo ex numero προνομεύς Anna Comn. VI. 171. B. VII. 210. C. ὑδρεύς Manetho IV. 251. μεταλλεύς Agatharch. M. Rub. p. 25. Them. Or. XI. 152. C. v. Schaefer. ad Apoll. Rh. I. 93. ἀνθρακευτής Aelian. H. An. I. 8. κεραμευτής Cyrill. c. Jul. IV. 120. C. μαγευτής Dio Cass. LII, 36. 689. πορθμευτής Synes. Hy. V. 8. μεθερμηνευτής Euseb. V. Const. IV. 32. 643. a Lexicorum conditoribus praeterita sunt. Neque nihilo aestimo quod Timaeus in Lexico, Platonem citans Soph.

*) Thucydidis exemplo Dio Cass. XLVI. 1. 451. Διαβόλως rursus et βλασφήμως Pollux III. 139. sine nota transmittit, λοιδόρως autem VIII. 81. ut εὐτελὲς respuit, eodem judicio damnans πονηρῶς, (non damnaturus πονήρως) et ταραχωδῶς VIII. 154. quod Isocratis ad Phil. XX. p. 133. auctoritate munitur; βλάσφημος satis stabilit Demosth. Philipp. III. 110. 9.

Κρύβεται φεῦγε διὰ τοῦ β λέγειν καὶ κρύβεσθαι, ἀλλὰ διὰ πτ, κρύπτεται καὶ κρύπτεσθαι φάθι. [a]) †)

a) Ed. Pr. V. Κρύβεσθαι καὶ κρύβεται φεῦγε διὰ τοῦ β λέγειν· κρύπτεσθαι δὲ καὶ κρύπτεταί φασι. Φασί pro φάθι operarum videtur error. *Pauw.* Φασί s. φάθι omittit Phavorinus, cetera eadem quae in Ed. Pr. Inter διὰ πτ articulus excidisse videtur.

218. E. pro ἀσπαλιευτής substituit ἀσπαλιεύς, quod si ex universo genere aestimatur, speciem habet magis oratoriam; de singulis existimare lubricum videtur, tacentibus praesertim veteribus Atticistis, qui hunc locum tantummodo strinxerunt. v. Moer. et Thom. s. *Βραβευτής* et *Πρεσβευτής*. Sed, quae sunt communissimi usus, ἱππευτής, φονευτής, ἑρμηνευτής, ἁλιευτής, βαλανευτής (Suid.), σταδιευτής, non nimium nobis arrogare videmur, si vel sine illorum auctoritate Atticae finibus excludimus.

†) Ex barytonis primae classis nullum binis elementis constans (ἅπω, ἕπω), perpauca trilicia vetustatem tulerunt, atque illa quoque, quae suis ponderibus sustentantur, quo fortius aures ferirent, accessione consonantium aut aliqua circumductione dilatata sunt, ἅπτω, κλέπτω (κλέπω Hesych. add. Lexx.), σέβομαι, σεβίζω, φοβέω etc. Antiquati praesentis βλάβω, cujus forma media in Homero reperitur, imperfectum ἔβλαβε Quintus V. 509. ab oblivione vindicavit. *Κρύβω* in sermone vulgari certius radices fixisse, et recentiorum scriptorum consuetudo et librariorum persaepe huc delabentium aberratio docet. In Herodo. IV. 92. tres codd. κατακρύβει, in Athen. VII. 123. 88. unus κρύβεται praebet; κρύβειν Schol. Lucian. Lex. I. 176. v. Alberti ad Hesych. s. *Ὑδνεῖν*, ἔκρυβε Nonn. Dionn. XLVIII. 846. 23. ἀποκρύβει Georg. Pisid. Hexaem. 1132. κρύβομαι Batrachomyomachia barbara v. 112. κρυβόμενος Hesych. s. *Πτήσσων*, ὅταν κρύβηται Lex. Rhet. Bekk. p. 261. qui si aut aetate sua excusantur, aut jure poetico defenduntur, quaeritur, quousque hujus licentiae (quid enim aliud appellem?) termini propagandi sint. Diodoro quidem, raro de via publica decedenti, ἐγκρύβεται I. 80. aegre conceditur. Plutarcho

V. Crass. 23. 440. T. 3. pro *κατέκρυβε* Bryantius ex Appiano *κατέκρυπτε* restituit; *ἔκρυβε* Conon. Narr. 50. 54. *ἐκρύβετο* Apollod. III. 2. 1. Aesop. Fab. 65. 314. nihil satis firmi video, quamobrem reprobentur. Si *κρυβεῖν*, quod Niclasius Geopp. II. 24. 160. rescripsit, si *ἐγκρυβοῦσα* Apollod. III. 13. 6. (codd. *ἐγκρύβουσα*) vitio carent, a *κρύπτω*, non a *κρύβω*, repeti debent; neque fidei absonum, a *βλάπτω* aliquos aoristum *ἔβλαβε* derivasse. Aoristi passivi *ἐκρύβη* exempla et suppeditant recentioribus, et non desunt Atticis; quanquam nonnullis persuasum est, Sophoclem et Euripidem nihil istiusmodi, sed *κρυφείς*, *κρυφήσομαι* scripsisse, ab aspirato *κρύφω*, *) unde *ἔκρυφε* duxit Quintus I. 393. II. 478. Nonn. I. 335. III. 216. IV. 251. V. 318. VII. 47. XXIII. 252. XL. p. 673. 25. qui et *ἔῤῥαφε* protulit VII. 154. VIII. 3. IX. 5. *ἔῤῥιφε* Oppian. Cyn. IV. 350. Pro *κατορυγῆναι* Xenoph. Anab. V. 8. 11. cod. *κατορυχθῆναι* praebuit, Schneidero probatum, Aristophanemque Avv. 394. non *κατορυγήσομαι*, sed *κατορυχήσομαι* scripsisse Elmsleyus suspicatur, qui et *ψυχῆναι* analogiae propius esse judicat Diar. Crit. T. XVI. 439. Quin aspirata forma Atticorum auribus blandita sit, dubitare nos vetant Moeris et Thomas, quorum praecepta nescio an juste interpretetur Matthiae Gramm. Gr. p. 229. Magis *ἀναλογικῶς* eam formatam esse, non ex vero dicitur. A *ψύχω* Aeschylus *ἀπεψύχη* derivavit apud Hesychium, de quo errat Albertius, *ἀναψυχῆναι* idem et Suidas, *ἀποψυχεῖσα* Mechann. Vett. p. 148. A *ψύγω*, quo praeter Dioscoridem Pollux VII. 144. Hesychius in *Ταρσοί*, Suidas s. *Ξηραίνω*, et Eustathius p. 1625. 14. utuntur, venit *ψυγῆναι* Diod. III. 15. (cod. *ψυχθῆναι*) Phalar. Ep. LXII. Galen. Vict. Acut. VIII. 194. F. T. XI. Alex. Trall. II. 5. 149. III. 2. 181. Geopp. V. 38. 400. Jul. Afric. Cest. 27. 299. Basil. Ep. 204. 225. C. *Ἐνθρύβομαι* Harpocr. s. *Ἔνθρυπτα*, *περιθρύβομαι* Diod. III. 50. in Lexicis omissa sunt; unde *διεθρύβη* originem ducit. vid. Hesych. et Struvii Gramm. Graec. pag. 213.

*) Similiter variant *ἀποκρυφή* et *ἀποκρυβή*, quod Lexicis deest, Nicet. Ann. VI. 4. 104. v. Biel. Thes. nisi hoc *ἀποκρύβη* scribendum et ab altero sic distinguendum est, ut *καλύβη* locale a *περικαλυφή* pragmatico.

Καρῆναι καὶ ἐκάρην φασὶν, καὶ εἶναι τούτου πρὸς τὸ κείρασθαι διαφοράν. Τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ προβάτων τιθέασι καὶ ἐπὶ ἀτίμου κουρᾶς· κείρασθαι δὲ ἐπὶ ἀνθρώπων· ὃ δεῖ φυλάττειν. *) †)

---

a) Verba ἐπὶ ἀτίμου κουρᾶς et ὃ δεῖ φυλάττειν omittit Ed. Pr. Pro τούτου διαφοράν. τὸ μὲν rectius legeretur τούτων et τὰ μὲν quin et ἐκάρη emaculatius esset quam ἐκάρην. *Pauw.* Leve hoc est et opinabile; mihi illud φασὶν — εἶναι nihil ex Phrynicho olere videtur.

†) Nunnesius addit, in Thomae loco p. 494. quo idem praeceptum continetur, verba τοῦτο κατακριθέντων et οὐκ ἐπὶ ἀτίμου in suo codice omitti, eaque pro Glossematis habet; deinde etiam in libro MS. Moschopuli legi ἐκάρην, ὃ ἀεὶ τάττεται ἐπὶ ἀτίμου κουρᾶς, et hoc ἀτίμου etiam Phavorino inserendum esse.

Antiatt. Bekk. p. 103. Καρθεὶς (s. καρεὶς) ἀντὶ τοῦ κειράμενος· καρῆναι γὰρ τὸ πρόβατον, κείρασθαι δὲ τὸν ἄνθρωπον φασὶ δεῖν λέγειν. Alteram hujus decreti partem, qua καρῆναι ad significationem ignominiosae tonsurae revocatur, apposuit Lucianus Pseudos. c. 6. neque idoneis exemplis refutari potuit. Nam Plutarchus V. Lysand. I. 131. T. 3. τῶν Ἀργείων ἐπὶ πένθει καρέντων, et Julianus Antic. Ep. II. p. 200. τῷ σε χρὴ δρεπάνοισι καὶ οὐ ψαλίδεσσι καρῆναι, magis necessariam fuisse admonitionem probant, quam monitoribus obstant. Κείρασθαι autem non posse dici nisi in eo, qui sciens et volens tonsuram subit, cum natura temporis medii conjunctum est. Dorvillius quidem ad Charit. p. 358. versum veteri monumento inscriptum Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν (Ἀδεσπ. CLXXXIV. p. 165. T. IV.) argumenti loco esse putat, etiam huic tempori significationem passivam tribui; sed id ita demum verum esse potest, si est passio αὐτοενέργητος, ut in illo versu, cujus sententia tum ab Isocrate (ἄξιον ἦν ἐπὶ τῷ τάφῳ — κείρασθαι τὴν Ἑλλάδα Aristot. Rhetor. III. 10. 35.) tum a Lysia Aeschineque clarius expressa est. Similiter Phocyl. Nuth. 154. ἄρουραι λήϊα κειράμεναι, Leonid. Tar. Ep.

LXII. χθονὶ τὰς πεύκας κειραμένῃ, Gregor. Naz. Or. XVI. 303. D. γῇ καθυβρισμένῃ καὶ ἀποκειραμένῃ, et a Procop. Hist. Temp. II. 30. 171. A. ἀποθριξάμενος τῆς ἱερωσύνης ἠξίωτο βίᾳ hoc significatur, *crines sibi attondendos praebuit.* Itaque medio quidem uti licet pro passivo, ut δεδέσθαι αὐτὸν (λέγουσι), ὅτε δὴ (adde καὶ) κείρασθαι (sc. ἐπ' ἀτιμίᾳ) Philostr. V. Apoll. VII. 35. 314. non item hoc pro illo. Sed circumferuntur ejus formae aoristi plures, passivam significationem ementiti: δεδεμένῳ τε καὶ κελευσαμένῳ ὀρύττειν Philostr. V. Ap. V. 19. 202. apparet ex κεκελευσμένῳ detortum esse. In Platonis Epigr. XXII. Suidas γεινάμενος pro γεννηθεὶς accepit, ubi nostri libri γεινόμενος exhibent; Aeliano autem H. An. XII. 32., cujus auctoritate Albertius ad Hesych. T. I. 808. utebatur, Schneiderus commode γενόμενος retribuit, quod et in Juliani Caess. p. 15. Heus. e codd. revocandum est; γεννώμενοι substituendum Himer. Ecl. XIX. 268. ἅτε ἐκ μέσων Διὸς στέρνων γεινάμενοι. Ἀπεσφάξαντο Xenoph. Eph. I. 13. Hermannus de Em. Gramm. p. 256. ad ordinem redegit; passivum ἰάσασθαι Heindorfius amolitus est ad Phaedon. p. 96. Pro Ἶφι βιασαμένῃ in Euphorionis versu Etym. M. s. Ἶφις reponenda est homerica forma βιαζομένῃ. In Lycurg. c. Leocr. p. 166. T. IV. τοῦ στρατεύειν ἀφεμένους, quum hoc non perinde accipi possit ut ἀφέμενος τοῦ παίζειν, τοῦ μακρολεσχεῖν etc., praestat ἀφειμένους scribere s. ἀφιεμένους, ut p. 164. contra in Isocrat. Nicocl. p. 45. τῶν ἄλλων ἀφελόμενος in ἀφέμενος mutandum, ut Archid. 15. 186. πάντων τῶν τοιούτων ἀφέμενος· nec obsequendum Corayo in Isocr. Antid. p. 236. (p. 519.) ἡγοῦμαι τάχιστ' ἂν ἀφέσθαι pro ἀφεθήσεσθαι emendanti. Nulli istorum recte comparaveris verba περιεκτικά: τάξασθαι μισθὸν φέρεσθαι Plato Rep. III. c. 22. de quo cum Astio dissentio (p. 416.), γράψασθαι, πιστεύσασθαι τὴν διοίκησιν Plutarch. Vitt. X Orat. VII. 250. T. XII. στεφανώσασθαι etc. Δεδίξασθαι contra Atticorum consuetudinem (v. Piers. ad Moer. p. 118.) in *metuendi* significatione posuit Polyaenus Strateg. I. 12. 10. ut praesens ipsum Hipp. de Morb. Mul. I. 24. 745. ἢν δεδίσσηται καὶ πτύρηται.

Κοχλιάριον: τοῦτο λίστρον Ἀριστοφάνης ὁ κωμῳδοποιὸς λέγει· καὶ σὺ δὲ οὕτω λέγε. [a]) †)

Δεξαμενή: φασὶ Πλάτωνα ἐπὶ τῆς κολυμβήθρας εἰρηκέναι· ἐγὼ δὲ οὔ φημι· ἀλλὰ δεξαμένη τῷ τόνῳ εἶπεν ὡς ποιουμένη. χρὴ οὖν καὶ ἡμᾶς κολυμβήθρα λέγειν. [b]) ††)

---

a) Hoc nihil ad Atticismum et linguam antiquam; articulus a Pr. Ed. abest. *Pauw.* Praeteriit etiam Phavorinus.

b) Ed. Pr. Vasc. *Δεξαμενὴν φασι — χρὴ οὖν ἡμᾶς κολυμβήθραν λέγειν*· accusativum etiam Phavorinus posuit, sed *καὶ* retinet, quod

†) Quam Pauwius h. l. infert suspicionem, Phrynichus ipse depellit App. Soph. p. 51. *Λιστρίον*, τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν καλούμενον κοχλιάριον· quod Pollux VI. 87. μυστιλάριον vel κοχλιώρυχον dici jubet, plura congregans synonyma L. X. 89. μυστίλοις ἢ μυστίλαις ἢ μυστιλαρίοις ἢ κοχλιωρύχοις ἢ λιστρίοις, unde μυστίλος et μυστιλάριον accedant Lexicis. Idem denotant μύστρον et μύαξ, Crito ap. Galen. de Antid. I. 16. 895. C. T. XIII. cujus hunc significatum omittunt. Κοχλιάριον Galenus de Medic. Simpl. XI. 1. 8. 25. 511. A. de Pond. et Mens. II. 376. E. (hic de mensura cochliari) Dioscorides II. 50. 78. a. et pluribus locis, Geoponn. VII. 15. 491. Neque id hoc solum significat, quod nos dicimus, sed etiam ligulam et trullam et rutabulum, qua in re cum λίστρον congruit, quod et rutrum et bipalium et pistillum notat. Suidas: *Δοίδυξ*, κοχλιάριον — ὁ ἀλετρίβανος. Idem: Κοχλιάριον τὸ παρ' ἡμῖν· adde ταγηνοστρόφιον. Et rursus πτύον de instrumento coquinario usurpatur. Photius: *Λιστρίον*, στρογγύλον πτύον. Poll. VI. 89. ὃ νῦν τηγανοστρόφιον, οἱ πάλαι λιστρίον ἢ πτέον· sic enim e cod. ἠπτέον scribendum est, non πτύον. Photius: Πτέον λέγουσιν, οὐ πτύον. quod quum eodem modo Pollux praescribat X. 128., in Schol. Ven. *N.* 588. τὰ δὲ ξύλινα καὶ τρόπον χειρὸς ἔχοντα, οἷς καὶ τὴν γῆν μεταβάλλουσι[καὶ] τὰς ἀστάχυας ἀναῤῥιπτοῦσι, θρίνακας φασί, παρὰ δὲ Ἀττικοῖς πτύα, scribendum est πτέα. Quod Nunnesius addit: „Suidas κοχλιάριον non esse antiquam vocem et a Latinis ad Graecos manasse scribit,“ non video, unde erui possit.

††) Quemadmodum Grammaticorum praescriptum de

omitti vult Pauwius. Is et Nunnesianae Ed. errorem τῷ τόνῳ emendavit et praeterea ἀλλὰ καὶ δεξαμένῃ τῷ τόνῳ legendum esse conjecit, *non modo δεξαμενῇ pro piscina non dixit Plato, sed et tono alio scripsit δεξαμένη.* Et quod Nunnesius opinabatur, illos, quos oppugnat Phrynichus, Platonis loco in Timaeo usos esse, ubi δεξαμενή dicitur materia receptrix formarum, Pauwius asseverat, *neminem tam delirum esse potuisse, qui hunc Philosophi locum ad statuminandam piscinae σημασίαν adduceret. Alius est locus, quem quaerere debes, si in libris superstitibus extet.*

accentu nominum propriorum, Ἀκεσάμενος, Δεξάμενος, Τισάμενος, de quo v. Schol. Venet. ad Ἰλ. Φ. 142. Philem. Lex. Techn. p. 6. Reiz. de Acc. Incl. p. 117. et Bast. Ep. Cr. p. 162., non raro neglectum est, adeo ut in eodem Homero nunc Ἀκεσσαμενοῖο l. c. nunc Δεξαμένη Ἰλ. σ. 45. et Δυναμένη scriptum inveniatur. Similiter δεξαμένη, quum substantivi significationem habet, alii proprio accentu distinguebant, ut Herodo. III. 9. VI. 119. (quo loco utitur Antiatt. Bekk. p. 89. leviter corruptus) Aristot. de Color. V. 800, A. Diod. II. 9, Aelian. H. An. XII. 30. Aristid. Or. Sacr. I. pag. 278. T. I. Dio Cass. XLVIII. 51. 565. Appian. H. Rom. VI. 55. 166. Diog. La. VII. 157. 466. Tzetz. Chil. II. 931. etc. non ita multi, quibus Phrynichus accedit, accentum suo loco relinquebant, Strabo III. 173. (sed p. 164. et V. 237. δεξαμενή.) Galen. de Us. Part. IX. 3. 508. E. T. IV. Philo de Mut. Nom. 1062. A. De εἱαμενή quod Grammatici praecipiunt, v. Etym. M. 328. 15., non servatur in ἐνεγκαμένη (patria), κεκτημένη (domina), ἀγόμεναι, neque in masculinis, ὁ τεκών, οἱ ἀμείβοντες, κελέοντες, servari potuit. Illam vero *piscinae* significationem vulgari dialecto familiarem, Atticis non prorsus ignotam, vel certe ab his obscure praeformatam esse, e Platonis translatione suspicari possumus, binis Timaei locis ἡ δεχομένη 57. B. et ἡ δεξαμενή 53. A. Critias 117. A. ad substantivi similitudinem traducentis, quorum alterum in libris nostris eo accentu notatur, quo Phrynichus Platonem usum esse negat, sed ap. Stobaeum Ecl. Ph. I. 12. 318. aliosque eundem locum repetentes δεξαμένη scribitur. v. Wolf. ad Orig. Philos. p. 109. Piscinam si quis a Pauwio inductus in Platone quaeret, frustra tempus conteret.

Χθιζόν: ἀποβλητέον, ὅτι ποιητικόν, ἀντὶ δὲ τοῦ χθιζοῦ ἐροῦμεν χθεσινόν, πρὸς τὸ πολιτικὸν ἀποτορνεύοντες τὸν λόγον, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης. [a]) †).

---

a) Ed. Pr. et Vasc. ἀποσοβητέον exquisitius pro ἀποβλ. et χθιζόν pro χθεσινόν, omissis πρὸς τὸ πολιτικόν.

†) In contrarium tendunt Moeris et Thomas χθές et χθιζός attica esse, ἐχθές et ἐχθεσινός communia; quos Pauwius audiendos esse negat. „Χθές, χθεσινός, inquit, simplex et nativum. Χθές, χθείς, χθειζός, χθιζός durum et coactum.“ Utrumque probat Photius: Ἐχθὲς καὶ χθές, ἀμφότερα ἑλληνικά, καὶ χθεζινόν καὶ ἐχθεζινόν· quae scriptura etiam apud alios Grammaticos reperitur. Phrynichus App. p. 73. Χθιζινόν καὶ χθεσινόν· τὸ δὲ χθιζόν Ὅμηρος. et in Lex. Att. p. 438. clausula Menandrei senarii profertur — μένω γὰρ ἐξ ἐχθιζινοῦ. Pro χθεσινός Aristophani Vesp. 281. Hermannus de Metr. p. 504. χθιζινός restituit, quod etiam Rann. 987., nondum intruso μοί, lectum fuisse videtur. Neque valde reluctator, si quis eandem formam hic sub Edd. vett. lectione χθειζόν inclusam latere contendat. Χθιζός Athenis spretum pulsumque apud exoticos non occulte gliscit; Herodotum, Diodorum, Lucianum, Longum, Heliodorum VI. 10. eo usos indicarunt priores. In eodem discrimine positum est πρωιζός s. πρώιζος (v. Heyn. ad Il. II. 303.). In Isaei loco, quem Suidas apposuit, pro πρωιζόν ex Etymologo πρωινόν restituendum putem; χθιζά τε καὶ πρωιζά Plato Alcib. II. 141. D. ex Homero ad verbum mutuatus est; Attici χθὲς καὶ πρώην, Dem. de Cor. p. 270. Plat. Legg. III. 108. T. 8. vel ἐχθὲς καὶ πρώην Gorg. p. 470. D. Dem. Fals. Leg. 424. (cod. χθές.) Isocrat. Archid. 9. 182. vel πρώην καὶ χθές Dem. c. Leochar. p. 1093. *) quorum quid optime atticum sit, aestimatu difficile. cf. Wesseling. ad Herod. p. 129. Tryphon. ap. Apollon. de Adv. p. 556. sq. et Atticist. in Anecd. Villois. II. p. 85. Zonaras p. 1744.: Τρίτην ἡμέραν λέγουσιν, οὐχὶ τρίτης ἡμέρας, οὐδὲ τρίτῃ ἡμέρᾳ· Μένανδρος ἡμέραν τρίτην ἐπενό-

*) In Lys. Κατηγ. Συν. p. 311. T. V. νῦν ἤδη καὶ πάλαι mendose editum pro νῦν τε —.

Βαθμός ἰακὸν διὰ τοῦ θ, διὰ τοῦ σ ἀττικόν.[a]) †)

---

a) *Διὰ τοῦ θ* scripsi ex Ed. Vasc. et Phav. pro *διὰ θ*. De Ed. Pr. Pauwius nos destituit; sed pro *διὰ τοῦ σ ἀττικόν* eam *διὰ δὲ τοῦ σ ἀττικόν, βασμός*, exhibere notat; quod etiam Vasc. et Phavor. offerunt.

μασεν ἡμῖν· — — Δημοσθένης· τρίτον ἢ τέταρτον ἔτος τοῦτο ὡραῖον τεῖχος πολιορκῶν· ubi scribendum est Ἡραῖον τεῖχος (Olynth. III. 29.) et in Menandri versu ἐπεκώμασεν. Προχθεσινός Etym. M. s. πρῷζον et Hort. Adon. p. 145. b. addendum Lexicis.

Ἀποτορνεύοντες] Ex Platonis imitatione Phaedr. p. 234. E. ἀκριβῶς ἕκαστα τῶν ὀνομάτων ἀποτετόρνευται· quod multis aliis usui fuit. Plutarch. de Audit. VIII. 147. T. VII. τῶν ὀνομάτων σαφῶς καὶ στρογγύλως ἕκαστον ἀποτετόρνευται. Apsines Τέχν. Ῥητ. p. 713. (Longin. Fr. VIII. 198.) τὸ ἀποτετορνευμένον καὶ στρογγύλον τῶν λόγων. Nicet. Ann. XVI. 4. 318. τοὺς λόγους ἀποτορνεύειν εἰδώς. v. Eichstaedt. Ep. ad Astium p. 177. Ernestii Lex. Rhet. Gr. p. 40.

†) Βασμός Callixenus Athen. V. 30. 270. Paus. VIII. 6. 365. καταβασμός Aeschyl. Prom. 817. ἀνάβασμα Hesych. s. Σκάλα, quod praetermissum a Lexicographis, ἀναβασμός Paus. X. 5. 154. et 6. 198. Dio Cass. XLIII. 21. 355. LVIII. 5. 880. LX. 16. 953. LXVI. 6. 1081. ut appareat, Leunclavium in LVIII. 1. 875. haud recte hoc posthabito ἀναβαθμός introduxisse; quamquam haec forma et huic scriptori non insolita et in tota Graecia vulgatissima est; βαθμός Strabo p. 172. Lucian. Amorr. LIII. 517. T. V. Appian. Bell. Pun. VIII. 130. 491. Themist. Or. XV. 93. B. Artemid. II. 42. 225. ἀναβαθμός Aelian. H. An. VI. 61. XI. 31. Dio Cass. LXV. 21. LXVIII. 5. ἀποβαθμός loci nomen Paus. II. 38. 525. quod Lexicographos fugit. Sic et βαθμίς, βαθμηδόν et, quod in proverbio dicitur, ὑπερβάθμιον πόδα τείνειν, v. Boissonad. ad Marin. p. 94. Atticorum oratorum mihi nullum exemplum succurrit, quo Phrynichi, Moeridis et Thomae consentiens auctoritas vel confirmetur vel frangatur. Vicissitudo autem literarum dentalium huic

Πυρία: τοῦτο τάττουσιν οἱ πολλοὶ ἐπὶ τῆς ἐν τῷ βαλανείῳ [a]) πυέλου, καὶ ἔχει μὲν τὸ ἔτυμον ἀπὸ τοῦ πυροῦσθαι, οὐ μὴν τὸ ἀκριβὲς καὶ δόκιμον. πυέλους γὰρ οἱ ἀρχαῖοι καλοῦσιν, ἀλλ' οὐ πυρίας. *†)

*Ἴπτασθαι παραιτητέον, εἰ καὶ ἅπαξ που εἴη κείμενον ἢ δίς. πέτεσθαι δὲ λέγε. ††)

---

a) Βαλανίῳ Ed. Vasc. βαλλανείῳ Phavor.

generi derivatorum antiquitus adhaesit, quorum alia, praesertim in vulgari Graecitate, biformia sunt, ut κλαυθμός et ἀνακλαυσμός, quod jam Sylburgius ad Dion. Hal. VI. 46. 1143. T. II. cum βασμός comparavit, alia sibi quidem constant, δασμός, θεσμός, νασμός, ἀφεσμός, ῥυσμή, sed cum congeneribus, σταθμός, ῥυθμός, pugnant. Sunt, quae fulcimentum respuant, δόμα, πόμα, δέμα; sunt, quae dupliciter fulciantur, ἆσθμα, ἰσθμός; est etiam ut ad τ abeatur, ἀτμός, ἐρετμός, aut fultura non necessaria inferatur, σκαρθμός, ἀρθμός, πορθμός, κλαυθμός (cf. Jungerm. ad Poll. II. 64.).

†) Pollux VII. ait etiam πυρίαν adhiberi in balneo; Galen. in Gloss. aliter observat usurpari ab Hippocr. sed ea significatio non pertinet ad h. l. *Nunnes*. Nescio an ullibi apud scriptores antiquos πυρία pro πύελος dicatur, in quo aqua calida lavabantur. Pollucis et Galeni πυρία alia, sudatio sicca, ipsumque vas, qua ea ciebatur. v. Steph. Thes. *Pauw*. V. quos Fischerus citat in indice Palaephati s. πυρία. Novitio verbo πυριάζω Moschio de Mul. Aff. p. 4. et Hesych. s. καννναβισθῆναι utuntur.

††) *Ἴπτασθαι, quod Lucianus quoque Lexiph. 25. 203. T. V. Pseudos. 7. 226. T. IX. et Thomas p. 473. rejicit, in recentiore Graecitate, quoquo oculos vertimus, invocatum occurrit: Philo Decal. p. 761. B. Plutarch. V. Timol. XXVI. p. 149. T. II. Achill. Tat. II. 6. 118. ἱπτάμενος Aristot. H. An. V. 8. 192. ἀνίπτατο Dio Cass. LVI. 41. διιπτάμενος Lucian. Amorr. VI. 265. T. V. ἐφίπτατο Appian. VIII. 100. 444. ἐξίπτατο Athen. V. 31. 272. καθιπτάμην Liban. Decl. T. IV. pag. 153. προσιπτάμενος

Νήστης βάρβαρον, τὸ δ' ἀρχαῖον νῆστις διὰ τοῦ ι. [a]) †)

---

a) Ed. Pr. Vasc. Phavor. τὸ δ' ἀρχαῖον διὰ τοῦ ι, omisso νῆστις.

Philo de Conf. Ling. p. 323. ὑπερίπτασθαι Maxim. Tyr. VI. 95. in Atticam receptum non est. Nam quod Bernardus ad Thom. l. c. in decimo Platonis de Legibus extare notat, neque verum est (nisi me oculi frustrantur), neque, si ita esset, sincerum judicarem. v. Ast. ad Polit. pag. 408.

†) Inflectitur νήστιδος, ut observat Moschop. in Schediis, ut sit plane νῆστις in recto. Henricus in suo Thesauro νήστεως inflectit, sine auctore tamen. *Nunnes.* Νῆστις Matth. XV. Marc. VIII. Basil. M. Ep. CXX. MS. ὅτε ἑβδοματικαῖς κύκλοις νῆστις διατελῶν θεῷ προσεφιλοσόφεις. ὁ νηστευτής Id. Or. I. de Jejun. *Hoeschel.* Idem Moeridis praeceptum. Etym. M. Νῆστις — κλίνεται νήστιος, quod non de masculino genere, ut Abreschio visum Animm. ad Aesch. p. 264., sed de antiqua declinatione Ἰλ. τ. 207. Ὀδ. σ. 369. intelligi debet. Ὁ et ἡ νῆστις Aesch. Agam. 341. Anaxandr. Athen. VI. 41. 450. Aristot. H. An. IX. 4. 337. Plutarch. V. Cat. Maj. XXIII. 422. νήστιδι Hippocr. de Nat. Mul. 80. 717. D. T. VII. αἱ νήστιδες Aesch. Agam. 1632. οἱ νηστίδες (νήστιδες) Aristoph. Γηρυτ. VI. 230. Athen. VII. 79. 126. (ubi ab re consulit Schweighaeuserus). Phrynichus App. p. 52.; Νῆστις καὶ τὸ πληθυντικὸν νήστιδες καὶ νήστις (leg. νήστεις). Sic ἄνδρας νήστεις Polyb. IX. 22. Dion. Hal. Rhet. IX. 16. Poll. VII. 50. Sic ἤνιδες et ἤνεις (ἦνις), v. ad Hesych. s. v. et Eust. p. 627. ἄϊδρεις Theophan. Epigr. CC. 738. Paralipp. ἴδριες Simon. Ep. XVII. et ἀΐδριδες, a Grammaticis reprehensum, sed ab atticis receptum, v. Etym. M. p. 42. 30. Schol. Ven. Γ. 219. qui similiter εὔνιδες (non εὐνίδες) Aesch. Pers. 287. παραδείκνιδες, χάλιδες usurparunt; de γύννις, λάτρις (quod Pollux III. 78. rhetoribus convenire negat), τρόφις nominatim praecipiunt Grammatici, omninoque masculina barytona, praesertim macroparalecta, imparibus syllabis declinari docent; contra in Hippocratis libris dativus νήστει ionicus suo fungitur munere de Nat. Mul. c. 91. 719. C. 106. 726.

Κατὰ χειρῶν δεινῶς ἀνελλήνιστον, καὶ τὸ ἐπὶ χειρῶν δέ· μεστὴ γὰρ ἡ κωμῳδία τοῦ κατὰ χειρός. a) †)

Φάγομαι βάρβαρον. λέγε οὖν ἔδομαι καὶ κατέδομαι. τοῦτο γὰρ Ἀττικόν. b) ††)

---

a) Hic articulus in Ed. Pr. Vasc. et Phavor. non legitur.

b) Eidem hoc articulo carent Edd. Pr. V. Phavor.

F. de Morb. Mul. I. 33, 739. C. etc. Vitiosa scriptura νήστης Matronem usum esse Piersonus notavit ad Moer. p. 270. unde νήστειρα Nicand. Alex. 130.

†) *Aquam manibus* converti ex Capro Grammatico. Aristoph. Gramm., ut ait Athenaeus IX. 408. B., docuit τὸ κατὰ χειρός ante coenam aut prandium usurpatum, τὸ δ' ἀπονίψασθαι, cum post cibum aqua manibus dabatur. Sudas observat, non posse aliter dici quam κατὰ χειρός, ut vult Phrynichus. *Nunnes.* Idem Photius p. 107. Moeris 236. et Thomas; quod praeceptum Heynius ad Apollod. II. 7, 6. inani subtilitate excogitatum esse pronunciat. Nimirum Philyllium et Menandrum κατὰ χειρῶν dixisse narrant. Quid refert? Aristophanes et qui ejus choro adscripti sunt, semper κατὰ χειρός usurpasse reperiuntur. Sic etiam Plutarch. de Adul. ab Am. dign. V, 162. *) Lucian. Asin. X. 142. (in re palaestrica cum perunctione conjunctum) Athen. XIV. 49. 531. XV. 33. 501. Poll. II. 150. VI. 92. Xenophontem plurali usum esse, falsum est. In Philoxeni verss. Athen. II. 28. 77. facilius toleratur, quanquam hic quoque Edd. singularem praeferunt. Ἐπὶ χεῖρας IV. Regg. III. 2.

††) Thomas p. 265. Ἔδομαι καὶ κατέδομαι, οὐ βρώσομαι, ἀλλ' οὐδὲ φάγομαι. H. Stephanus τὸ φάγομαι scribit pro futuro medio usitatum, neque tamen auctorem ullum laudat. *Nunnes.* φάγομαι vertendum *edam*, non *edo.* v. Etym. *Pauw.* „Hoc praeceptum, si verum est, „intelligi putabam de praesenti; nam futurum secundum, „si compares Etym. (qui φάγομαι, ἔδομαι, πίομαι com-

*) Vulgatum κατὰ χεῖρα retinuit Wyttenbachius.

Ἡμικεφάλαιον μὴ λέγε, ἀλλὰ ἡμίκρανον. †)
Ἐνάρετος: πολὺ παρὰ τοῖς Στωικοῖς κυκλεῖται τοὔνομα, οὐκ ὂν ἀρχαῖον. ††)

„ponit) recte sic dici videtur, quanquam nec hoc nisi in „LXX. et N. T. legitur. Praesens tantum Sirac. 36, 18." Sturz de Dial. Al. p. 199. Adde Apollon. Lex. p. 270. *Δάσονται, φάγονται.* Ad Lycophr. v. 383. *γεύσεται* Glossa interlinearis *φάγεται* interpretatur. Zonaras: *Ἔδονται, φάγονται.* veteribus indictum, pro quo Sturzii exceptio admitti nequit.

†) Gloss. *ἡμικεφάλαιον, sinciput.* Hesych. exponit *ἡμίκρανον* per *ἡμικεφάλαιον*, quasi hoc popularius sit. *Nunnes.* *Ἀλλὰ ἡμίκρανον:* ita Phrynichus; non minus Atticum *ἡμίκραιρα* Arist. Thesm. 234. Eust. ad Il. *Σ.* princ. In Polluce libri variarunt et morbus capitis dimidii *ἡμίκραιρα* et *ἡμικρανία* dictus fuit diversimode. v. L. II. 41. IV. 184. in quibusdam pro *ἡμικρανία* male irrepserat *ἡμίκραινα.* L. VI. 160. in his *ἡμίκραιρα*, in illis *ἡμίκρανον* fuisse suspicor. nam ibi de capite dimidio potius sermo est, quam de capitis dimidii dolore. Quare pro vulgata *ἡμίκρανα* eo loco scribendum puto *ἡμίκρανον.* Alias *ἡμικρανία* doloris etiam significatu legendum esset; in cauda vocum errores innumeri. Istam vero diversitatem hic locus Phrynichi aperte statuminat; absque quo, non diffitebor, magis atticum censerem *ἡμίκραιρα*, quam *ἡμίκρανον* et *ἡμικρανία.* *Pauw.* Quum apud Suidan et Poll. VI. 160. *ἡμίκραιρα* a librariis cum *ἡμίκρανα* summutatum fuerit, illud autem non solum Aristophanes, Amipsias Athen. IX. 6. 559. et Crobylus IX. 33. 418. usurpent, sed etiam expresse grammatici cum Atticorum consuetudine convenire affirment, v. Schol. Venet. *Ἰλ. Σ.* 3., non prorsus improbabilis est suspicio a Pauwio injecta, neque tamen credere necesse, Phrynichum sic scripsisse. v. Steph. Append. p. 1024.

††) Eustath. docet item, non *ἐνάρετος*, sed *σπουδαῖος* dicendum. v. Aristot. cap. de Qual. ubi negat, *ἀπὸ τῆς ἀρετῆς* dici *παρωνύμως* ullum nomen. Ibi Simplicius *τὸ ἐνάρετος* adnotat non dici *ἀπὸ τῆς ἀρετῆς*, sed *ὁ σπουδαῖος.* Ammon. aliud fingit, *τὸ ἀρεταῖον.* *Nunnes.* Eustath.

pag. 84. Οἱ φιλόσοφοι ἀρετὴν μὲν λέγουσιν, ἐξ αὐτῆς δὲ παρωνυμούμενον ἀρσενικὸν ὀκνοῦσιν εἰπεῖν, τὸν ἐνάρετον, σπουδαῖον δέ φασι τὸν τῆς ἀρετῆς μετέχοντα. Ammon. in Categ. p. 15. οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τῆς ἀρετῆς λέγεται ἐνάρετος, διότι οὐδὲ ἐν ὀνείρου ἴχνει τούτου οἱ παλαιοὶ μέμνηνται· ἀλλὰ τοὐναντίον, κακόσημον ἴσασιν οἱ ποιηταὶ τὸ ὄνομα *Αἰναρέτη, τίς σευ ἄλλος.* Hoc ex Aristotelis sententia, qui ἀρετή in iis nominibus numerat, a quibus nullum duci possit denominativum; id ne quis vocabulis ἐνάρετος et αἰναρέτης redargui credat, prius neque antiquum, neque denominativum esse, alterum contrarium quiddam virtuti significare monent veteres interpretes. Simplicii verba in Categ. c. VIII. *N. γ.* b. turbata sunt: ἔστι δ' ὅπου τῇ μὲν ἕξει κεῖται ὄνομα, ὡς τῇ ἀρετῇ, τῷ δὲ κατ' αὐτὴν ποιῷ οὐκέτι, οὐδὲ γὰρ λέγεται ἐνάρετος· ὁ δὲ σπουδαῖος οὐκ ἀπὸ τῆς ἀρετῆς παρωνόμασται, οὐδὲ ὁ ἐνάρετος, ὥσπερ οὐδὲ ὁ ἐγγράμματος ἀπὸ τῆς γραμματικῆς, quae ita sunt ordinanda: οὐδὲ γὰρ λέγεται ἀρεταῖος, ἀλλὰ σπουδαῖος· ὁ δὲ ἐνάρετος οὐκ ἀπὸ τῆς ἀρετῆς παρων. ὥσπ. οὐδὲ ὁ ἐγγρ. ἀπὸ τῆς γραμματικῆς (sed a γράμμα). Eodem modo Ammonius p. 73. ἀπὸ τῆς ἀρετῆς οὐ λέγεται ὁ μετέχων ἀρεταῖος, ἀλλὰ σπουδαῖος. Hoeschelius affert in contrariam partem Aeschyli versus ap. Plut. Consol. ad Apoll. Ἀνδρῶν γὰρ ἐστιν ἐναρέτων καὶ σοφῶν Ἐν τοῖς κακοῖσι μὴ τεθυμῶσθαι λίαν, ubi ἐνδίκων τε καὶ σοφῶν in libris vulgatis exhiberi annotat Pauwius. *Talia*, inquit, *haud dubie longe plurima, quae nunc a nobis leguntur aliter quam olim a Phrynicho lecta sunt, et quae si contra eum vivum et spirantem fuissent allata, diductis ille labiis risisset.* Hoeschelius praeterea commemorat Lucianum [Dial. Meretr. X, 245.], Herodianum [II. 8.], Josephum [de Exc. Hier. VI. 7.], quibus si addantur Theano Ep. II. 57. Orell. Philo Quod deus immut. pag. 295. B. Plutarch. Apophth. Lacaen. pag. 262. T. VIII. Diog. La. VI. 11. Sext. Hyp. I. 53. Euseb. H. Eccl. V. 28. 251. XXIX. 451., quibus regionibus hujus vocabuli usus contineatur, perspectum erit. Etiam Pollux IV. 10. quum et nomina virtutum enumerasset et adjectiva ab his derivata, ἐνάρετος commemorare non dignatus est. Neque aut φιλάρετος, aut πανάρετος Lucian. Philops. p. 255. T. VII. Euseb. in Hierocl. XXIX. 451. aut ἀφιλάρετος Cyrill. c. Jul. V. 165. E., quo Lexica augebuntur, Atticis usitata sunt.

Γαστροκνημίαν μὴ λέγε, ἀλλὰ κνήμην. a) †)

---

a) Ed. Pr. Vasc. et Phavor. hoc totum omittunt.

Στωικοῖς] Architectos vocabulorum M. Tull. vocat Stoicos. *Nunnes.* *Κυκλεῖται*] Plutarch. Consol. ad Apoll. p. 359. T. VII. *τὸ κυκλούμενον τοῦτο παρὰ πᾶσιν ἔπος*, quod pro *κυκώμενον* sine haesitatione reponendum erat. Aristoph. Vesp. 492. *ὥστε καὶ δὴ τοὔνομ' αὐτῆς ἐν ἀγορᾷ κυλίνδεται.* Niceph. Greg. III. 4. 40. C. *πλεῖστα τούτων μαρτύρια καλινδεῖται παρὰ τοῖς—.*

†) Pollux II. 190. *τῆς κνήμης ἁπάσης τὸ μὲν πρόσθεν ἀντικνήμιον, τὸ δὲ ὄπισθεν εἰς μῦν ἐπηρμένον, γαστροκνήμιον.* *) *Ἔνιοι δὲ τὸ μὲν πρόσθεν κνήμην, τὸ δ' ὄπισθεν ἀντικνήμιον ᾠήθησαν.* probabilius tamen prius, quod et Aristoteles sequitur. *Nunnes.* (Stephanum exscribens Thes. II. 285.) Ubi ad ea, quae Nunn. notat, et rem ipsam attendo, vix mihi persuaderi sinam, sana esse haec Phrynichi verba. Nonne legendum *γαστροκνημίαν μὴ λέγε, ἀλλ' ἀντικνήμην*? Sic secutus fuerit Phrynichus sententiam eorum, qui partem anteriorem tibiae vocabant *κνήμην*, posteriorem *ἀντικνήμιον* vel *ἀντικνήμην*. Alias dicendum, extitisse, qui posteriorem dixerint *κνήμην*, anteriorem *ἀντικνήμην*, illosque secutum Phrynichum; nam distinctio certe requiritur, quam *κνήμη* non inducit, de utraque parte acceptum. De ista autem sententia diversa non constat hactenus mihi, neque ea probabilis est sane: quare alterum abblanditur. *Pauw.* Longe errat; neque *γαστροκνημία*, neque *ἀντικνήμιον* oratorium est. Hacc sunt scholae vocabula; quae sermo vulgaris forte arrepta volvit, sed nemo cultior in rerum civilium expositione ad popularem sensum accommodata immiscet. Verum putidae in verborum delectu subtilitatis exemplum praebuit Nicetas Ann. L. IV. 5. 78. D. *Γαστροκνημίδας* (leg. *γαστροκνημίας*) *καὶ χεῖρας, καὶ ὅσα τοῦ σώματος ὀστώδη, διαθρυβεὶς ἦν.* Artis medicae scriptoribus ista non solum permissa, etiam necessaria sunt.

*) *Ὧν (κνημῶν) τὸ μὲν ἔμπροσθεν ἀντικνήμιον, τὸ δὲ ὄπισθεν γαστροκνήμη* Galen. Isag. T. II. p. 371. B. *τῆς κνήμης τὸ ὄπισθεν γαστροκνημία* Aristot. H. An. I. 11. 27.

Θέρμα: οὕτως ὁ Μένανδρος διὰ τοῦ ᾱ, ἀλλ' οὔτε Θουκυδίδης, οὐθ' ἡ ἀρχαία κωμῳδία, οὔτε Πλάτων, θέρμη δέ. a) †)

---

a) Etiam hic articulus Ed. Pr. V. et Phav. deest.

†) Si nostris editionibus standum est, de Platone aliter se habet; nam in Theaet. p. 129. E. *θέρμα* legitur, sed *θέρμαι* Timaeus h. l. invenisse videtur, ut Thucyd. II. 46. *θέρμαι ἰσχυραί*, qua forma (*ἡ θέρμη*) etiam Ctesias usus ap. Harpocr. p. 260. Pherecrat. ap. Zonar. 260. Philo Resip. Noe p. 280. C. Arrian. Alex. II. 4. Lucian. Dial. Mar. XI. 115. Aristid. *Λόγ. Ἱερ.* II. 296. Aelian. Ep. II. Galen. Introd. XII. 378. A. Diosc. IV. 70. 216. b. Alex. Trall. I. 14. 60. Procop. Aedif. III. 6. 60. B. Georg. Pis. Hex. 267. Schol. Vesp. 1501. Actuar. de Diaet. II. 15. 112. Eumath. Ism. III. 106. Teuch. Locum Menandri asservarunt Zonaras et Etymol., quem Pauwius citat, reprehendendus in eo, quod *οἷον* cum verbis Menandri conjungendum et pro cauda, ut ait, praecedentis senarii habendum putat. Valde usitatum fuisse illud inclinamentum, a Zonara significatur: *οὐκ εὖ τοίνυν οἱ λέγοντες, ὅτι θέρμα μὲν ἡ πυρετικὴ, θέρμη δὲ ἡ πόλις.* Photius: *Θέρμα ἡ πύρωσις, Θέρμη δὲ ἡ πόλις. Τὸ θέρμα*, quod Ruhnkenius ex Aristophane protulit, mihi in hoc uno testimonio non satis praesidii habere videtur. Illius discrepantiae duo sunt alia exempla, *τόλμα* et *τόρμα*; quorum illud *τόλμη* scribitur ap. Theophyl. Ep. XLVIII. haud improbante Phrynicho App. pag. 66. *Τόλμη καὶ τόλμα, πρύμνη καὶ πρύμνα, νάρκη δὲ διὰ τοῦ η*, quod idem ille Menander recto itinere deflexit. *Τὴν νάρκην Πλάτων μὲν ἐν Μένωνι* (p. 549. et 557. T. IV.) *διὰ τοῦ η ἔφη, Μένανδρος δὲ διὰ τοῦ ᾱ*, quod Athenaeus VII. 95. 150. neminem antiquorum fecisse asseverat, sed Diphilum Laodicenum eodem deerrasse; *νάρκη* et torpor et torpedo Aristoph. Vesp. 713. Aristot. H. An. III. 5. 102. Theophr. de Verb. resol. p. 471. Antig. Car. c. LIII. Artemid. II. 14. 167. multisque aliis. Homericum *πρύμνη* Lucian. Jov. Trag. 47. 281. T. VI. Appian. Bell. Civ. II. 98. 310. Eumath. Ism. VIII. 326. quo multo usitatius est Atticisque acceptius *πρύμνα*, quod et Grammatici analogiae convenien-

Τεθεληκέναι: Ἀλεξανδρεωτικὸν τοὔνομα. διὸ ἀφετέον Ἀλεξανδρεῦσιν καὶ Αἰγυπτίοις αὐτό· ἡμῖν δὲ ῥητέον ἠθεληκέναι. a) †)

Ψύλλος βάρβαρον. ἡ δὲ ψύλλα δόκιμον, ὅτι b) καὶ ἀρχαῖον. ††)

---

a) In Ed. Pr. V. *αὐτό* inter *Ἀλεξανδρεῦσιν* et *καὶ Αἰγυπτίοις* collocatum; Phavorinus ordinem Nunn. servat. *Ἀλεξανδρεωτικόν* Phrynichus possessivum, *Ἀλεξανδρεῖς* gentile ex Atticismi regula et praescriptione dixit. v. Steph. Byz. s. v.

b) Edd. nihil variant; sed tamen pro *ὅτι* appositius videtur *ἐστί*.

tius esse judicant. v. Hort. Adon. p. 145. b. Similiter etiam *τόλμα* apud Atticos perinde ut extraneos rhetores, quos hodie legimus, sub hac una specie invenitur, contrariumque *τόλμη* (Pind. Ol. XIII. 14.) a Suida veteris dialecti monimentis adscribi videtur: *νύμφα, νύμφη, ὡς τόλμα, τόλμη. Τόρμα*, quam formam Lexicographi praetermittunt, Lycophr. 261. *τόρμη* saepius a Grammaticis dicitur.

†) Junge Thomam s. *Ἠθέληκα*, ubi pro *τέθελκα* scribendum est *τεθέληκα*. *Pauw*. *Τεθελήκαμεν* Moschio *Παθ. Γυν.* p. 14. *τεθελήκασι* p. 19. *τεθελήκοι* Schol. Ven. I. 58. *τεθεληκέναι* Sext. Emp. adv. Rhet. II. p. 296. *ἐτεθελήκεσαν* Dio Cass. XLIV. 26. nisi is *ἠθελήκεσαν* scripsit, ut LXXIX, 2. 1351. XLVI. 47. 485. *ἐθελήκει* XXXVII. 126.

††) *Ψύλλον* Schol. Aristoph. (Phot. p. 477.) doricum esse declarat, *ψύλλαν* vero atticum. Ita Epicharmus et alii virili genere protulerunt, ut Suidas inquit. At Eustathius ex Aelio Dionysio genere feminino ab Atticis usurpari docet. *Nunnes*. Feminina positio inde ab Aristophane et Xenophonte Symp. VI. 8. (*πόσους ψύλλης πόδας ἐμοῦ ἀπέχεις*) omnibus viguit aetatibus. v. Aristot. H. An. V. 25. de Gener. An. I. 16. 589. C. Theophr. H. Pl. VII. 5. Dio Cass. LX. 29. Eunap. V. Aedes. p. 55. Oenom. Euseb. Pr. Ev. VI. 7. 260. A. Geoponn. XII. 4. 851. Aesop. Fab. CCXCII. pag. 191. Masculinum genus, quod Moeris pag. 418. in numerum communium aggregat, in versione Alexandrina I. Reg. 24. 14. Anon. Antiqq. Cstp.

Εὐσχήμων: τοῦτο μὲν οἱ ἀμαθεῖς ἐπὶ τοῦ πλουσίου καὶ ἐν ἀξιώματι ὄντος τάττουσιν· οἱ δ' ἀρχαῖοι ἐπὶ τοῦ καλοῦ καὶ συμμέτρου. †)

Ἐπίτοκος ἡ γυνὴ ἀδοκίμως εἶπεν Ἀντιφάνης ὁ κωμῳδός, δέον ἐπίτεξ εἰπεῖν. [a]) ††)

Ἐγκάθετος: οὕτως Ὑπερίδης ἀπεῤῥιμμένως, δέον δοκιμώτερον [b]) *χρήσασθαι τῷ θετός, ἢ εἰσποίητος, ἢ ὑπόβλητος.* †††)

---

a) Ed. Pr. *εἶπεν ἀδοκίμως Ἀντιφ.* et *δέον φάν.* Phavorinus: *εἶπεν ἀδοκ. Ἀντιφ. ὁ κωμικός.*

b) Apud Phavor. *ἀπεῤῥιμμένως: δοκιμώτερον* aut expungendum, ut ex dissographia natum, aut cum *δοκιμωτέρῳ* summutandum.

L. II. p. 26. A. p. 37. A. ubi alter codex *ψύλλαι* offert, et apud Aristot. H. A. IV. 10. 173. Dioscor. IV. 70. 216. b. et Galenum de Administr. Anat. VI. 1. p. 130. A. T. IV. multo saepius legitima forma utentem. cf. Bernard. ad Nonni Epit. T. II. p. 310.

†) *Εὐσχήμων — οὐχ ὁ πλούσιος, ἀλλ' ὁ κόσμιος* Suid. et Etym. quae eadem in Lex. Rhetor. Bekk. p. 259. leguntur. Pro divite et nobili scriptores sacros dixisse, notum est; quo duce et exemplo, nescio. Nam apud germanos Graecos nulla fuit hujus significatus suspicio.

††) Antiatt. Bekk. T. I. 96. *ἐπίτοκον οὐκ ἀξιοῦσι λέγειν, ἀλλ' ἐπίτεκα.* Hemsterhusius in Nott. ad Thom. pag. 357. Hippocratem, Plutarchum, Pseudoherodotum et Aristotelem (Eratosthen. Catast. c. I.) *ἐπίτοκος*, *ἐπίτεξ* vero eundem Hippocratem, Herodotum, Lucianum (adde Alciphronem et Libanium a Bastio citatos ad Greg. p. 155.) dixisse demonstrat, neque Phrynicho satis causae fuisse judicat, cur illud, quasi impolitum, traduceret. Sed quid tandem, ut peregrinum, reprehendi potest, si hoc non potest, cujus nullus extat domesticus testis?

†††) De Hyperide idem tradit Antiatt. Bekk. p. 96. neque facile alium hujus significatus, Lexicographis ignoti, auctorem reperias. *Ἐγκάθετοι* autem quum et ii di-

Ἐνδυμενία: ἀμαθῶς· δέον διττῶς λέγειν, ὡς Εὔπολις Κόλαξι, σκεύη τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν καὶ ἔπιπλα. a) †)

---

a) His articulus in Edd. Pr. Vasc. et Phav. desideratur.

cantur, qui in insidiis collocati aut in causarum actionibus aliarumque rerum transactionibus (v. Hesych. s. ὑποστῆσαι) subdole subornantur, Kypkius nostras Observv. Sacr. T. I. p. 314. id satis esse putavit, cur Phrynicho relinqueretur. Sed etiam haec significatio Aeschin. Axioch. c. 12. Demosth. Ep. III. 1483. Harpocr. p. 259. (κατήγοροι ἐνετοί Appian. Bell. Civ. I. 22.) veteribus non admodum trita, illi certe dissimilis est.

Adoptatos θετοὺς vocari, ποιητούς et εἰςποιητούς, ignorat nemo; illud praetermittunt, τὸν θέμενον vocari θέτην apud Photium: Θέτης, ὁ εἰςποιησάμενος θετούς τινας. hoc ultimum vereor ne germanam lectionem specie non dissimilem expulerit υἱας. Tali abundantia θετὸν υἱὸν ποιῆσαι dicitur Suid. s. Πῶσαι, θετὸν υἱὸν ποιεῖσθαι Herodo. VI. 57. Diod. Sic. IV. 39. (cod. ποιῆσαι) εἰςποιεῖσθαι Anna Comn. III. 71. B. εἰςποίητον ποιήσασθαι υἱόν Suid. s. Εὐνομιανός, quocum ἔκδοτον δοῦναι, ἐγχειρίδοτον δοῦναι conferri potest. Apud Timaeum autem Ἔγκοτον, ἐχθρόν, ἐνδιάθετον, apparet ἔχθραν scribendum esse.

Ὑπόβλητος] Menander ὑποβολιμαῖον dixit, Latini subditicium et suppositicium. *Nunnes.* Ὑποβολιμαῖος Philo de Mos. L. I. pag. 412. ubi pro σπάσασα εὐνοίας non incommode in MS. Aug. πάσαις εὐνοίαις υἱὸν ποιεῖται legi videtur. *Hoeschel.*

†) Ἐνδυμενία legitur apud Suid. et Phavor. (in quo Sturzius de Dial. Al. p. 165. binas lectiones ἐνδυμενία et ἐνδομενία conflatas esse putat). ἐνδυμενία Polybius sine ō pro amictu et vestitu [unde quidam ab ἔνδυμα derivant, analogia nulla]. Scribendum Ἐνδομενία, quod ab ἔνδον μένειν recte deducit Guyetus (ad Hesych.). Supellex, res mobiles, quae intus manent et domo non exeunt, ut servi, jumenta, alia; ἐν δόμῳ non potest praebere ἐνδυμενία, et Macedones δόμενον dixisse pro δόμον (quae fuit Hemsterhusii opinio) suspicio est, quavis aura leviori

Ἐμπυρισμός: οὕτως Ὑπερίδης ἠμελημένως, δέον ἐμπρησμός λέγειν. †)

Apud Hesychium est Ἐνδομαρία, ἡ κτίσις ἡ παροιμίας; id melius ad δόμον et δόμα referri potest; δέμω, δόμη, δόμα, δομάριον, ἐνδομάριον, aediculae junctae sub uno tecto; sic Scaligeri παροικία egregie quadrat et ἡ κτίσις bonum quoque paulo figuratius. Plura alias. *Pauw*. Eupolidis locus in cod. Falckenburg. Pollucis X. 10. servatus est; quem Pauwius ita legendum putat: ὁ γοῦν Εὔπολις ἐν τοῖς Κόλαξι προειπὼν, ἄκουε δὴ σκευὴν τὰ κατ' οἰκίαν, ἐπήγαγε παραπλήσιον, θὲς σὺ, γέγραπται τοῖςδε τὰ 'πιπλα. Inanis et irridenda est haec crisis, qua nec sensus, nec metrum restituitur; ex vulgatis τεσσυγεγραπται τοῖς τὰ ἔπιπλα hoc exculpsit qualecunque Bentlejus: παραπλήσιόν τί σοι γέγραπται τἄπιπλα.

†) Idem Phavor. ex hoc loco repetit, nil ceteri. *Nunnes*. Locus Hyperidis est apud Poll. IX. 156. Longe humanius Pollux, quam Phrynichus; nam omisso Hyperide libros allegat, quorum plerique ἐμπυρισμόν pro ἐμπρησμόν habent. Sic Phrynichi indoles tibi innotescit magis. *Pauw*. Quis ferat hunc de inhumanitate querentem? Pollucis autem humanitas in eo cernitur, quod dubitat, ne librarii Hyperidi invito hoc nomen impegerint, quo nullus Atticorum, aut eorum, qui Atticis similes esse voluerunt, usus est. Sed illud etiam Antiatt. Bekk. p. 97. in oratione pro Lycophrone invenerat. Praeter versionem Bibliorum legitur ap. Polyb. IX. 4. XIV. 1. Artemid. IV. 43. ὁ ἡρακλείτειος καλούμενος ἐμπυρισμός Olympiod. in II. Meteor. p. 31. b. et ap. Athen. de Machin. p. 4. pro ἐμπρησμῶν margo ἐμπυρισμῶν exhibet; non plus attici saporis habet verbum ἐμπυρίζειν, quod Stephanus nullo exemplo communivit, Diod. II. 36. XIII. 85. Gregor. Naz. Or. IV. 82. A. Euseb. H. Eccl. X. 4. 427. Ioann. Zonar. Ann. I. 69. C. Schol. Arist. Avv. 1242. et Lexicographi graeci. Id veteres ἐμπυρεύειν et πυρπολεῖν dixerunt; ἐμπυριστής ex Eust. p. 1023. 26. accedet Lexicis.

Ἡμίκακον: οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἡμιμόχθηρον φάθι.[a]) †)

Ἔμελλον ποιῆσαι, ἔμελλον θεῖναι, ἁμαρτήματα τῶν ἐσχάτων, εἴτις οὕτω συντάττει. τετήρηται γὰρ ἢ τῷ ἐνεστῶτι συνταττόμενον ἢ τῷ μέλλοντι· οἷον ἔμελλον ποιεῖν, ἔμελλον ποιήσειν. τὰ δὲ συντελικὰ οὐδένα τρόπον ἁρμόσει τῷ ἔμελλον. Ἄλλως.

Ἔμελλον γράψαι: ἐσχάτως βάρβαρος ἡ σύνταξις αὕτη· ἀορίστῳ γὰρ χρόνῳ τὸ ἔμελλον οὐ συντάττουσιν οἱ Ἀθηναῖοι, ἀλλ' ἤτοι ἐνεστῶτι, οἷον ἔμελλον γράφειν, ἢ μέλλοντι, ἔμελλον γράψειν.[b]) ††)

---

a) Ed. Pr. V. et Phav. ἀλλ' ἡμεληίμένον φάθι· quod nescio qui probare potuerit Pauwius.

b) Secundum articulum, quem Nunnesius longo intervallo post Διονύσιον rejecit, in pristinam sedem restitui, quo magis appareret interpolatio; ἄλλως, quo in Ed. V. confinia utriusque capitis distinguuntur, a Nunn. necessario omissum; pro ἐσχάτως βάρβαρον reduxi lectionem Ed. Pr. et V. βάρβαρος, etiam a Phavorino retentam, qui priorem articulum intactum reliquit.

†) Ἡμιμόχθηρον e Platonis Rep. I. 588. D. Nunnesius citat; Hoeschelius Philonem adjungit in Libro πρὸς δικάστην (ita MS.) τὸ μὲν δωροδοκεῖν ἐπ' ἀδίκοις, παμπονήρων ἐστὶν ἀνθρώπων ἔργον· τὸ δ' ἐπὶ δικαίοις, ἐφ' ἡμισεία πονηρευομένων· εἰσὶ γὰρ εὐπάρυφοι τινές, ἡμιμόχθηροι, δικαιάδικοι p. 719. hoc postremum inferendum Lexicis. Illo etiam Galenus utitur de differ. Febr. II. 16. 146. E. Comm. II. in Aphor. 47. 85. D. T. IX. Synes. de Prov. II. 127. Suid. et Zonar. Ἡμικάκως, quod Nunnesius ex Arist. Thesm. 449. producit, cautio est, ne pro τέως μὲν οὖν ἀλλ' ἢ κακῶς illatum sit; sed adjectivum ex Euthycle et Sophocle affert Pollux VI. 161. ex Alexide Antiatt. Bekk. p. 98. Ἡμίκακον τὸ κακὸν ἦν nescio quis ap. Suid. s. Σπάδων.

††) Cum aoristo junxit Thucydides L. V. p. 403. τοὺς μὲν ὑπάρχοντας πολεμίους μεγαλύνετε· τοὺς δὲ μηδὲ μελλήσοντας γενέσθαι ἄκοντας ἐπάγεσθε. *Hoeschel.* Nunne-

Κραυγασμός: παρακειμένου τοῦ κεκραγμός εἰπεῖν, ἐρεῖ τις ἀμαθῶς κραυγασμός. [a]) †)

---

a) Hic articulus in Ed. Pr. V. et Phavor. non comparet.

sius nihil aliud nisi Thomae sententiam latinis verbis reddidit; de qua accuratius, quam hoc loco fieri potest, dicetur in Parergis.

†) Thomas adjungit, nec κραυγμός dici posse et κραυγήν usurpandum pro βοήν. Suidas: Κεκραγμόν τὴν βοήν, Ἀττικοί. *Nunnes*. Apud Thomam βοὴ δέ est interpretamentum τοῦ κεκραγμός et non recte intellexit Nunnesius. *Pauw*. Hanc conjecturam merito explosit Oudendorpius ad Thom. p. 522. Antiquum verbi κραυγάζειν usum poetae veteris testimonio ap. Plat. Rep. X. 508. T. VII. ἡ λακέρυζα κύων ἐκείνη κραυγάζουσα cognitum habemus; novo inter oratores exemplo Demosthenes c. Conon. p. 1258. 26. κατιδὼν δ' ἡμᾶς καὶ κραυγάσας, quod aut ignotum Grammaticis aut ob solitudinem suam contemtum fuit. Atticista Bekk. p. 396. ἀνέκραγεν, οὐκ ἀνεκραύγασεν, καὶ πάντα τὰ ὅμοια οὕτως· quae eadem in Suidae Lexico leguntur. Sed quum haec praecepta expromerentur, vitium jam ita inoleverat, ut exstirpari non posset; multa sunt ejus in LXX interpretibus et libris sacris, multa etiam apud profanos indicia. v. Galen. de Locc. Affect. IV. 11. 475. D. Arrian. Epict. I. 18. 101. Nicet. Ann. IV. 7. 78. Anna Comn. XIV. 421. B. Hesych. s. Ἴαχεν, Schol. Eur. Orest. 1550. Arat. Dios. v. 181. κατακραυγάζειν Suid. s. καταβοῶ, quo Lexica carent. Substantivum κραυγασμός a Diphilo usurpatum esse docet Antiatt. Bekk. pag. 101. qui in hac causa non plus auctoritatis habet quam Epicurus, cujus ἱερὰ ἀνακραυγάσματα Cleomedes irridet Cycl. Theor. II. pag. 61. Pro κραυγμός ap. Procop. Bell. Goth. IV. 14. 606. cod. Vatic. κραυγή exhibet; in Parthen. c. V. pro ἀνακραυγούσης Bastio Ep. Cr. pag. 219. ἀνακραγούσης, mihi potius dilatatis syllabis ἀνακραυγαζούσης, apud Herodotum vero I. 111. non κραυγανόμενον, sed κραγγανόμενον (ut κλαγγάνω) legendum videtur; Blomfieldio ad Pers. p. 189. placet κραυγαινόμενον. *) Cum illo cadunt etiam derivata vocabula κραυγα-

*) Quod ibidem tractat Euphorionis fragmentum:

Κορυδαλός· Εὐβούλου τοῦ κωμῳδοποιοῦ δρᾶμα ἐπιγράφεται οὕτως· σὺ δὲ τοῖς περὶ Ἀριστοφάνην πειθόμενος κόρυδον λέγε τὸ ζῶον. a) †)

a) Etiam hunc articulum non habent Ed. Pr. V. Phavor.

στής Lex. Rhetor. p. 225. κραυγάστρια Hesych. s. μηκάδες, quorum neutrum in Lexicis reperitur, κραυγασός Nicet. Ann. XV. 8. 308. et κραυγαστικός Eustath. pag. 1126. 25.

†) Gloss. Κορυδαλός, *sculpicia*, *bardalia*, quae barbara nomina videntur. Varro *galeritum* appellat, quod plumam habeat elatam in capite instar galeri. Plin. *galeritam* muliebri genere dixit, Agellius autem *cassitam*. *Nunnes*. Κόρυδος Theocr. VII. 141. Plut. de Is. Galen. de Med. Simpl. X. et Greg. Naz. Carm. Nicob. ad Patr. v. 98. accentu in prima, sed Plato Euth. τοὺς κορυδούς. *Hoeschel*. Thomas p. 549. κόρυδος — τὸ δὲ κορυδαλός κοινόν. Aristophanis locus est Avv. 472. ubi Schol. θηλυκῶς εἴρηκε τὴν κόρυδον, ὁ δὲ Πλάτων (Euthyd. 291. D.) τοὺς κορύδους. Κορυδαλλός s. Κορυδαλός *) longo ᾱ, v. Babr. Fab. CCCLXXIX. p. 155., primum occurrit in Simonidis dicto apud Plutarch. V. Timol. XXXVII. p. 163. T. II. ἐπεὶ δὲ χρῆν, ὡς ἔοικε, πᾶσι κορυδάλλοις λόφον ἐγγίνεσθαι, κατὰ Σιμωνίδην, sed integrior scriptura servata est aliis locis, L. de Util. ex host. cap. p. 283. T. VII. πάσῃσι κορυδαλῇσι χρὴ λόφον ἐγγενέσθαι κατὰ τὸν Σιμωνίδην, ubi Salmasius κορυδαλίσι, Wyttenbachius e cod. Mosq. κορυ-

Τὸν δ' ἐκάλυψε θάλασσα λιλαιόμενον βιότοιο,
καί οἱ πήχεες ἄκρον ὑπερβαίνοντο ταθέντες.

neque ὑπερφαίνοντο, quod ille, neque ὑπερηήχοντο, quod Meinekius Cur. Crit. p. 46., sed aliquid exquisitius et magis Euphorionium desiderat, hoc, ut puto: ἄκρ' ὑπερικταίνοντο. v. nott. ad Hesych. s. Ὑπερίκνοντο.

*) Scripturae forma tum in demi nomine, v. Holsten. ad Steph. Byz. p. 169. et Tzschucke ad Strab. L. IX. p. 357., tum in aviculae, v. Schneider. ad Arist. T. II. p. 128., summopere variat. Similiter αἰγίθαλλος et αἰγιθαλός, v. Interp. ad Anton. Lib. pag. 51. κάρταλος et κράταλλος, Biel. Thes. T. II. p. 113. et quae cum κορυδαλλίς conveniunt, συκαλίς, χρυσαλίς, πυραλίς, φυσαλίς, saepe uno, alias duplici lambda scripta.

Καμμύει: τοσαύτη κακοδαιμονία περί τινας ἐστὶ τῆς βαρβαρίας, ὥστ', ἐπειδὴ Ἄλεξις κέχρηται τῷ καμμύειν ἠμελημένως ἐσχάτως, αἱρεῖσθαι καὶ αὐτοὺς οὕτω λέγειν· δέον, ὡς οἱ ἄριστοι τῶν ἀρχαίων, καταμύειν. a) †)

---

a) Hunc locum ad integritatem restituit Nunnesii codex; in Ed. Pr. V. vix lineamenta apparent: *Καταμύειν, οὐ καμμύειν. Βαρβαρία* (si genuinum est) Lexicis addi meretur.

δαλλίσι edidit, ut et in Praecept. Polit. XIV. 163. T. XII. scribitur. Eunap. V. Orib. p. 240. *ἀλλ' οὔτε κορυδαλλὶς, ἡ παροιμία φησὶ, ἄνευ λόφου, οὔτε Ὀριβάσιος ἦν ἄνευ φθόνου.* Hanc formam, ut poetis dicatam, Thomas communi usu eximit. Notum Theocriti locum in medium affert Galenus de Simpl. Med. XI. 37. 312. B. *ἔχει δὲ ὁ κόρυδος ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ὥσπερ τινὰ λόφον ἐκ τριχῶν* *) *αὐτόφυῆ, δι' ὃν καὶ ὁ μῦθος, ὃν Ἀριστοφάνης ἔγραψεν, ἐπλάσθη.* (sequuntur versus 471 — 475. Brunck. nulla notabili diversitate, praeter *μεμάθηκας* et *πρώτην πάντων*.) *τοῦτο καί φασι τὸν Θεόκριτον αἰνίττεσθαι λέγοντα οὐδ' ἐπιτυμβίδιαι κορυδαλλίδες ἢ λαϊνόν τι (ἠλαίνοντι).* Sublata igitur Simonidis auctoritate rejectitiae formae nullus antiquior auctor proferri potest Aristotele, qui in Histor. Anim. saepissime *κόρυδος*, semel *κορυδαλός* X. 19. 438. usurpavit. Sed si aliquot ab hoc gradus descendimus, larga exemplorum sylva insurgit. v. Aelian. H. An. IV. 5. VI. 46. Galen. de Adm. Anat. L. VII. 11. 158. F. T. IV. de Theriac. I. 9. 943. A. T. XIII. Dioscor. II. 59. 79. b. Aesop. Fab. XLVI. 29. Paragogae autem species ista multis communis est: *δαίδαλος, σάνδαλον, σκάνδαλον* etc. quae Ilgenius ad Hom. H. p. 416. apte huic inclinamento comparat, sed omnium nostro simillimum est *νεκύδαλλος*.

†) Phavor. ait, hoc verbum factum esse a verbo *καταμύω κατὰ τροπήν*· aeolica certe est haec syncopa. Gloss. *Καμμύω*, *conhibeo*. fortasse legendum *conniveo*. *Nunnes.* Philo de Somn. p. 100. (p. 589. E.) *μὴ μόνον τοῖς ῥητοῖς*

*) Sic *αὔτριχα δειρήν* galli Theocr. Adon. et *ἔθειραι* de plumis Oppian. III. 123. et saepius.

ἐφορμεῖν (MS. ἐφορμᾶν), ἀλλὰ κἂν ἡμεῖς καμμύσαντες τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα. *Hoeschel.* Haec contractio neque Atticis familiaris neque a recentioribus, qui non pessime loquuti sunt, usu percepta est. Xenophontem quidem Schaeferus ad Bos. Ellips. p. 568. καμμύειν scripsisse existimat, non quod atticum esse illud probet, sed ut notam barbariei a Phrynicho inustam allevet. Neque pro hoc scriptore magnopere deprecabor, quem constet etiam aliis vocabulis hanc vulgariam dedisse formam, ἀμβολάς, ἀμβάτης et ἀνάμβατος, quae quum singula vacillent, promiscua opera sustentantur. Ex his ἀμβάτης, quod etiam in Tragicorum diverbiis cum paucis aliis, ἀντέλλειν, ἀμβολή, ἀμπτυχή, ἀμπνοή, observatur, usque ad Arrianum manavit Exp. Alex. V. 19. 328. VI. 74. 576. qui et Herodotum ἀμπαύειν ascivit de Venat. IX. 203. XXVIII. 29. compluries ad rectam rationem reversus, in qua libri Xenophontei sibi constant. Praeter ea, quae ne Attici quidem, distinguendis syllabis attentissimi, a prisca specie avocare ausi sunt, unum reperio ἄμπωτις in communi omnium consuetudine versatum fuisse, raro ἀνάπωτις resumente. Τὰς ἀναπώτεις offert cod. Diod. Sic. V. 22. τῆς ἀναπώτεως semel, ni fallor, Polybius X. 14. quod brevi intervallo consuetior forma subsequitur. Τῆς ἀναπόσεως correpta syllaba principali (contra quam praecipit Aelius Eust. p. 1716.) Olympiod. in I. Meteor. fp. 22. b. 25. a. Contra communem morem, contraque rationem nonnulli hoc imparisyllabis (quae Graeci vocant) adnumerarunt: ἀμπώτιδος Agatharch. P. M. R. p. 67. (et eadem pagina ἀμπώτεων) ἀναπώτιδος id. pag. 64. ἀμπώτιδι Dio Cass. XXXIX. 40. 211. ἀμπώτιδες Longin. *Π. Ὕ.* c. IX. 86. ἀμπώτεσι Arrian. Ind. XXI. 114. ἀνάπωτις XXII. 123. XXIX. 157. XXXVII. 194. — Alexidis locus, quem Phrynichus significat huic vitio auctoritatis quandam speciem conciliasse, hodie non superest; καμμύσας, quod Spanhemius ad Call. H. in Dian. v. 95. Alexidi tribuit, Athenaeus X. 446. A. ex Antiphane citat; sed illo loco codex primariae dignitatis μύσας exhibet, quod ad Atticismum propius, ceterum metro adversarium, nec ad sensum aptius est; quid enim hoc sibi vult μύσας πίνειν? contrarium ἀμυστί intelligerem, quod Antiphanem scripsisse puto. Longo post Antiphanem sed proximus intervallo Philostr. V. Apoll. IV, 10. 147. in vitium incurrit, nisi huic quoque librarii injuriam fecerunt; nam inter aequales rhetores

Κεφαλοτομεῖν· ἀπόῤῥιπτε τοὔνομα καὶ Θεόφραστον κεχρημένον αὐτῷ· λέγε δὲ καρατομεῖν. †)

Λάκαιναν μὲν γυναῖκα ἐρεῖς, Λάκαιναν δὲ τὴν χώραν οὐκ, ἀλλὰ Λακωνικήν, εἰ καὶ Εὐριπίδης παραλόγως ὡς ἡ Λάκαινα τῶν Φρυγῶν μείων πόλις. [a]) ††)

---

a) *Τὴν χώραν οὐκ* Ed. Pauwii, qui tamen haec adnotat: pro *τὴν χώραν οὐ* Ed. Pr. *οὐδαμῶς* et pro *παραλόγως* eadem *παραλόγως φησί.* Utrumque recepit Phavorinus.

nullum huc delapsum deprehendo. Athanasium c. Gent. VII. p. 7, et quos Sturzius producit p. 173, huic similes assertores non morabimur.

†) Sedem vitii accuratius designat Antiatt. Bekk. pag. 104.: *Κεφαλοτομεῖν Θεόφραστος περὶ εὐδαιμονίας,* qui non ita multos videtur imitatores reperisse. *Καρατομεῖν* majorem quidem sed non summam habet auctoritatem Eurip. Joseph. Antt. VI. 9. 335. Apollod. II. 4. 2. Herodian. I. 15. Lucian. Philop. c. 9. 247. T. IX. Zenob. Cent. I. 41. *ἀποκαρατομεῖν* Nicet. Ann. VII. 3. 120. A. Apud veteres Atticos neque hoc mihi incidit quaerenti, neque unum ex synonymis, *πελεκίζειν, τραχηλοκοπεῖν, ἀποκεφαλίζειν. Nunnesius: Decollare* Plautus et Suetonius dicunt. *Scaliger:* Decollare apud Plautum longe diversum, significans excidere, tanquam onus, quod succollatum est et postea excutitur ex collo.

††) Eurip. locus, quem hic citat Phr., legitur in Androm. ita omnino ut in vulgatis, quem tamen Canterus immutat L. I. Nov. Lectt. Etiam Soph. *κύνα λάκαιναν. Nunnes.* Sic etiam *Λάκαινα κόρη* Theogn. 980. *λάκαιναι κύλικες* Aristoph. v. Porson. Suppl. Praef. in Hec. p. XLV. *λάκαιναι σκύλακες* Plato Parmen. p. 128. C. *λίθος* Lucian. Hipp. 5. 299. T. VII. Themist. Or. XVIII. 223. *πορφύρα* Aelian. H. An. XV. 10. et *λάκωνες πέπλοι* in Hedylae Ep. VI. 234. T. I. *λάκωνος ὀστρέκου* Geoponn. XIV. 11. 1003. quod ad illum locum de disparium generum conjunctione pertinet, quem in Nott. ad Aj. p. 270. explicuimus. *Γαῖαν Λάκαιναν* Euripides plus uno loco nominavit, Troad. 1110.

Μὲν οὖν τοῦτο πράξω: τίς ἀνάσχοιτο οὕτω συντάττοντός τινος ἐν ἀρχῇ λόγου; οἱ γὰρ δόκιμοι τὸ μὲν οὖν ὑποτάσσουσιν, ἐγὼ μὲν οὖν λέγοντες, τὰ καλὰ μὲν οὖν, καὶ τὰ μὲν οὖν πράγματα. [a]) †)

---

a) Non est in Ed. Pr. et hoc nihil ad Atticismum: nam ita in Graecia nemo humanior. *Pauw.* Ante *ἀνάσχοιτο* particula potentialis elapsa est.

Hel. 1489. et ap. Strabon. VIII. 5. 199. *Οὐ γὰρ λόγοις Λάκαινα πυργοῦται πόλις* Ion Chius ap. Sext. c. Rhet. II. p. 294. *λάκαιναν χώρην* Herodo. VII. 235. et simpliciter *ἡ Λάκαινα* Xenoph. Hell. VII. 1. 29. cui Alexin addit Attic. Bekk. p. 106. Photius: *Λακεδαίμονα τινὲς πᾶσαν τὴν Λάκαιναν* et rursus *λακωνίδα γαῖαν* Quint. Cal. X. 120. Quum igitur eorum scriptorum, quibus severiores Atticistae suffragium dant, nullus sese interponat, Phrynichi sententia non videtur attentari posse.

†) Satis exemplorum nobis praebent scriptores sacri, a *μενοῦν* et *μενοῦνγε* saepe periodos exorsi, v. ad Hesych. s. v. et Sturz. de Dial. At. 203. ne quis admonitionem illam inutilem fuisse credat. Nicet. Ann. XXI. 11. 415. *μενοῦνγε οὐδὲ δι' ὄχλου τισὶ γεγόναμεν.* Schneiderus in Lex. Gr. etiam Photii hanc fuisse sententiam putat, et quod nunc legitur *μέντοι, τὸ δὲ σὺν τῷ γε παρ' οὐδενὶ τῶν Ἑλλήνων*, ab eo contra *μενοῦνγε* pronunciatum esse. *Μέντοιγε* certe Attici a Porsono sibi extorqueri non patiuntur. v. Plato Hipp. M. p. 282. A. Rep. I. 151. Dem. de Cor. 265. c. Timoth. 1190. Xenoph. Oec. XIV. 5. cf. Reisig. Conject. in Arist. p. 295. *καίτοιγε* Lys. p. Erat. pag. 45. T. V. de Evandr. 799. Plato Phaedr. 241. D. Xen. Mem. IV. 2. 7. *ἐπείτοιγε* Demosth. Philipp. III. 111. Plato Hipp. M. 142. H. *Τοίνυν* an periodum ordiri possit, olim dubitatum, v. Stephanus de stylo N. T. p. 15. ed. Honert. hodie ne quis ambigat, haec appono exempla: *Ἐγῷδα· τοίνυν συκοφάντην ἔξαγε* Aristoph. Ach. 904. *τοίνυν, ἀδελφέ, ἔσο ὑπομονητικός* Basil. Ep. I. 3. C. *τοίνυν γεγόνασι* Cyrill. c. Jul. I. 7. D. v. Apollon. Tyan. Ep. LVII. 400. Joseph. Antiq. VI. 3. 348. Galen. de Admin. Anat. V. 9. 125. E. T. IV. Aelian.

Μιαρία ἀδόκιμον· τὸ δὲ μιαρὸς ἀρχαῖον. †)

Γαμῴη μὴ λέγε, ἀλλὰ γαμοίη διὰ τῆς οι, ὡς νοοίη, φιλοίη· τὰ γὰρ τῆς πρώτης συζυγίας καὶ τρίτης τῶν περισπωμένων ῥημάτων εὐκτικὰ διὰ τῆς οι διφθόγγου λέγεται, οἷον τελοίη· τὰ δὲ τῆς δευτέρας διὰ τοῦ ω̄, οἷον νικῴη, γελῴη.[a]) ††)

a) Ed. Pr. (et Vasc.) pro τὰ γὰρ τῆς πρώτης habet καὶ γὰρ τὰ μὲν τῆς πρώτης et οἷον τελοίη omittit; exasciatius, ut alia multa. *Pauw.* Illam subsequitur Phavor., nisi quod in primo versu post διὰ τῆς οι addidit διφθόγγου.

H. An. II. 7. Sext. c. Math. II. 218. Eumath. Ism. IV. p. 148. cf. Abresch. Auct. Dilucc. p. 419. Pro τοίνυν Xenophontem Hell. VII. 4. 3. συνθέμενος τοίνυν ἀποβιβάσαι, ὅποι αὐτὸς κελεύοι, certum mihi est, τὴν ναῦν scripsisse.

†) Antiatticistes Bekk. pag. 108. μιαρόν λέγοντες, μιαρίαν οὔ φασι δεῖν λέγειν. Thomas p. 615. Μιαρός — οὐ μιαρία δέ. contra quem Isaeum, Antiphontem et Lucianum testimonium dixisse, notatum est; gravior testis Demosthenes Or. III. c. Aphob. p. 845. 23. cui accedunt ex inferiore scriptorum classe Xenoph. Hell. VII. 3. 6. Dio Cass. XLV. 38. 445. LXXIX. 17. 1365. Epist. Socr. XIV. 19. Joseph. Antt. XVII. 5. 858. Adamant. Phys. II. 18. 400. Ab adjectivis in ρος ejusmodi substantiva induci neque rationi contrarium, neque ab Atticorum usu abhorrens fuit, qui πονηρία, βδελυρία, φλυαρία atque alia ab adjectivis communem quendam habitum denotantibus propagata triverunt. Sed tamen longe maxima horum vocabulorum pars recentiore demum aetate promergit: σκληρία, γλισχρία, φθονερία, ψυχρία, σαπρία, αἰσχρία (quod ex Eustath. p. 1855. 26. in Lexica transferendum), ψαφαρία, ἐλαφρία, ut non adeo mirer, huic generi auram quandam peregrinitatis afflatam esse. In Prisci Rhet. Hist. LIX. 60. ὅπερ πάντων ἂν εἴη ἀνιερώτατον ἐπὶ μισθῷ τοῦ ἀπὸ νόμου τυγχάνειν corrigi oportet μιαρώτατον.

††) Alio exemplo in eandem rem usus est Moeris pag. 324. ποιοίην ἀττικῶς, ποιῴην ἑλληνικῶς. Gravis ab utroque error castigatur, neque is unius aut paucorum, sed

Ἐργοδότης οὐ κεῖται, τὸ δὲ ἐργοδοτεῖν παρά τινι τῶν νεωτέρων κωμῳδῶν, οἷς καὶ αὐτοῖς οὐ πειστέον. a) †)

Ἐντέχνως: πάνυ αἰτιῶνται τὸ ὄνομα καί φασι τεχνικῶς δεῖν λέγειν· ἀλλὰ καὶ Λυσίαν, εἰρηκότα ἐντέχνως, παραιτοῦνται. b) ††)

---

a) Ed. Pr., ut Pauwius notat, οἷς οὐ πιστέον, omissis καὶ αὐτοῖς. Ed. Vasc. et Phavor. non hoc solum a vulgata discrepant, sed etiam pro κωμῳδῶν dant κωμῳδοποιῶν.

b) Ed. Pr. Vasc. Ἐντέχνως πάνυ αἰτιῶνται τοὔνομα καὶ φασὶ τεχνικῶς δεῖ λέγειν, ceteris omissis. Pariter Phavor. praeterquam

late sparsus et vix ulla censura vincibilis. Unus Josephus mirabile est quantam exemplorum sylvam ostendat: φρονῷεν Antiqq. V. 7. 295. καλῷητε 9. 305. συναποστερῷη XV. 2. 743. ἐγχειρῷη 4. 749. κρατῷη XV. 8. 766. περιπατῷη XVI. 8. 808. ἐπιμελῷτο 8. 904. χωρῷη XVII. 12. 864. ἀδικῷης XVIII. 6. 890. ἐκπολεμῷεν ib. in quibus modo corrigendis modo servandis ridiculus est Coccejus, lima Atticistarum. In hoc igitur scriptore illegitima forma, quam codices raro repudiant, uno loco περιπατοίη, altero χωροίη exhibentes, tam penitus infixa est, ut evelli non posse videatur. Levius haeret in aliis. An Bastius Ep. Crit. p. 142. sat rationis habuerit, ut in Anton. Lib. c. 14. καλῷεν tolleret, disceptari potest; ἀποδημῴην Sext. c. Astrol. VI. 358. τηρῷεν Procop. de Bell. Goth. I. 23. 369. φρονῷεν Aesop. Fab. CCCXII. 206. ἀπορῴη cod. Mosq. in Strab. VII. 6. 354. Pro ἀποδρῴη Arist. Oec. II. 34. quum cod. ἀποδράσῃ exhibeat, ἀποδραίη scribi oportet.

†) Gloss. Ἐργοδότης, *adventor*, qui opera distribuit, aut qui pensum dat, planius. Poll. VIII. τὸ ἐργοδοτεῖν ait dici in eo, qui opus aliquod faciendum locat; cui repugnat τὸ ἐργολαβεῖν. *Nunnes.* Xenophontem hoc vocabulo usum esse, a Dorvillio observatum p. 424. cujus exceptionem Phrynichus aut ignoravit aut non respexit. Multis seculis post Artemidorus I. 24. 38. memoriam vocabuli paene obliterati renovavit.

††) Antiatt. Bekk. p. 95. ἐντέχνως ἀποδοκιμάζουσι λέγειν.

Διδώη καὶ διδώης: οὐδεὶς τῶν Ἀττικῶν τούτου τὸ εὐκτικὸν εἶπε διὰ τοῦ ῶ, ἀλλὰ διὰ τῆς οι διφθόγγου. τεκμήριοι δὲ Ὅμηρος, ἐὰν μὲν ὑποτακτικῶς χρῆται, διὰ τοῦ ω λέγων· εἰ δέ κεν αὐτὸς δώῃ κῦδος ἀρέσθαι. ἔστι δὲ, ἐὰν δέ σοι δῷ ὁ Ζεύς. εἰ δὲ εὐκτικῶς, οὕτως· Σοὶ δέ κεν θεοὶ τόσα δοῖεν, ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς. ἐθαύμασα οὖν Ἀλεξάνδρου τοῦ Σύρου σοφιστοῦ δώῃ καὶ διδώῃ λέγοντος ἐπὶ εὐκτικοῦ. [a]) †)

---

quod δέ pro δεῖ scripsit. Pauwius: „Ita scribere non solet Phrynichus, qui ipse loquitur, non alios inducit loquentes. Fortasse ipse scripsit primum πάνυ αἰτιῶμαι τοὔνομα, καὶ φημὶ, τεχνικοῖς δεῖ λέγειν vel δεῖν λέγειν. tum et παραιτοῦμαι pro παραιτοῦνται."

a) Ed. Pr. et Vasc. alio ordine τούτου (fort. τοῦτο) τὸ εὐκτικὸν οὐδεὶς τῶν Ἀττικῶν εἶπε διὰ τοῦ ω μεγάλου. In homerico versu Il. π. 87. Nunnesius edidit εἰ δέ κεν αὐτὸς δώῃ, ut in Thoma legitur. Ed. Pr. Vasc. εἰ δέ κεν αὖ τοι κῦδος ἀρέσθαι, omisso δώῃ.

quod confirmat Thomas p. 843. Adjectivum, unde hoc progerminavit, indubium est, v. Plato Phaedr. 277. B. C. Euthyd. 303. E. Polit. p. 295. D. etc. sed adverbio τεχνικῶς utitur ipse Phaedr. 271. C. Dem. c. Androt. 594. 22. c. Timocr. 708. 29. et aequales omnes ante Lysian, quem licet inter optimos novae Atthidis, hoc est ejus, quae Andocidis et Critiae aetate viguit, auctores numerent (Dion. Hal. P. II. p. 82.), tamen ex nostra ratione in Atticorum numerum venire non potest. Neque magis huc pertinent Aristot. Rhet. ad Alex. 36. 24. 135. 38. 1. 162. Diod. XIII. 45. Philostr. Vitt. Soph. II. 32. 626. Longus III. 11. 330. Diog. La. VIII. 47. 525. Demetr. Phal. de Eloc. c. 167. Cyrill. c. Jul. L. II. 39. A. 54. D. Cometas Schol. Ep. VI. 237. T. III. Basil. T. I. p. 23. D. Schol. Venet. *A.* 517. Schol. in Dion. Gramm. p. 652. Ἐντεχνής, quod Schneiderus in dubiorum numero ducit, posuit etiam Cyrill. c. Jul. VII. 231. D. idem L. III. 94. E. pro εὐτεχνέστατα restituendum, et in Justin. Hist. p. 153. pro ἀτεχνῶς, ἐντέχνως.

†) Thomas p. 526. refellit sententiam Phrynichi atque

In iisdem Edd. ἔστι γὰρ ἐὰν pro ἔστι δὲ ἐὰν — Thomas: ἔστι γὰρ αἰ δ' ἄν. Alter versus Ὀδ. Ζ. 180. a Nunnesio vitiose editus σοὶ δέ κεν θεοί. Μνευωνᾶς Edd. eaedem omittunt, in exitu vero ἐπὶ τοῦ εὐκτικοῦ, inserto articulo.

docet τὸ δῴη optantis modo esse, factum more ionico ἐκ τοῦ δοίη, eoque usos Alexandrum, Libanium et alios; elegantius (*usitatius* dicit Thomas) esse τὸ δοίη. Moschopulus in Sylloga observat, unum tantum βιῴη, quod opponit Thomas Phrynicho, factum esse dorice e participio βιούς, βιοῦντος, diphthongo ου mutata in ῶ, et esse subjungentis modo δώῃ et διδώῃ more poetico; certe ἐκ τῶν εὐκτικῶν δοίην et διδοίην flexa videntur, ut Etym. et Eustath. docent. *Nunnes.*

Idem vitium a Moeride notatum p. 117. Quae in contrariam partem afferuntur, partim paucitate sua partim lectionum ambiguitate infirma sunt, ut Euripidis Androm. 224. Xenophontis, Demosthenis, Platonis, cujus in Gorg. 481. A. Heindorfius non debebat Findeisenio reniti, δῷ pro δῴη corrigenti. v. Fisch. ad Vell. II. 546. In Lysia c. Andoc. p. 215. T. IV. ὃν ὁ θεὸς ὑπῆγεν, ἵνα δῴη δίκην et Dion. Cass. XLIII. 20. 555. ἂν μὲν ἀποδῴη — ἂν δὲ ἐμμείνῃ corruptela aperta est. Sed ista aetate, qua Phrynichus vixit, etiam ab iis, qui tum sibi tum aliis luculenter Graece scire viderentur, nonnunquam in hanc partem peccatum esse, Alexandri illud exemplum docet, hominis alias non inelegantis in dicendo. Quidni igitur hoc etiam aliis accidisse credamus, vel recta nescientibus vel (quod in plerisque locum habet) incogitantibus. Velut διδῴη Plutarch. V. Lysand. IX. 159. δῴην Laconn. Apophth. p. 244. T. VIII. ubi Turnebus δοίην edidit, Themist. Or. XIII. 174. D. Lucian. Cyn. XVII. 311. Appian. Pun. XVIII. 324. B. Apollon. de Synt. II. 20. 151. Philostr. V. Apoll. I. 34. 43. Dio Or. XX. 497. XXXI. 615. Liban. Decl. T. IV. p. 393. Sext. Hyp. III. 10. 151. Procop. Ep. XLVII. et, ut ad exteros veniam, Philo de Temul. p. 264. D. Joseph. Antt. XIII. 5. 646. ἀποδῴης Epist. Socrat. XXXII. p. 41. Basil. Ep. LXXII. 117. μεταδῴης Dio Chr. IV. 148. εἰ προςδῴημεν Apollon. de Synt. II. 14. 129. δῴητε Joseph. Antt. X. 1. 511. Liban. Decl. IV. 565. ἀποδῴητε Themist. Or. XXIII. 238. B. ἀποδῷεν Euseb. de V. Const. II. 31. 551. In his omnibus nullus est, qui non longe saepius ac nonnun-

Βρώσομαι, *κακῶς ὁ Φαβωρῖνος. οἱ γὰρ Ἀττικοὶ ἀντ' αὐτοῦ τῷ ἔδομαι καὶ κατέδομαι χρῶνται. ἄκριτον οὖν καὶ ἀπόβλητον τῶν ἀττικῶν φωνῶν τὸ βρώσομαι ῥῆμα.* a) †)

---

a) Ed. Pr. *ἀντ' αὐτοῦ ἔδομαι χρῶνται καὶ κατέδομαι*, omissis quam uno eodemque sententiarum ambitu justam verbi formam resumat, quod ad suspicionem movendam satis est, ad convincendum perparum.

Jam reddam de ceteris, quae Georgius Lecapenus in Matthaei Lectt. Mosq. Vol. I. p. 59. cum hoc componit: *Ἀλοίη, δοίη, γνοίη, διὰ διφθόγγου δεῖ γράφειν κατὰ τοὺς Ἀττικούς.* In Lucian. T. I. p. 757. *τί ἂν πάθοι —; τῷ διαγνῷ*, in Codd. *διαγνῶναι* legitur, quod Schaeferus Melet. p. 100. ex *διαγνῴη ἂν* ortum putat. „Si quem, inquit, haec forma optativi offendit, ut Hermannum videtur offendisse, consulat is Aesch. Suppl. 230.“ Mihi vero Aeschylus hic idem quod aliis locis, *γνοίη*, scripsisse videtur, in recentiorum autem erroribus conniveam; *συγγνῴη* Galen. Comm. in I. Epid. p. 89. C. T. IX. in L. III. 203. B. Dio Chrys. Or. XXXII. p. 686. sed non sine aliqua contra librarios suspicione, qui semel infecti labem ultro citroque diffuderunt. Sic in Dem. III. c. Aphob. p. 845. codex Bavar. *καταγνῴητε* exhibet, cui supra scripta est *οι*. In Joseph. Antt. XX. 6. 968. *ἐπειδὰν ἐπιγνῴη* liber MS. recte *ἐπιγνῷ*. *Γνῴης* Hipponax Stob. XCV. 519. 31.

Etiam *ἁλῴη* vereor ne Thomas merito suo Atticae finibus ejecerit; *ἁλοίη* Plato, Xenophon, Aeschines, Lysias, ceteri; *ἁλῴη* ap. Dem. c. Timocr. p. 756. et Antiphontem suspectum propter librariorum lapsiones. v. Var. Lectt. in Herodot. IV. 127. Plutarcho, Aeliano, Arriano de Venat. III. 193. Dioni Cass. XLII. 4. 507. XLVII. 30. 512. Libanio *Ἐκφρ.* T. IV. p. 1106. hujus legis gratiam facimus. De hoc universo genere quae a Buttmanno et Hermanno in Museo Antiq. Stud. Vol. I. Fasc. I. disputata sunt, omnibus, qui in hac arte versantur, nota esse scio.

†) Futuri *βρώσεται* vestigia ferè nulla extant in Grae-

Ἀναισθητεύομαι, τὸ μὲν ὄνομα ἀναίσθητος δόκιμον [a]), τὸ δὲ ῥῆμα οὐκέτι. *Λέγε* οὖν οὐκ αἰσθάνομαι. †)

Αὐθεκαστότης: ἀλλόκοτον. τὸ μὲν οὖν αὐθέκαστος κάλλιστον ὄνομα. τὸ δὲ παρὰ τοῦτο [b]) πεποιημένον αὐθεκαστότης κίβδηλον. ††)

---

a) *Δόκιμον* pro *δοκιμώτερον* ex Edd. Pr. V. revocavi. Phavorinus *δοκιμώτατον* scripsit.

b) Pro *παρὰ τοῦτο*, quod et Phavor. scripsit, Ed. Vasc. male *τούτου*.

partibus disturbatus, qui Fischero II. 383. integerrimus, Sturzio de Dial. Alex. p. 63. minus perspicuus visus est.

Ceterum ex his modorum et temporum metaplasmis, quos conjunctim tractare solent dialectorum scriptores, nullus diutius viguit eo, quo tertiae aoristi secundi personae plurales ad similitudinem verborum in μι traducuntur, εἴδοσαν Niceph. Greg. VI. 5. p. 113. E. Nicet. Ann. XX. 4. 582. B. ἐφεύροσαν Anna Comn. Alex. XV. 464. D. μετήλθοσαν Nicet. XXI. 7. 402. παρήλθοσαν 9. 408. Inscite P. Possinus Niceph. Bryenn. IV. 39. 108. A. pro κατήλθοσαν suo arbitratu edidit κατῆλθον, cui etiam ἐξέλθατε IV. 13. 100. C. e MSS. reddendum est.

†) Idem proditum a Thoma p. 51. Etym. M. p. 102. Ἀναισθητῶ, ἀναισθητεύομαι. Contrarium exemplum adhuc nullum prolatum, neque aliunde, quam ab his Grammaticis, verbi ἀναισθητεύεσθαι notitiam accepimus; sed in activa forma ἀναισθητεύειν Dioscor. L. VI. Praef. pag. 320. b. contra VII. 8. 343. b. ἀναισθητεῖν, quod e Demosthenis loco ambigue scripto de Cor. 302. 3. citat Thomas. *Εὐαισθητεῖν* Tzetz. Chil. IV. 451. δυσαισθητεῖν Alexand. Trall. I. 13. 45. et ἐξαναισθητεῖν Porphyr. de Abstin. I. 39. 66. inserenda sunt Lexicis.

††) Nunnesius varias hujus adjectivi significationes ex Hesychio, Suida, Thoma et Moschopulo protulit, quas et pro se quisque facile apud illos requirere potest, et Hemsterhusius ad Thom. p. 123. sq. longe accuratius exposuit. cf. Abresch. Animm. ad Aeschyl. I. 60. Val-

cken. ad Phoenn. 497. Interpr. ad Hesych. s. v. Nomen αὐθεκαστότης ne in Lexica quidem relatum est, ut facile mihi ignoscam, qui nullum ejus exemplum vel ex ultima aetate proferre possim. Sed ne hunc locum plane indotatum destituere cogar, foris adsumam complementum atque Grammaticorum de aliis hujus generis et terminationis substantivis judicia referam. Hic autem adeundae erant philosophorum scholae, uberrimae novorum vocabulorum officinae; unde quae emissa sunt, partim paullum aliquid adnisa velut lucis et aeris impatientia conciderunt, partim etiam difficultates eluctata in perpetuum perduravere. Velut ποιότης Plato in schola usurpasse dicitur, v. Anon. Vit. Plat. in Bibl. Vet. Litt. et Art. P. V. p. 5. quod non solum vulgo receptum est, sed etiam ex se aliquid procreavit, ὁποιότης, quod una cum ὁποσότης e Nicom. Geras. L. II. p. 62. ed. Wech. addendum Lexicis. Ab eodem Platone etiam διαφορότης in usum inductum videtur, de quo Moeris p. 128. Διαφορότης Πλάτων ἐν Θεαιτήτῳ· παρ' ἄλλῳ οὐχ εὗρον. neque nos invenimus nisi apud seriores, Philonem de Creat. Princ. p. 731. C. Josephum Antt. XVIII. 1. 871. Aelianum, Porphyrium, Jamblichum, Stob. Ecl. Ph. I. 52. 874. T. II. et qui hos excipiunt; neque illud incommode inventum, quum διαφορά significationem ambiguam habeat. Sed nonnunquam divini illi et rerum et verborum factores hominibus nasutioribus sui irridendi facultatem dederunt, ut illa e Platonis moneta τραπεζότης et κυαθότης, a petreitate et besteitate Scholasticorum non multum dissonantia, Diogeni cynico risui fuerunt. v. Diog. La. VI. 53. 341. Similiter Plutarchus Chrysippum notat philosophiam insolitis adspersisse vocabulis: χαριεντότης, ἐσθλότης, μεγαλότης, καλότης, ἐπιδεξιότης, de Virt. Mor. II. 392. quem in numerum aggreganda sunt illa quoque ejusdem scholae inventa: ἀνεικαιότης et ἀματαιότης (quod Lexx. deſit) Diog. La. VII. 46. 47. Sed nobis hac in re vehementur probatur Galeni judicium in simili causa latum: οὐ χρὴ μέμφεσθαι τοῖς ἀνδράσιν, εἰ σαφοῦς ἕνεκα διδασκαλίας ἐποίουν ὄνομά τι de Us. Part. VIII. 11. 498. D. T. IV.

Ἀγαθότης, ut breviter de singulis dicam, Thomas rejicit p. 931. quo praeter Philonem Zacharias Schol. usus est de Opif. Mund. p. 172. Διδυμότης ad Platonem au-

ctorem refert Pollux III. 23. unde accepit Galenus de Usu Part. VIII. 10. 497. E. Ἱκανότης a Lysia repetit Antiatt. Bekk. p. 100. sed e Poll. IV. 23. patet, non tam novitatem vocabuli quam novum ejus in facultate oratoria usum notatum esse; ἀνδρειότης Poll. III. 120. ut praedurum, φιλοθεότης I. 31. ut coactum reprehendit. Lexicis vel addenda vel firmanda sunt ἐγχειριότης Schol. Eur. Phoenn. 474. ἐνδοξότης Schol. Ven. Θ. 441. θνητότης Id. ad H. 59. νεκρότης Gregor. Naz. Or. XIX. 571. D. περιδεξιότης Anna Comn. VIII. 225. C. συμμετρότης Galen. de Humor. p. 152. A. T. III. φιλαθηναιότης Id. Quod Qualit. Corp. VIII. 66. T. II.

Si quid autem refert vocabulorum aetates et incrementa cognoscere, quo melius constet, quid ex quoque genere ad cogitata eloquenda summe necessarium sit, quid ad commoditatem conducat, denique quid sermo luxurie corruptus ex supervacuo advexerit, quaestio generatim informanda est. Eaque via ingressa vetus disciplina immensas graecae linguae copias in certos ordines et classes redegit; cujus partitionis vestigia videmus in Pollucis sexto libro (177—183.), quo substantiva potiora in σις et μα recensuit; ex priore genere magnum numerum confecit Suidas s. Ἀπότρεψις, qui locus in Lex. Rhet. Bekk. p. 438. et dimidio brevior apud Zonaram legitur p. 245. Haec non est farrago vocabulorum, ut quibusdam visum, temere corrasa, sed potius scitamenta antiquiorum Atticorum, vulgo ignara, velut τέκμαρσις, ξένισις, ἀγώνισις (III. 141.), κούφισις (III. 100. VII. 75.), μέλλησις (III. 12.), pro quo in Anecd. Bekk. μελέτησις editum, παράγγελσις, ὅπλισις, κάθεξις, πλάνησις, διάφευξις, ἐφόρμησις, Thucydidi partim propria atque etiam a Grammaticis ei asserta, ut κάθεξις et ξένισις a Thoma p. 505. 659. ἀγώνισις et κούφισις a Polluce III. 141. III. 100., partim cum paucis communia, ut nemo frequentius pro verbis substantiva verbalia summutavit. v. Dion. Hal. de Idiom. Thucyd. V. 795. et Judic. de Thuc. 29. 887. quo loco πρέσβευσις et δικαίωσις, ut poetica, culpat. Alia ab eodem scriptore vel primum excogitata vel ab aliis seculis repetita passim Onomatologus in judicium vocat: καταδούλωσις V. 23. ἐπικράτησις IX. 142. νόμισις V. 126. δόλωσις IV. 50. quae partim coacta, partim abjecta esse dicit. Neque φύνδεσις probat VIII.

152. quamvis Platonis auctoritate fultum, de cujus primitivo fortasse ob similem reprehensionem admonuit Phrynichus App. p. 36. Δέσις ὁ δεσμός, ὡς ἅρπασις ὁ ἁρπαγμός, λόγισις ὁ λογισμός; ex quibus διάρπασις in illo Suidae recensu legitur, in Lexicis autem ne unum quidem comparet. Ταπείνωσις Pollux IV. 50. abjectum vocat, Platonis praescriptionem Legg. VII. 125. 575. T. VIII. vel nesciens vel contemnens. Συγγένησις Moeris p. 351. negat se praeterquam apud Platonem vidisse. Αἴδεσις tanquam Demostheni peculiare enotat Antiatt. Bekk. p. 80. et p. 361. a quo Dio Cassius suum αἰδέσεως ἄξιος abstulit XXXVI. 107.

Haec de antiquorum Technicorum doctrina dicta sint, qui si nonnunquam in aestimandis vocabulis supra, quam fas erat, fastidiosi fuerunt, tamen vel his cavillationibus varia nobis ad verum quaerendum incitamenta afferunt. Lexicis ex hoc genere accedant haec: ἀπογέννησις Diog. La. X. 105. 647. προςγέννησις Eustrat. in I. Nicom. p. 26. b. (oppositum τῇ ἀποβολῇ.) καθηδυπάθησις Nicet. Ann. XV. 3. 296. ἀνάζωσις XVI. 3. 312. ἀντιπάλαισις I. 10. 24. D. ἀντωθησις I. 10. 27. A. δασμοφόρησις I. 5. 12. A. ἐπιβοήθησις VII. 2. 117. D. ἀντέξωσις Diog. La. X. 93. 642. ἐκλόγησις 144. 668. ἐπάρδευσις X. 100. 645. ἐπέκρηξις 115. καταμέρισις 106. 647. πρόςλαμψις 109. προκατανόησις 79. 636. γέλασις Etym. s. φρύαγμα. παραλύπησις Niceph. Greg. X. 4. 300. B. παράκουσις, παρακοὴ ἢ παράκουσμα Galen. de Causs. Sympt. I. 5. 51. B. T. VII. qui hac coacervatione vocabulorum idem valentium significare videtur, παράκουσις non satis probatum esse, quod confirmatur Thomae judicio ἄκουσις damnantis p. 22. et arguto Pollucis silentio II. 81. 82. παρολίσθησις Socrat. H. Eccl. I. 7. 16. Haec pleraque specie antiqua, usu fortasse novitia sunt. Illud mihi exploratius est, veteres neque ἀγάπησις usurpasse, quo utuntur praeter Alexandrinos Plutarch. Conv. Sept. Sap. II. 6. de Frat. Amor. XXI. 68. Athen. XII. 79. 558. Diog. La. VII. 1. 116. Aesop. XXVII. 94., neque ὑπέρθεσις, quod Polluci IX. 137. plebejum videtur, Philo de Abrah. p. 350. Heliod. VII. 21. Artemid. I. 58. Sext. Emp. c. Log. VII. 428. εἴδησις, quod idem V. 144. tacite improbat, apud recentiores saepissime inveni, Apollon. Tyan. Ep. LII. 398. Himer. in Excerptt. Phot. p. 16. Cyrill. c. Jul. III.

Τὸν παῖδα τὸν ἀκολουθοῦντα μετ' αὐτοῦ: Λυσίας ἐν τῷ κατ' Αὐτοκράτους οὕτω τῇ συντάξει χρῆται. Ἐχρῆν δὲ οὕτω εἰπεῖν, τὸν ἀκολουθοῦντα αὐτῷ. Τί ἂν οὖν φαίη τις, ἁμαρτεῖν τὸν Λυσίαν ἢ νοθεύειν καινοῦ σχήματος χρῆσιν; ἀλλ' ἐπεὶ ξενικὴ σύνθεσις, πάντῃ παραιτητέα· ῥητέον δὲ ἀκολουθεῖν αὐτῷ. a) †)

---

a) Desunt in Edd. Pr. Vasc. Post ξενικὴ articulus excidit. Lysiae locum hinc in fragmenta retulit Taylorus p. 11. T. VII.

108. A. Theophylact. Hist. p. 190. C. Hippocr. de Decent. Hab. V. 55. Lind. Sirac. XLII. 25. apud antiquos nusquam; quod idem de θέλησις valet, nomine vulgario. v. Poll. V. 165. ἀθέλητος (quod veteres ἀνεθέλητος dicunt) ex Nicet. Ann. XIX. 4. 369. Hesych. s. ἀβούλητον, ἀθελήτως ex Aspasiae verss. Athen. V. 219. D. et ἀνεθελήτως Cyrill. c. Julian. IV. 145. B. Lexicis debentur.

De nominibus substantivis primae classis breviter tanquam in alieno loco expediam: *Λυσιτέλεια* a Moeride pag. 248. Polluce et Photio rejicitur; cujus prima occurrit mentio in Tabulis Theophrasti ap. Diog. La. V. 54. 297. Joseph. Antt. XVI. 9. 811. Diod. I. 56. Euseb. V. Const. II. 58. 564. neque magis probaverint ἀλυσιτέλεια a Polybio IV. 47. significatione maxime propria positum. φιλαυτία Atticistis displicuisse a Zonara discimus p. 1809. εὐποιία Pollux V. 140. parum auctoritatis habere asseverat; qui haud scio an redargui non possit; Luciano certe et Alciphroni, quos Hellenistarum patroni obtendunt, cedere abnuet. v. Wagner. ad Alciphr. I. 10. Contra μιαρία causam dixit Phrynichus.

†) At Demosthenes in Androt. (608.) γράψας ἀκολουθεῖν μεθ' ἑαυτοῦ, et Isocr. Plat. (8. 619.) τοῖς μὲν σώμασι μετ' ἐκείνων ἀκολουθεῖν ἠναγκάζοντο, ταῖς δὲ εὐνοίαις μεθ' ἡμῶν ἦσαν, *) et apud eundem saepe alias. *Nunnes.* Ea-

*) Hunc locum in usum suum convertit Dinarch. c. Dem. p. 15. τοῖς μὲν σώμασι μετ' Ἀλεξάνδρου — ἀκολουθεῖν ἠναγκάζοντο, ταῖς δ' εὐνοίαις μετὰ Θηβαίων ἦσαν.

Βουνός: ὀθνεία ἡ φωνὴ τῆς Ἀττικῆς· καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ χρησάμενος τῷ ὀνόματι, συνεὶς ξένως κεχρημένος, σημαίνεται ὡς ἀσαφῶς διαλεγόμενος. εἰπόντος γάρ τινος

Βουνὸν ἐπὶ ταύτῃ καταλαβὼν ἄνω τινά.

ὁ προςδιαλεγόμενος, οὐ συνεὶς τὸ ξένον τοῦ ὀνόματος, φησί

Τίς ἐσθ' ὁ βουνός; ἵνα σαφῶς σου μανθάνω.

ἐν δὲ τῇ Συρακουσίᾳ ποιήσει καθωμίληται. ἀλλ' οὐ προςίεται ὁ Ἀθηναῖος τὴν ἀλλοδαπὴν διάλεξιν. ὅπου γὰρ ἀνεπίμικτος καὶ ἄχραντος βούλεται μένειν τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, Αἰολέων λέγω καὶ Δωριέων καὶ Ἰώνων, τούτων μὲν καὶ συγγενῶν ὄντων, σχολῇ γ' ἂν ἀδόκιμον μιξοβάρβαρον πρόςειτο φωνήν. ὁ δ' οὖν κεχρημένος τῷ βουνὸς ὀνόματι Φιλήμων ἐστὶν, εἷς τῶν τῆς νέας κωμῳδίας. a) †)

---

a) Hic locus, quo nullus germanior est, in Edd. Pr. V. et Pha-

Sext. c. Gramm. XIII. 281. χρήσ. τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ Dio Cass. LXII. 29. πρὸς τὸν βίον Diod. V. 55. εἰς τὸν κοινὸν βίον IV. 1. ubi cod. πρός exhibet nullo discrimine. τὸ χρειῶδες πρὸς τὸν βίον Herodian. I. 6. εὔχρηστον τῷ βίῳ Sext. c. Rhet. p. 290. Lucian. de Paras. VII. 108.

Βιωτικός primum offenditur apud Aristot. H. An. X. 16. 434. hoc est in ea parte libri, quae plurima continet affectata et inusitate posita, non illa vulgari significatione, sed pro βιομήχανος s. εὔβιοτος; tum saepissime apud Philonem, Diodorum, Polybium et Plutarchum, v. Raphel. Obss. T. I. 584. et quos Schleusnerus citat in Lex. N. T. Vulgatissimum est χρεῖαι βιωτικαί Philo de V. M. III. 677. A. Diod. II. 29. Artemid. I. 51. quas elegantius Strabo IV. 14. 35. τὰς τοῦ βίου χρείας dixit. Apud Plutarch. de Tranq. An. I. 1. οὐχ ἀκροάσεως ἕνεκα — ἀλλὰ χρείας βοηθητικῆς praestat βιωτικῆς scribere.

†) „Vox Cyrenaicis usitata; a Doriensibus in Sicilia

Βιωτικόν: ἀειδὴς ἡ λέξις· λέγε οὖν χρήσιμον ἐν τῷ βίῳ. [a]) †)

---

a) Hic articulus in Ed. Pr. (Vasc. et Phav.) non est. *Ἀειδὴς* Nunnesius *insuavis* vertit ac si *ἀηδὴς* legisset. *Pauw.* Aut hoc aut *ἀήθης* scribi necesse est. Praeterea *ἐν* abesse poterat.

dem syntaxi Aristophanem et Platonem usos esse in Lex. Rhet. Bekk. p. 368. notatum; Comici et Isocratis locos apposuit Priscianus Gramm. XVII. 2. 1104. et est tanta exemplorum copia, ut et Corayus ad Isocr. p. 53. non Lysian sed correptorem ejus peccasse judicaverit, et nos in hoc Phrynichi judicio praeproperam quandam festinationem adgnoscamus. Sed quotusquisque nostrum non aliquando ad ea obstupescit, quae plus centies legit, praesertim si quid usus praeter rationem affinxit, ut quum verbis sequendi, *ἕπεσθαι, ὀπηδεῖν, ὁμαρτεῖν, ἀκολουθεῖν*, praepositiones *σύν, μετά, ὄπισθεν, ἅμα*, ex abundanti superadduntur, *τὰς μετ᾽ αὐτοῦ ἐπισπομένας* Thucyd. VII. 52. *ξὺν Χαλκιδεῦσιν ἠκολούθουν* *) IV. 124. *σὺν τοῖς νικῶσιν ἕπονται* Xen. Cyr. V. 2. 35. v. Fischer. ad Vell. III. 401. Abresch. Adnott. ad N. T. p. 580. Heindorf. ad Phaedr. pag. 262. Similiter Latini *Utinam tecum comitata fuissem* Inscript. CLXXI. in Reines. Synt. p. 771. et Graeci cum aliis verbis: Dem. de Cor. p. 330. *ἐμὲ τὸν συζῶντα μεθ᾽ ὑμῶν*, quem locum idem Priscianus XVIII. 1205. citat *ἐμέ* omittens. *ἐπιόρκων μετὰ συμπλεῖν* Eur. El. 1355. *ἐὰν μεθ᾽ ἡμῶν ξυμπλέῃς* Arist. Ach. 277.

†) *Χρήσιμον τῷ βίῳ* Galen. Defin. Med. Prooem. pag. 232. T. II. Lucian. Diss. c. Hesiod. I. 148. T. VIII.

*) Lexicis addendum *περιακολουθεῖν* e Polemonis Phys. I. 6. 208. *περιακολουθεῖ τὴν κόρην*. quod si quis etiam Demostheni reddendum putet de Cor. p. 281. pro *οὓς εὐ ζῶντας μὲν παρακολουθεῖς*, hoc non magis refelli poterit, quam illud probari, Polemonem *παρακολουθεῖ* scripsisse. Eadem est constructio in Damox. ap. Athen. III. 102. B. *τίς παρακολουθεῖ ταῦτα*, a Schweighaeusero et hoc loco et apud alios (v. Nott. ad Polyb. T. V. 177.) incaute atque inconsulte vexata. Hesychius: *Κατ᾽ ἴχνος, κατακολουθήσας τὰ ἴχνη.* Lucian. Asin. 51. 194. *αὐτῷ εἵπετο τὸ φεῦγον*, ubi Guyetus *τῷ φεύγοντι* corrigit. *Θοοὶ δέ μιν ἄνδρες ἕποντο* Quint. Cal. I. 341. Coluth. v. 25. *τὸν δὲ μεθ᾽ ὡμάρτησε*· sed hic *τῶν δὲ* locum habere potest.

Βουνός: ὀθνεία ἡ φωνὴ τῆς Ἀττικῆς· καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ χρησάμενος τῷ ὀνόματι, συνεὶς ξένως κεχρημένος, σημαίνεται ὡς ἀσαφῶς διαλεγόμενος. εἰπόντος γάρ τινος

Βουνὸν ἐπὶ ταύτῃ καταλαβὼν ἄνω τινά.

ὁ προςδιαλεγόμενος, οὐ συνεὶς τὸ ξένον τοῦ ὀνόματος, φησί

Τίς ἐσθ' ὁ βουνός; ἵνα σαφῶς σου μανθάνω.

ἐν δὲ τῇ Συρακουσίᾳ ποιήσει καθωμίληται. ἀλλ' οὐ προςίεται ὁ Ἀθηναῖος τὴν ἀλλοδαπὴν διάλεξιν. ὅπου γὰρ ἀνεπίμικτος καὶ ἄχραντος βούλεται μένειν τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, Αἰολέων λέγω καὶ Δωριέων καὶ Ἰώνων, τούτων μὲν καὶ συγγενῶν ὄντων, σχολῇ γ' ἂν ἀδόκιμον μιξοβάρβαρον πρόςειτο φωνήν. ὁ δ' οὖν κεχρημένος τῷ βουνὸς ὀνόματι Φιλήμων ἐστὶν, εἷς τῶν τῆς νέας κωμῳδίας. [a]) †)

---

a) Hic locus, quo nullus germanior est, in Edd. Pr. V. et Pha-

Sext. c. Gramm. XIII. 281. *χρήσ. τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ* Dio Cass. LXII. 29. *πρὸς τὸν βίον* Diod. V. 55. *εἰς τὸν κοινὸν βίον* IV. 1. ubi cod. *πρός* exhibet nullo discrimine. *τὸ χρειῶδες πρὸς τὸν βίον* Herodian. I. 6. *εὔχρηστον τῷ βίῳ* Sext. c. Rhet. p. 290. Lucian. de Paras. VII. 108.

Βιωτικός primum offenditur apud Aristot. H. An. X. 16. 434. hoc est in ea parte libri, quae plurima continet affectata et inusitate posita, non illa vulgari significatione, sed pro *βιομήχανος* s. *εὔβιοτος*; tum saepissime apud Philonem, Diodorum, Polybium et Plutarchum, v. Raphel. Obss. T. I. 584. et quos Schleusnerus citat in Lex. N. T. Vulgatissimum est *χρεῖαι βιωτικαί* Philo de V. M. III. 677. A. Diod. II. 29. Artemid. I. 51. quas elegantius Strabo IV. 14. 35. *τὰς τοῦ βίου χρείας* dixit. Apud Plutarch. de Tranq. An. I. 1. *οὐχ ἀκροάσεως ἕνεκα — ἀλλὰ χρείας βοηθητικῆς* praestat *βιωτικῆς* scribere.

†) „Vox Cyrenaicis usitata; a Doriensibus in Sicilia

Μονθυλεύω: οὕτω τινὲς τὸ μολύνοντα ταράττειν λέγουσι. καὶ ἔστι δυςχερές. ἀπόῤῥιπτε οὖν καὶ τοῦτο. [a]) †)

---

vor. desideratur. Pro *συνεὶς ξένοις κεχρημένοι* Pauwio *ξένῳ* scribendum videtur; vulgatum *πρόσειτο* intactum reliqui, ambiguus consilii, *πρόσοιτο* an *προσεῖτο* scriberem, cf. Bast. Ep. Cr. App. p. 276. neque *Συρακουσίᾳ* mutare sustinui. Sed in Philemonis versu *τί δ' ἐσθ'* scribendum videtur.

a) In Ed. Pr. V. et Phavor. haec desunt.

„vocem transsumsisse videtur Aeschylus; a Cyrenaicis „accipere potuerunt Alexandrini; recentiores Graeci „quivis colles et tumulos *βουνούς* dixerunt et *μαστούς*; „Aetoli veteres *βωμούς*." Valcken. ad Herod. IV. 351. Eusth. p. 880. 30. *Αἴλιος Διονύσιος λέγει, ὅτι Φιλήμων ἐπισκώπτει τὸ ὄνομα ὡς βάρβαρον, ἕτεροι δὲ, ὅτι βουνὸν ἐν Νόθῳ ὡς σύνηθες τίθησιν, ἄλλοτε δὲ ὡς ξενικὸν ἐπισκώπτει.* Hinc ut per omnes gradus usque ad hanc recentissimam aetatem descenderit, Polybii, Plutarchi, Strabonis et inferiorum indiciis, a Sturzio Dial. Al. p. 154. collectis, cognoscere licet.

†) Pollux *μονθυλεύσεις* appellari ait apparatus exquisitos luxus nimii; Schol. Arist. Eqq. *καρύκη*, inquit, *κοιλία*, quam vulgo *μονθυλευτήν* vocant. Ut *καρυκεύειν*, quod proprie de confectione intriti dictum, pro *συνταράττειν* et *ἀναδεύειν*, ita etiam *μονθυλεύω* idem valet, conturbare et miscere. *Nunnes.* Quid de *ὀνθυλεύω* dixisset Phrynichus? Ego *ὀνθυλεύω*, non *μονθυλεύω*, intelligo, *ὄνθος, ὀνθύλος, ὀνθυλεύω*. Pollux VI. 60. *αἱ περιτταὶ σκευασίαι ὀνθυλεύσεις καὶ μονθυλεύσεις ἐκαλοῦντο. Μινθύλευσις* idem plane esset, quod *ὀνθύλευσις*, a *μίνθος*. *Μολύνοντα ταράττειν* ineptum hic, si ad Etymologiam alludat; nam quid in *μονθυλεύειν*, quod ista promere possit? *Pauw.* Haec Pauwiana *μινθύλευσις*, si nihil praeter sordidum (*τὸ δυςχερές*) requiritur, omnes numeros habet; caetero ineptissima est. De verbis illis, quorum similitudo apparet in *ὗραξ* et *μύραξ* (cf. Schneider. ad Nicand. Alex. 36.), *ὀχλεύς* et *μοχλεύς*, *ὄσχος* et *μόσχος*, a Lexicographis satis multa dicuntur. cf. Adv. Heringa Observv. XXIV. p. 207. Schweigh. Nott. ad Ath. T. I. p. 59.

Βόλβιτον ὀλίγοι τινὲς λέγουσι τῶν Ἀττικῶν. ἀλλὰ τούτου δοκιμώτερον τὸ βόλιτον ἄνευ τοῦ δευτέρου β. a) †)

---

a) Etiam hoc praeceptum in Ed. Pr. V. et Phav. omissum.

†) *Βόλβιτρον* cum ρ legitur in nostro exemplari, ceteri scriptores sine ρ, quod malim ex etymo *τοῦ βοὸς λιτόν*. Eustath. male *βόβλιτον*. Illud mirum, ap. Corinthum hoc nomine declarari *σκῆπτρον*, nisi *σπέλεθρον* reponendum, ut interpretatur Schol. Arist. malim tamen *βολβίον* reponere minima mutatione et *σκῆπτρον* retinere; quod bulbus cum caule similis sit sceptro. Erotian. *βολιτά* pusillos bulbos interpretatur, nisi legendum *βολβία*; nam et Galen. in Gloss. *βολβίου* ut nominis Hippocratici meminit. Moschop. in Sched. neutra videtur facere *βόλιτον* et *βόλβιτον*. Festus ex hoc latinum *imbulbicare* ductum esse arbitratur. *Nunnes*. *Βόλιτος* forte a *βάλλω*, *βόλβιτος*, stercus equorum et aliorum animalium, quod ad formam bulbi accedat. *βόλιτος* proprie stercus omne. *Pauw*. *Βόλβιτος* summa ratione rejiciunt Moeris, Gregorius, Thomas, caeteri. v. Sturz. ad Mattair. p. 1. Hippocrates quidem modo *βόλιτον* de Morb. Mul. I. 59. 761. C. T. VII. (cod. Vat. *βόλβ.*), modo *βόλβιτον* scripsit ib. I. 34. 704. E. 96. 721. B. (ubi Foes. et Cornarius *βολβίον* praeferunt) II. 74. 838. E. 78. 841. E. variat lectio in L. de Morb. Mul. II. 57. 835. B. 67. 841. A. ubi codd. *βόλιτον* et *βόλητον* offerunt. Ex Hipponacte *βόλβιτον* profert Antiatt. Bekk. p. 86. (male *βότινον* pro *βολίτινον* scriptum) eamque speciem Etymologus Ionibus, Herodianus Doriensibus assignat. Atticis *βόλιτος*, *βολίτινος* placuisse, Aristophanis scripta indicant, neque in dubium venit, quin Eupolis ap. Schol. Arist. Lys. 575. *Οὔκ, ἀλλὰ βόλιτα χλωρὰ κῴσπώτην πατεῖν*, non *βόλβιτα*, scripserit. v. Porson. Adv. p. 252. In Aristot. H. An. V. 17. 222. pro vulgato *βολίτοις* Schneiderus e Vat. *βολβίτοις* edidit, sed *βολίταινα* reliquit X. 25. et IV. 1. ubi Edd. vett. *βολίταινα*, Athenaei autem codex quidam *βολβοτύνη* exhibet, pro *βολβιτίνη*, quod ap. Hesych. s. *Ὀσμύλη* in *βολβητίνη* abiit; *βολβίταινα* isthuc reducendum videbatur Schweighaeusero ad Athen. T. IV. p. 584. Epicharmus *βολβίτιν* s. *βολ-*

Δύνῃ: ἐὰν μὲν τοῦτο ὑποτακτικὸν ᾖ, ἐὰν δύνωμαι, ἐὰν δύνῃ, ὀρθῶς λέγεται· ἐὰν δὲ ὁριστικῶς τιθῇ τις, δύνῃ τοῦτο πρᾶξαι, οὐχ ὑγιῶς ἂν τιθείη *). χρὴ γὰρ λέγειν δύνασαι τοῦτο πρᾶξαι. †)

---

a) *Τιθείη*, non τιθείῃ, in Ed. Vasc. expressum video, de quo nihil notat Pauwius.

26. ἀνὴρ δὲ λοίδορος, εἰς ταραχὴν μάχης. ibi Aquila τονθρυστής, Theodot. γογγυστής. et paullo post λόγοι κερκώπων μαλακοί, idem Aquila λόγοι τονθρυστοῦ γοητικοί. Symmachus λόγοι γογγύστου." Idem γογγυσμός et γογγυστής ex LXX interpretibus, γογγυστικός e Naz. Hom. in S. Baptism. citat. *Nunnesius*; „Pollux τὸ γογγύζειν tribuit columbis, quibus auctor Philomelae, et turdis *gemere* assignat, nisi locus mendosus."

†) *Δύνῃ* factum κατὰ πάθος ex δύνασαι, ut docet Choeroboscus; quo verbo nullus classicus scriptor usus est ὁριστικῶς praeter Synesium, ut docet Thomas. *Nunnes.* Apud Thomam aut distinguendum est ἐὰν δύνῃ δέ. *Πλάτων* κ. τ. λ. aut legendum ὡς ἂν δύνῃ δὲ, *Πλάτων* κ. τ. λ. *Pauw.* Atqui Atticum esse volunt; ut ἐπίστῃ apud Platon. in Euthyd., Num. XX. Jos. XIV. μέμνῃ pro μέμνησαι Theocr. Id. XXII. 41. δύνᾳ dorice Id. X. 2. *Hoeschel.*

Choeroboscus ap. Etym. s. *Δύνασαι* et in Hort. Adon. p. 210. a. his verbis scripsit: *Τὸ δύνῃ καὶ τὸ ἐπίστῃ ἐκ τοῦ δύνασαι καὶ ἐπίστασαι κατὰ πάθος Ἰάδος διαλέκτου. αὕτη ἡ χρῆσις παρὰ τοῖς ποιηταῖς μᾶλλόν ἐστι· παρὰ δὲ τοῖς ἀττικίζουσι σπανίως.* Neque mihi plura sub manum sunt quam ἐπίστᾳ apud Aeschylum, δύνῃ (δύνᾳ, quod Porsonus praeferebat, fere evanuit) apud Anacreontem VII. 11. Sophoclem (v. Schaefer. ad Philoct. 798.) et Euripidem, qui in Hec. 255. et Androm. 208. ὅσον δύνῃ pro subjunctivo usus est, ut ὅσον θέλῃς Orest. 700. Eadem licentia δύνῃ pro δύνασαι scripserunt Polybius VII. 11. Aelian. V. H. XIII. 32. Epist. Socr. XIII. 16. Diog. Ep. XXIX. Schol. Lucian. Gall. I. 289. T. VI. *Κάθῃ* ἀντὶ τοῦ κάθη-

Χρέως: Ἀττικὸς ἂν φαίνοιο καὶ ἐπιμελὴς, εἰ διὰ τοῦ ω̄ χρέως λέγεις. Σὺ μὲν οὖν τῇ σεαυτοῦ πολυμαθείᾳ τὸν Ἀριστοφάνην διὰ τοῦ ο̄ ἐδείκνυες τὸ χρέος ἐν ταῖς Νεφέλαις [a]) *εἰπόντα· Ἀτὰρ τί χρέος ἔβα με μετὰ τὸν Πασίαν; ἔοικε δὲ παρῳδηκῶς εἰρηκέναι, διόπερ οὐ χρηστέον αὐτῷ.* †)

---

a) Ed. Pr. *διὰ τοῦ ω̄ μεγάλου — σὺ μέν τοι — πολυμαθία — ἐν ταῖς δευτέραις Νεφέλαις.*

†) Expressus est ille versus Aristoph. ex Euripide. De Parodia v. Athen. et Hermog. π. Μεθ. Δειν. nam paulo aliter videtur hoc nomen accepisse Hermog. et παραπλοκήν aliquando nominare; quin et Arist. Rhet. III. eadem fere notione τὸ γελοῖον ἐν τοῖς παρακεκινημένοις fieri. v. Quintil. IX. 2. περὶ παρῳδῆς et Herm. περὶ παραπλοκῆς. manasse videntur haec nomina ex consuetudine Grammaticorum, παρὰ τὸ Ὁμήρου aut Εὐριπίδου aut aliorum i. e. imitatione eorum expressum dicentium. Sic et παράφρασις pro imitatione frequens apud rhetores. His finitima τὸ παράγραμμα Arist. Rh. III. παραγραμματισμοί Grammaticorum atque τὸ παρατρέπειν Aeliani. *Nunnes.* Haec longe uberiora fecit Schaeferus ad Schol. Apoll. 228. De χρέως idem Moeris judicat p. 405. sed jam diu est, ex quo librarii tam in Platonem quam in Demosthenem, quos Eustathius expresse notat χρέως scripsisse, χρέος (Isocr. c. Euth. p. 706.) intulerunt, Polit. p. 24. Legg. XII. 211. c. Nausim. 988. c. Boeot. 1019. c. Aristog. I. 791. c. Apat. 900. c. Phaen. 1047. cujus in plerisque locis codex Augustanus germanam formam asservavit; similiterque in titulo orationis Lysiacae Athen. XIII. 6. 94. πρὸς Αἰσχίνην χρέους membranae nuper inspectae obtulerunt χρέως, quam genitivi formam in Demosth. Or. c. Timoth. 1189. 25. liber Bavaricus et p. 1203. idem et August. retinuerunt; vulgare χρέους evicit in Lysiae Or. π. Δημ. Ἀδ. 593. Ad recentiores ubi perventum fuerit, vincula laxanda et commercia utriusque formae toleranda erunt. Ut ex singulis aliquid proponam: χρέος Theophr. Char. XV. 33. Philo de Charit. 708. A. Joseph. Antt. XVI. 9. XVIII. 6. D. Diod.

σπουδαίῳ opponit, ut omnijugam lectionem peritiae negotiorum. Vult enim intelligi in illo majorem literarum quam politicarum rerum peritiam. Itaque Philosophiam πρακτικὴν vocat σπουδαίαν, φιλιστορίαν autem philologiam. Nam quis φιλολογίαν pro *nugis* accipiet? Alter error est, quod λόγους graece pro nugis accipi putat, ut *logos* ap. Plaut. et Terentium; nam hoc Comicorum Latinorum est." v. Ernestii Ind. Graecol. s. h. v. Adjectivi φιλόλογος usus perantiquus est de confabulandi et disputandi studio, *) Plato Phaedr. 236. E. Laches 188. C. Theaet. 161. A. et φιλολογία ib. 146. A. quo sensu Athenienses φιλόλογοι Diod. XII. 53. Strabo II. 2. 270. atque urbs ipsa φιλόλογος καὶ πολύλογος Plat. Legg. I. 39. (641.) **) Lacedaemonii contra ἥκιστα φιλόλογοι vocantur Aristot. II. 5. 277. Et quia initio politiorum hominum sermonibus argumenta subjecta erant e philosophia deprompta, ὁ φιλόσοφος καὶ φιλόλογος junctim dicitur Plat. Rep. IX. 262. et Themist. Or. XI. 146. A. φιλοσοφεῖν φιλολογεῖν τε Sopater comicus Athen. IV. 160. E. Postea autem ad domestica studia ac liberalis doctrinae et amorem et scientiam translatum est, quae res plerumque conjunctae sunt. Nonnunquam tamen amor magis doctrinae quam scientiae professio significatur, ut in Liban. Ep. DCCCLXXXVI. 456. πόλις φιλόλογος quo sensu dicatur apertum est; contra male interpres Ep. MCXI. 529. φιλόλογον reddidit *literarum amantem*. Communiter autem omnes φιλόμουσοι et φιλομαθεῖς dicuntur φιλόλογοι, Plutarch. de Sanit. tuend. p. 400. T. VII. πάντες ὅσοι φιλολογίας μεταποιοῦνται Zachar. de Opif. Mund. pag. 184. ῥήτορσι καὶ πᾶσι φιλολόγοις Artemid. IV. 18. φιλολόγοις καὶ γραφεῦσι I. 42. 63. ὅσοι φιλολογοῦσι καὶ ὅσοι μὴ ἀπαίδευτοι IV. 59. Hoc verbum, veteribus incognitum, ad omnes se adjectivi significatus accommodavit: *conversari* notat Plutarch. V. Cat. Min. VI. 49. *disputare* Longin. de Subl. 29. 102. denique *literis operam dare* Philostr. V. Soph. I. 5. 486. Niceph. Greg. XIX. 1. 579. A.

*) Ἐπαινέσαντε τὰς συνόδους ἕνεκεν ὑγιείας καὶ φιλολογίας Athen. XII. 69. 535. Hinc φιλολόγον nomen in nugatorem transtulit Alexis Athen. II. 9. 149.

**) Paroxytona sunt in Edd. v. Schweigh. Nott. in Ath. T. I. 209.

Τίνι διαφέρει τόδε καὶ τόδε; οὐ χρὴ οὕτω λέγειν κατὰ δοτικὴν πτῶσιν, ἀλλὰ τί διαφέρει, καθὰ καὶ Δημοσθένης φησί· τί δοῦλον ἢ ἐλεύθερον εἶναι διαφέρει; λέγε οὖν τί διαφέρει. [a]) †)

---

a) Altera horum parte *καθὰ καὶ — διαφέρει* Ed. Pr. V. carent. Phavorinus autem postrema *λέγε οὖν τί διαφ.* omittit. Ista fortasse ex Thom. p. 845. addita sunt.

†) *Τί διαφέρει* Plato Hipp. 287. D. Cratyl. 430. E. Charmid. p. 161. C. Alcib. I. 109. B. Lysias c. Theomn. 353. Demosth. Chers. 102. c. Androt. 610. Xenoph. Memm. I. 2. 50. II. 1. 7. Aristot. Poet. 19. 246. Sed hic ad alteram constructionem nonnunquam declinavit, *τίνι διαφέρει τὰ ἄῤῥενα τῶν θηλειῶν* de Part. Anim. IV. 8. 555. B. de Gener. An. III. 3. 650. E. T. II. Ita recentiores scriptores sive quid referat quaerunt, sive qua in re unum ab altero differat, *τίνι διαφέρει* usurpant: Plutarch. de Def. Orac. XVI. 326. Diog. La. II. 69. 120. Arrian. Epict. I. 28. 146. Hermog. Tars. Progymn. c. VII. Syrian. ad Hermog. p. 316. etc. Et in eadem illa sententia *τί διαφέρει δοῦλον ἢ ἐλεύθερον εἶναι* in Dem. c. Timocr. 752. 11. et c. Androt. 610. 3. Minucianus *περὶ Ἐπιχ.* p. 733. dativum substituit, ut in simili Athenaeus III. 82. 446. *τίνι διαφέρει ἀπελεύθερος ἐξελευθέρου.* Sed si aliud aut praecedit aut subsequitur, etiam veteribus utroque modo dicere licuit, ut in Plat. Alcib. I. 124. C. *οὐδὲ γὰρ ἔσθ' ὅτῳ σου διαφέρω, πλήν γε ἑνί. Τίνι —;* Xenoph. Hier. I. 7. *οὐκ οἶδ' εἴ τινι διαφέρει.* Plato Apol. Socr. p. 35. A. *διαφέρειν τινὶ — σοφίᾳ διαφέρειν δοκοῦντες.* et in aliis nominibus: *τῶν νῦν μυρίῳ διάφερον* Plato Polit. p. 56. T. VI. Ita peraeque usurpatur *τοῦτο διαφέρει* et *τούτῳ, ὅσον διαφέρει* et *ὅσῳ*, v. Heindorf. ad Theaet. p. 410. *διαφέρει ὅλον καὶ πᾶν* et *ὅλῳ καὶ παντί*, v. Coray ad Heliod. p. 165. Utramque constructionem conjunxit Plato Alcib. I. 109. B. *ἄλλο τι οὖν ἢ τοσούτῳ μόνῳ διαφέρει* et Aelian. H. An. XIV. 26. *δέρματος ἢ τινι ἢ οὐδὲν διαφέρει.*

Τέτευχε τιμῆς, τέτευχε τοῦ σκοποῦ μὴ λέγε, ἀλλ' ἀντ' αὐτοῦ τῷ δοκίμῳ χρῶ, τετύχηκε. a) †)

---

a) Ed. Pr. Vasc. χρηστέον pro χρῶ. Phavorinus totum articulum omisit.

†) Photius: Τετύχηκε, συμβέβηκε· τέτευχε δὲ ἐπιτέτευχε· τὸ μέντοι γεγράφηκε παρὰ Θεοπόμπῳ καὶ ἄλλοις βάρβαρον. qui sive τέτευχε adipiscendi notione adstrictum, sive in hoc certe significatu ab Atticis adsumtum putat, in utroque fallitur. Nam pro verbo substantivo usurpavit Herodotus III. 14. apud Atticos autem, ex quo Platonis locus vitio exemtus est, v. Ast. ad Remp. 564., amplius non occurrit. Post Euryphamum a Sturzio memoratum pag. 198. primus in ordinem venit Aristoteles, ὀνόματος τέτευχε de Morib. III. 14. 53. D. T. II. et de Part. Ann. II. 2. 486. B. T. II. Huic proximus Theopompus apud Polyb. XII. 27. 437. τοῖς πλείστοις πράγμασι παρατετευχώς, quo sensu etiam Josephus Antt. V. 10. 309. XVII. 5. 837. τοῖς πράγμασι παρατετευχώς. συντέτευχε, accidit, Philo de Conf. Ling. p. 347. C. Hinc Diod. I. 57. II. 5. Galen. de Med. Simpl. I. 19. 14. E. Dio Chr. XXXI. 569. Dioscor. I. 52. 18. Nicomach. Arithm. I. 16. Theophyl. Legg. p. 181. A. τέτευχε, ἀποτέτευχε, παρατέτευχε pro τετύχηκε etc. asciverunt, sed ita, ut hoc non solum non deterius putasse, sed etiam magis consuetum habuisse videantur. Quare quum nullus esset scriptor, qui non altero nonnunquam, altero persaepe uteretur, hac inconstantia confusi librarii centenis locis aberrarunt. v. Varr. Lectt. Diod. I. 13. III. 27. IV. 40. Dion. Hal. Antt. V. 48. 955. Jamblich. V. Pyth. III. 12. 34. neque hoc solum, sed etiam tertia forma, Grammaticis ignota, nonnunquam immiscetur: ἐντετυχώς Plutarch. V. Artax. XIII. 401. T. V. quo loco Reiskius e cod. ἐντετυχηκώς reposuit; τέτυχε, τετυχέναι etc. Diod. II. 22. III. 8. VI. p. 10. XII. 17. Geoponn. II. 14. 127. Aesop. Fab. LXXXVIII. 50. plerumque in Lectt. Varr. codicum et Edd. vett. reservatum est; ἐντέτυχα Porphyr. de Abst. III. 24. 277. cf. Etym. MS. ap. Schaeferum Praef. ad Greg. p. LIV.

scilicet instar vitri splendeant et perlucida cernuntur in ea herba, quae in quercu, pinu, nuce pontica et aliis arboribus nascitur. *Nunnes.* Basilio M. Hom. V. in Hexaem. extrema turbinem sive trochum significat, ut et Platoni L. IV. Rep. unde ille verba mutuatus videri possit. *Hoeschel.* Phrynichus App. p. 63. *Στρόβιλος τὴν τοῦ ἀνέμου συστροφήν, οὐχ, ὡς οἱ νῦν, τὸν καρπὸν τῶν πιτύων.* cf. Lex. Rhet. p. 302. Prior et attica significatio et *turbinis* (στρόμβου) est, Plat. Rep. IV. 436. Menand. ap. Alexandr. Rhet. p. 574. et *procellae: δίκην καταιγίδος ἢ στροβίλου* Aelian. H. An. XV. 2. 821. Aristid. Panath. p. 164. στρόβιλοι — δῖνοι Diog. La. X. 105. τυφῶν ἀνεμώδης, ὃν τινες στρόβιλον ὀνομάζουσι Theolog. Arithm. p. 32. Pro arbore ejusque fructu primum occurrit in Aristotelis vel Theophrasti Physicis ap. Poll. X. 170. θρυαλλίδος, στροβίλου, πίτυος, et Theophr. H. Pl. III. 7. οἱ στρόβιλοι τῆς πεύκης, quarum arborum nomina saepius confunduntur. Dioscor. I. 88. 58. a. πιτυΐδες καλοῦνται ὁ καρπὸς τῶν πιτύων. Galen. de Med. Simpl. VIII. 22. 220. D. πιτυΐδες ὀνομάζεται οὕτως ὁ καρπὸς τῶν πιτύων· ἔνιοι δὲ καταχρηστικῶς καὶ τὸν τῆς πεύκης ὡσαύτως ὀνομάζουσιν. Sic Plutarchus Symp. L. III. Quaest. II. 1. 117. et L. V. Quaest. III. 1. 209. πεῦκαι καὶ στρόβιλοι, Artemidorus autem II. 25. 183. πίτυς καὶ στρόβιλοι; de esculento usurpavit Diphilus Siphnius Athen. II. 49. 229. Aeschin. Ep. V. 672. rectius Pausanias X. 15. πίτυος τῆς ἡμέρου καρπός. Galen. Comment. in Hipp. de Acut. Vict. IV. 158. D. T. XI. κόκκαλος ὑπ' αὐτοῦ λελεγμένος οὐχ οὕτως, ἀλλὰ κῶνος μᾶλλον ὑπὸ τῶν παλαιῶν Ἑλλήνων ὠνομάζετο, καθάπερ ὑπὸ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν σχεδὸν ἁπάντων στρόβιλος. Idem de Comp. Med. VII. 1. 527. C. T. XIII. οὓς νῦν ἅπαντες Ἕλληνες ὀνομάζουσι στροβίλους, τὸ πάλαι δὲ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἐκαλοῦντο κῶνοι. Schol. Arist. Vesp. 1106. τὰ τῆς πίτυος προανθοῦντα στροβίλια, quod in Schol. Venet. et Schol. Minor. ad Il. II. 868. in στροβύλια corruptum. Verbum hinc derivatum στροβιλοῦν, στροβιλεῖν et στροβιλίζειν scribitur, quorum medium Corayus ad Heliod. p. 42. etiam apud Phrynichum reponendum putat pro συστροβιλῆσαι, mihi potius in συστροβιλίσαι demutandum videtur. v. Kuester. ad Suid. Ἐνστροβιλήσας, συστρέψας.

Συγκαταβαίνειν εἰς τὰς σκέψεις, συγκαταβαίνειν εἰς διδασκαλίας μὴ εἴπῃς, ἀλλὰ συγκαθιέναι καὶ συγκαθῆκεν εἰς τὸ παίζειν ἢ εἰς ἄλλο τι. a) †)

Σκνιφός: κατὰ διαφθορὰν οἱ πολλοὶ λέγουσι τὸν γλίσχρον καὶ μικροπρεπῆ περὶ τὰ ἀναλώματα. οἱ δ' ἀρχαῖοι σκνῖπα καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ θηριδίου τοῦ ἐν τοῖς ξύλοις κατὰ βραχὺ κατεσθίοντος. b) ††)

---

a) Ed. Pr. inepte εἰς τὰς ὄψεις. Neque hic error, neque pejus συγκατιέναι, a Pauwio toleratum, Phavorinum fefellit.

b) Ed. Pr. Vasc. τοῦ ἐν τοῖς ξύλοις τοῦ κατὰ βραχὺ αὐτὰ κα-

†) Etiam hoc verissime observatum a Phrynicho, quem sequitur Thomas p. 815. Plato Rep. VIII. 222. οἱ γέροντες συγκαθιέντες τοῖς νέοις. Lucian. Alex. VI. 69. οἱ καθιέντες ἐς τοὺς ἀγῶνας. Plutarch. Symp. I. 2. 3. εἰς ἀγ. καθεικασιν. Dion. Hal. V. 27. εἰς κίνδυνον ἑαυτὸν καθιέναι, et similiter Dio Cass. LXV. 8. 1065. Omnem hujus significationis ambitum explet verbum συγκαταβαίνειν recentioribus placitum: συγκ. εἰς τὸν ἀγῶνα Philo de Abr. 365. B. Polyb. I. 11. εἰς τὴν ναυμαχίαν Diod. XI. 18. εἰς πόλεμον XII. 50. Quod Aristides dixit Or. Pl. II. 142. εἰς τὰ τῶν ἀντιπάλων ἰσχυρὰ συγκαθιέντες, minus eleganter Polybius IV. 11. εἰς τὰ τῶν πολεμίων προτερήματα συγκατέβησαν. Ea significatione, de qua Phrynichus loquitur, Apollonius de Synt. III. 32. εἰς ἐκτροπὴν λόγου συγκαταβαίνειν, et Sext. c. Ph. I. 548. εἰς τὰς κατὰ μέρος ζητήσεις συγκαταβαίνειν. Apud Jamblich. V. P. 33. 466. pariter ut Porphyr. c. 98. pro συγκαταθεῖναι εἰς τὸ τοιοῦτο praeceps suppetit remedium: συγκαταβῆναι; neque longe distat συγκαθεῖναι, ut in Marini Procl. I. 2. συγκαθεῖναι ἐμαυτὸν ἐδοκίμασα εἰς τὸ συγγράφειν, v. Heindorf. ad Theaet. p. 369. *) et ap. Euseb. H. Eccl. VII. 24. 352. ἡ πρὸς πάντας συγκατάβασις καὶ συγκατάθεσις pro συνδιάθεσις. Ecclesiasticum hujus nominis usum omnibus pernotum Hoeschelius Chrysostomi, Basilii et Theophylacti exemplis illustrat.

††) Etym. ait, σκνίψ (volucre animal simile culici) in-

*) Himer. Or. II. 598. ἀφεὶς ἐπ' Ἰωνίας, pro quo Wernsdorfius ἀφεθεὶς emendabat, hodie neminem fallet.

τεσθίοντες. Vulgatam sequitur Phavorinus. Thomas M. p. 800. οἱ δὲ ἀρχαῖοι σκνιπὸς λέγουσιν ἀπὸ τοῦ σκνιπὸς τοῦ τὰ ξύλα κατὰ βραχὺ ἐσθίοντες, unde Pauwius σκνιπόν pro σκνῖπα adsciscendum esse monet.

flecti tam σκνιπός quam σκνιφός, *) ex quo casu factos esse rectos ὁ σκνιφός et ὁ σκνιπός, sed nomen σκνίψ, quod idem valeat, tantum declinari cum π, σκνιπός. Hesyc. inquit, esse animal viride quadrupes, ut fortasse illi sit locusta. Sud. κνωποειδής, lignum rodens, quod esset linea et blatta. Gloss. autem eo nomine et formicam et locustam et culicem ait significari et curculionem. Utut sit, vile animal est, a quo homines sordidi σκνιφοί s. σκνιποί. Apud Hesyc. legitur quoque absque ν σκιπός, sed videtur corruptum. Idem et Poll. σκνιφόν et σκνιπόν ajunt appellari lusciosum, fortasse a τὸ σκνίφος, *tenebrae*. Σκνιφός cum φ negant atticum esse Phryn. et Thom. sed σκνιπόν aut σκνῖπα. *Nunnes*. Σκνῖπα Exod. VIII. et Sap. XIX. ubi nonnullae Edd. habent σκνίφας. Legendum fortasse et ap. Schol. Theocr. XVI. in expositione vocabuli σκνιπαῖον, ἢ παρὰ τὴν σκνῖπα pro σκίπαν, quum proxime sequatur κνὶψ γὰρ ζῶόν ἐστι βραδυκίνητον. Nam et Ps. CIV. pro σκνίπες in nonnullis libris impressis κνίπες legitur, at in paraphrasi v. 60. Apollinarii σκνίφες. *Hoeschel.* Nunnesius Phrynichum et Thomam censet non vocabulum ipsum sed hanc scribendi formam σκνιφός reprehendisse ac pro eo σκνιπός et σκνίψ dici voluisse. Verum σκνιπός non magis in veterum libris reperitur quam σκνιφός, praecipueque Moeris p. 387. pro hoc attice φειδωλός dici tradit. **) Ac si alterutrum atticum fuit, σκνιφός certe plus habet attici coloris quam σκνιπός. Hoc sensu σκνῖπα dici mihi incompertum, neque longe abest, quin totum illud, οἱ δ' ἀρχαῖοι σκνιπόν — κατεσθίοντος, insiticium videatur. Nomen autem animantis non solum

*) V. varr. lectt. Anthol. Palat. T. III. p. 6.

**) Vix ullum est humanum vitium tot nominibus, exiguo sed tamen aliquo discrimine sejunctis, cumulatum. Aspasius in IV. Nicom. p. 62. a. φειδωλοὶ λέγονται οἱ ἐπὶ τῷ φυλάττειν ὑπερβάλλοντες, κίμβικες δὲ καὶ κυμινοπρίσται καὶ γνίφωνες καὶ σκνιπτοὶ οἱ μικρὰ προϊέμενοι καὶ διδόντες· οἱ δὲ μόγις, γλίσχροι· οἱ δὲ μετὰ διατάσεως καὶ ὀργῆς διδόντες, μικρολόγοι. His addatur ὁ ἰξός Phryn. App. 45. et quem Nicetas Ann. II. 8. 59. in hoc coetu recenset: κίμβιξ καὶ γνίφων καὶ δυσγρίπιστος.

Στρωματεὺς ἀδόκιμον. στρωματόδεσμος ἀρχαῖον καὶ δόκιμον. λέγε οὖν καὶ ἀρσενικῶς καὶ οὐδετέρως. a) †)

---

a) Pro λέγε οὖν καὶ (hoc καὶ non apparet in Ed. Pauwii) ἀρσενικῶς καὶ οὐδετέρως Ed. Pr. [Vasc.] obscurius de neutro: λέγεται οὖν καὶ ἐπὶ τῶν γ' ὀνομάτων· tertia nomina sunt nomina neutra. Phavorinus ista non intellexit et sic in Lexico suo haec ita mirifice cum aliis contexuit: Στρωματεὺς ἀδόκιμον ἡ κλίνη καὶ στρωματόδεσμος ἀρχαῖον καὶ δόκιμον καὶ στρωματεὺς ἰχθὺς ποιός. Λέγεται οὖν καὶ ἐπὶ τῶν τριῶν ὀνομάτων. στρωματεὺς in tribus nominibus dictum; nam vel ipsum στρῶμα et κλίνη est, vel στρωματόδεσμος, vel piscis. Quid ais? Nonne egregia fuit in his Grammatici perspicacia? *Pauw.* Adpendiculam illam Ed. Pr. recens adsutam et sic scriptam esse puto: λέγεται καὶ ἐπὶ τῶν στρωμάτων: quod Thomas recte fieri negat.

τής. *Hoeschel.* Συσχολαστής a Thoma quoque rejectum p. 829. non prius in usum venire potuit, quam scholae nomen ad auditiones traductum est, quod quo tempore factum sit, ex Arist. Polit. V. 9. 277. apparet: μήτε σχολὰς μήτε ἄλλους συλλόγους γίνεσθαι σχολαστικούς· de quo s. v. Εὐσχολεῖν plura diximus. Praeter Strabonem et Plutarchum συσχολαστής usurpat Diog. IV. 31. VII. 9. aliique recentiorum.

†) Ὁ στρωματόδεσμος, ut Moeris praescribit p. 558., Plutarch. V. Caes. XLIX. p. 426. Artemid. I. 74. 104. τὸ στρωματόδεσμον Aristoph. Dan. Fr. I. Liban. Ep. CCXXXVI. 115. Tzetz. Chil. IV. 5,5. Antiatt. Bekk. p. 113. στρωματόδεσμον (ὀξυτόνως editum p. 305.) καὶ ἀῤῥενικῶς καὶ οὐδετέρως Ἀμειψίας. Sine ulla generis praescriptione Plato, Xenophon, Plutarch. Apophth. Regg. p. 123. T. VIII. Athen. I. 14. ubi v. Casaub. Στρωματεὺς Theophrastus et Alexis Athen. XI. 47. 252. quem cum aliis novae comoediae poetis hoc usum esse docet Pollux. v. ad Moer. et Thom. Idem Lysiae Or. c. Alcib. p. 536. 6. tribuit Reiskius, pro ὑπὸ τῷ αὐτόματι κατακείμενος non inscite corrigens τῷ αὐτῷ στρωματεῖ. sed propius a vero abfuit Jacobsius V. Cl. ὑπὸ τῷ αὐτῷ εἵματι substituens Emendd. in Ath. p. 17. Legendum est enimvero ἱματίῳ. nam εἷμα poetis proprium esse recte Pollux judicat VII. 42. cujus loci sententiam librarii obscurarunt pro vitioso εἵματα inculpatum ἱμάτια substituendo.

Εὐχρηστεῖν ἀπόῤῥιψον. λέγε δὲ κιχράναι. †)
Ῥαότερον μὴ λέγε, ἀλλὰ ῥᾷον· συγκριτικὸν γὰρ συγκριτικοῦ οὐκ ἔστιν· οἷον εἴ τις λέγοι κρεισσότερον. [a]) ††)

---

a) Ed. Pr. *ῥαότερον μή· λέγε δὲ ῥᾷον*, tum *εἴ τις λέγει* in indicativo. Phavorinus illud eodem modo, postrema *οἷον — κρεισσότερον*, quae non magnopere necessaria sunt, omittit; ac fortasse ne ratio quidem illa, *συγκριτικὸν γὰρ συγκριτικοῦ οὐκ ἔστιν*, (quae fere iisdem verbis supra v. *Ἀμεινότερον* leguntur,) a Phrynicho addita est.

†) *Αἰτεῖσθαι* hoc etiam dici observat Harpocr. *τὸ κιχράναι* valet commodum usum praebere. *Nunnes.* Stephanus in Thes. T. IV. 600. *Phrynichus haud satis scio quid cogitans haec scripserit; nam quid εὐχρηστεῖν cum κιχράναι commune habet?* Dicam uno verbo: *ἰδιώτας* refellit, qui ita voce abutebantur; utilis est qui commodat; inde translatio. *Pauw.* Hoccine Pauwio credemus et quidem injurato? Multo facilius a me impetro, ut scribarum incuria quaedam omissa duosque articulos, quorum unus ad *Εὐχρηστεῖν* pertineret, alter ad *Κιχρᾶν*, in unum confusos esse credam. Attici quidem neutrum civitate donarunt; sed qui non ad hanc regulam locuti sunt: *εὐχρηστεῖν* Chrysippus ap. Diog. VII. 129. 446. Polybius, Diodorus V. 12. Athen. VI. 108. 551. Sextus c. Ph. I. 552. *εὐχρηστία* iidem, Plutarch. de Util. ab Inim. pag. 272. T. VII. Dioscor. I. 151. 59. b. Porphyr. Abst. III. 20. 260. Arrian. Epict. I. 6. 31. Alterum Liban. Decl. T. IV. p. 831. *κιχρῶν τὴν χεῖρα πανταχοῦ καὶ παρέχων ἰσχὺν τοῖς ἐκείνων γράμμασι διὰ τῶν ἐμαυτοῦ*, quo loco aliquam habet cum *εὐχρηστεῖν* similitudinem.

††) Ut *ὕψι* ex sese *ὑψίτερος* et *ὑψίων* parit, non aliter ex *ῥηΐ* (*ῥᾷ, ῥέα* *)) progignitur *ῥηΐτερος, ῥᾴτερος, ῥηΐων* Hipp. de Intern. Aff. XIII. 647. F. *ῥαΐων* antiquo more scriptum de Locc. in Hom. XIII. 571. F. XIV. 373. A. T. VII. itidem *ῥᾴσσων* Etym. 158. A *ῥᾴων* Grammatici novum positivum ducunt *ῥᾷος*, ut *λῴων, λῷος*. Etymol. M. 92. 42. *Ἀπὸ τοῦ πλείων πλεῖος, καὶ ῥᾴων ῥᾷος, καὶ*

*) *Ῥεῖος* prisco *ῥήϊος* assimilatum est, ut *τηΰς, τηΰσιος, πρηυμενῶς, πρευμενῶς* etc.

ἀρείων ἄρειος. Hujus positivi centena sunt exempla, sed tantum in genere neutro, Demosth. de Megal. p. 208. 9. Plato de Legg. III. 105. (cod. Voss. ῥᾴδιον) Aeschyl. Agam. 1576. (sublatum ex h. l. ab Hermanno) Isocr. Hel. Enc. 16. 348. Zosim. I. 31. IV. 58. Schol. Arat. 28. quibus fere omnes locis ῥᾴδιον reponunt, v. Heindorf. ad Plat. Phaed. p. 66. Coray ad Isocr. Hel. Enc. p. 165. (ubi cod. Paris. ῥαῖον), uno Schaefero dissentiente, qui ad Dionys. p. 529. ῥᾷον positivum esse defendit. Id confirmare videtur Suidas: Ῥᾳόνως, εὐκόλως, καὶ ῥᾴως ὁμοίως. Sed hoc ipsum ῥᾳόνως positivi significationem habens Nicet. Ann. VII. 1. 114. C. ὁ βασιλεὺς τὸ δεινὸν τοῦτο ῥᾳόνως ἰάσατο, et VIII. 2. 153. A. ῥᾳόνως ἐκπερασῶν, dubitationem mihi attulit, ne ῥᾷον quoque germanus comparativus sit, qui quum saepe positivi modo, perinde ut alii comparativi, θᾶσσον, ἥδιον etc., usurparetur *), recentiores Graeci ad eam ducti sunt opinionem, ut ῥᾷος positivum esse putarent, unde adverbium ῥᾴως et comparativum ῥᾳότερος fingerent, invitante adjectivo ῥεῖος. Contra ῥᾴδιον saepe pro comparativo scriptum reperiri constat, v. Varr. Lectt. Lys. c. Eratosth. p. 440. Aeschin. c. Timarch. p. 183. Xenoph. Cyrop. VIII. 6. 2. Plutarch. V. Pomp. LVII. 215. Theophr. de Caus. Pl. II. 22. cf. Bentlej. ad Horat. I. 5. 18. et sunt etiam nonnulli loci, quibus uterque gradus peraeque aptus est, ut Thucyd. III. 36. Plato Cratyl. C. XI. ubi Vett. Edd. ῥᾴδιον exhibent, quod in aliis quibusdam ellipsis excusatione adversus criticorum injurias defendi potest.

Sed quia Stephanus et Fischerus ad Vell. II. 84. alium comparativum πρᾴων commemorant, qui positivo πρᾶος ortum dedisse videri possit, etiam hoc addam, adverbium πρᾳόνως (Aelian. H. An. V. 59.), quod documenti loco proferunt, compositum esse, non derivatum, neque comparativum ejusmodi Graecis notum fuisse. Tum etiam adjectivum πρᾳής, quo Lexica premuntur, ex ordine submovendum est. Πραῦς autem an πρᾶος Atticis familiarius fuerit, exploratu difficile; in editis quidem utrumque invenitur: πρᾶα Aristot. H. An. I. 1. 8. πρᾶοι Plato Tim. 280. T. IX. πρᾳότερα Legg. XI. 157. πρᾴως Soph.

*) Hoc apertissime apparet in Lucian. Asin. 14. 16. ῥᾴων γὰρ ἡ τούτου θεραπεία.

Ῥύμη· καὶ τοῦτο οἱ μὲν Ἀθηναῖοι ἐπὶ τῆς ὁρμῆς ἐτίθεσαν· οἱ δὲ νῦν ἀμαθεῖς ἐπὶ τοῦ στενωποῦ. Δοκεῖ δέ μοι καὶ τοῦτο μακεδονικὸν εἶναι. ἀλλὰ στενωπὸν καλεῖν χρή· ῥύμην δὲ τὴν ὁρμήν. †)

---

217. D. Epinom. 269. Tim. 597. Demosth. Or. de Cor. 315. πραότης Plat. Soph. 406. A. Contra πραῦς Arist. Spirit. V. p. 180. A. T. II. Rhetor. ad Alex. XXXVII. 162. etc. πραεῖα Xenoph. Symp. VIII. 3. πραέα Oec. XV. 9. πραέων Anab. I. 4. 9. πραέσι Plat. Legg. X. 72. XI. 157. πραέως Tim. p. 281. ne de recentiorum inconstantia dicam, qui severioribus legibus adstringi nequeunt. Sed de Atticis satis definite Photius: Πράως, οὐ πραέως, καὶ πραῖον *), οὐ πραῦ, καὶ πρᾶος, οὐ πραῦς, quod olim fortasse diligentius excussis codd. verum esse apparebit. Lexicis accedent πραΰλογος Synes. H. VI. 33. πραϋτόκος Philo de Profug. 480. D. πραϋθυμῆσαι Eustath. p. 696. De Phrynichi decreto nobis brevissimus erit sermo aut potius nullus; namque prorsus nihil contradici potest; ῥηΐτερος autem, quod Eustathius p. 1029. prosae orationis tenuitatem excedere judicat, scriptoribus ionibus non infrequens est.

†) Antiatt. Bekk. p. 113. Ῥύμην οὔ φασι δεῖν λέγειν, ἀλλὰ στενωπόν. Ῥύμη veteribus φοράν, ὁρμήν significare, indubium est: ἡ ῥύμη τῆς ὀργῆς Dem. c. Mid. 546. et Callistrar. Statt. XIII. 905. τῇ ῥύμῃ τῆς φορᾶς Philo Legg. Alleg. II. pag. 102. C. Dionys. Antt. V. 15. 880. T. II. Galen. de Usu Part. VII. 14. 467. C. T. IV. φορᾶς καὶ ῥύμης Philo quod Infer. Pot. Ins. p. 176. E. τῇ ῥύμῃ καὶ τῇ ὁρμῇ Olympiod. in I. Meteor. p. 25. b. et hoc sensu Thucyd. VII. 70. Plato Epin. 257. T. IX. Aristoph. Pac. 86. qui etiam in Vesp. 1487. ὑπὸ ῥύμης scripsisse videtur pro ῥώμης. Temporibus novae comoediae pla-

*) Haec scriptura veterem literae jota inhabitationem testatur. Sic etiam ῥαίτερος editum Pind. Ol. VIII. 78. ante Boeckhium. Quod apud Aristophanem χάϊος, idem in Theocrito χαός, apud Hesych. χαιός scribitur. Καΐε, νεολαία, λαῖον (λήϊον), πρεναία etc. argumento sunt, canonem illum paullo accuratius definiendum esse.

Δρωπακίζειν ἀδόκιμον. ἀρχαῖον δὲ τὸ παρατίλλεσθαι ἢ πιττοῦσθαι. †)

Στέμφυλα: οἱ μὲν πολλοὶ τὰ τῶν βοτρύων ἐκπιέσματα ἀμαθῶς· οἱ δ' Ἀττικοὶ στέμφυλα ἐλαῶν. a) ††)

---

a) Ed. Pr. V. στέμφυλα τὰ τῶν ἐλαῶν, quod et Thomas tuetur pag. 809.

teae significationem e vulgaris dialecti consuetudine increbuisse, Sturzius docet de Dial. Mac. p. 29. sq. et Wetstenius ad Matth. VI. 2. Lexicis adde πλατύῤῥυμος Eustath. p. 166.

†) Dropax genus unguenti aptum pilis evellendis, cujus meminit Martial. X. Pix etiam genus poenae Romanis, ut ap. Plaut. Capt. et Lucret. L. III. Gloss.: Δρωπακίστης, *depilator*, *colipilarius* (alipilarius). Πιττοῦν proprie est naves latas pice illinere, ut scribit Schol. Arist, Etymologo etiam δρωπακίζεσθαι idem est quod πιττοῦσθαι. Sudas accipit pro συνάγειν et τρυγᾶν. Hoc tamen loco de genere poenae, quae ῥαφανίδωσις dicitur. v. Arist. Nub. et Lucian. Demonacte. *Nunnes*. De poena hic male cogitat Nunnesius; δρωπακίζειν pro unguento illito pilos evellere sumsit Phrynichus. v. Steph. App. *Pauw*. Idem docent Photius: Παρατίλτρια, οὐ δρωπακίστρια, et Thomas p. 690. ubi Pseudolucianum in Demonacte et recentiores medicos in medium proferunt interpretes, Stephanum compilantes. Artis excusationem affert Galenus Comment. III. in Hipp. de Off. Med. pag. 105. D. T. XII. ὅσα δέ τινά ποτέ εἰσι πιττωτὰ (φάρμακα) ἢ δρωπαστικά (f. δρωπακιστά), νοήσεις ἀκούσας πίτταν καὶ δρώπακα. καί σοι λέγειν ἐξέστω καθότιπερ ἂν βουληθῇς· οὐ γὰρ ἀττικίζειν διδάσκειν πρόκειταί μοι τοὺς νέους; qua excusatione Synesius a Toupio in Suid. T. I. 109. accitus non utitur.

††) Schol. Aristoph. (Eqq. 805.) στέμφυλα proprie olearum, i. e. *fraces*; περιπτίσματα autem in uvis dici ait, sed confundi aliquando haec nomina. Galen. certe στέμφυλα interpretatur τὰ λείψανα τῆς σταφυλῆς. Hesyc. et Sud. in

legit Wagnerus de Accent. p. 71., librarii paruerunt, neque ea scripturae forma, quae Atticistarum judicio potior habetur, ita subtiliter impressa fuit, ut non paullatim detereretur. Ne a Phrynichi exemplis longius abeam, σπονδαὶ πενταετεῖς Thucyd. I. 112. omnes codices invasit, πενταετηρὶς III. 104. non paucos; hoc vulgatum est ap. Plat. Rep. VII. 532. Lycurg. c. Leocr. pag. 209. Dem. c. Timocr. p. 740. ubi libris aliquot attica forma inhaeret, cujus vestigia etiam in aliis MSS. Diod. V. 52. Aristid. Panath. T. I. p. 159. Δεκαετὴς πόλεμος Thucyd. V. 26. Aeschin. c. Ctes. 537. quibus exemplis praecluditur illud refugium, quo Thomas usus est, quum de multitudine desertorum satagens, δεκαέτης cum certis quibusdam vocabulis conjungi concederet, quod veteres cum nullo, inferiores sine delectu cum omnibus componunt; δεκαέτης παῖς Aelian. H. An. V. 5. χρόνος Max. Tyr. VI. 89. στόλος Himer. II. 414. etc. Verum de hoc satis. Phrynichi regula si ad veterum monimenta adhibeatur, omnibus locis dissident et reluctantur. Aristophanem quidem numerorum ratio sartum tectum servavit, sed oratores ad omnes librariorum injurias expositi fuerunt. A Platone nuper Astius salutari severitate multa ejusmodi vitia resecuit, v. ad Legg. p. 510. Rep. p. 517. *) quae quamvis subinde rebellant, tamen Grammaticorum consensu et tacitis ipsorum scriptorum indiciis ad ultimum perdomantur. Sed ab exitu illius classici aevi exempla corruptae consuetudinis ita accumulantur, ut jam mixtura pejorum praevaluisse videatur. Aristotelis inconstantiam, cujus scripta ultro citroque perfluunt, vulgo sequuntur omnes; δεκαετηρὶς Dio Cass. LVII. 24. 872. δεκετηρὶς rursus LVIII. 24. 896. perpetuo moris antiqui et novi conflictu; πεντετηρικὸς ἀγὼν Strabo V. 246.; πενταετηρικός Plut. V. Arist. XXI. 575. Diod. III. 42. πόλεμος δεκαετής Athen. XIII. 560. B. et paucis versibus post δωδεκαέτης ἦν ὁ πόλεμος, quae accentus mutabilitas, etsi permolesta est, tamen vel propter Grammaticorum discordias, jam in Homerico ἐξέτε' ἀδμήτην haud dubie patefactas, non satis tutam habet corrigendi rationem. Hudsonus certe, quum in Jo-

*) Demadis extat oratiuncula ὑπὲρ τῆς δωδεκαετίας, dubium an ab ipso sic inscripta; ἑπταέτη παῖδα Plato Gorg. 471. C. vid. Heindorf. τριακονταετίδων Xenoph. Hell. II. 3. 9. πεντηκονταέτης Plat. Alcib. I. 127. E. Aeschin. Fals. Leg. p. 335. τρισκαιδεκέτης Lysias c. Theomn. pag. 346. τρισκαιδεκαέτης Plato Legg. VIII. 108.

κα Isocr. ad Callim. 21. 667. τεσσάρων καὶ δέκα Dem. c. Aph. II. 838. τέσσαρσι*) καὶ δέκα Thucyd. II. 21. Xenoph. Hell. I. 1. Sed inseparabiles formae τρις, τεσσαρες et τεσσαρα, non mota, neque declinata, necessario synthesin efficiunt, v. c. *non mobile* τριςκαίδεκα ἔτη Appian. Civ. II. 84. 291. τεσσαρεςκαίδεκα ἔτη s. μέρη Herodo. I. 86. 43. Plut. Apophth. p. 146. de Is. XVIII. 124. ubi Reiskius incassum τεσσαρακαίδεκα optabat, Paus. IX. 3. 11. Strabo IV. 4. VII. 454. Philostr. V. Ap. I. 7. 8. Appian. Syr. 48. 609. Herodian. V. 3. 184. In contrariam partem τεσσαρακαίδεκα ἐλευθέρους Xen. Memm. II. 7. 2. τεσσαρακαίδεκα δήμους Strabo IX. 605. quod utroque loco ab editoribus perperam mutatum est; ἡμέρας τεσσαρακαίδεκα Diog. La. X. 15. 610. *Non declinatum* τρειςκαίδεκα (leg. τρισκ.) ὀργυιῶν Theophr. H. Pl. V. 9. τεσσαρεςκαίδεκα χιλιάρχους Polyb. VI. 19. ubi Edd. nonnullae τέσσαρας καὶ δέκα exhibent, τεσσαρεςκαίδεκα ἐτῶν XV. 18. ἡμερῶν Hipp. de Morb. II. 22. 574. C. τεσσαρεςκαίδεκα ἄνδρασι Athen. XIII. 89. 205. B. ἔτεσι Herodian. VI. 9. 229. Phot. Bibl. LXXVII. 169. neque solum τεσσαρακαιδέκατος, sed etiam τεσσαρεςκαιδέκατος dicitur, Dion. Hal. VII. 12. 1338. Plutarch. V. Cat. III. 46. Herodian. VI. 1. 207. Appian. VII. Ann. 53. 295. Scylax Peripl. p. 56. Theophil. Instt. L. I. Tit. X. Prooem. et τετρακαιδέκατος Tzetz. Chil. VI. 260. quorum omnium a Grammaticis nostris, qui praestantissimi habentur, nihil commemoratum est, ut profecto vereri non debeam, ne nimium tenuiter vestigia inveteratae et paene inemendabilis inconstantiae collegisse videar. Quid vero, si ne probari quidem potest, veteres Atticos hujus inconstantiae culpa teneri? si potius recentioris Graecitatis luxuries, sonticus senescentis linguae morbus, hanc copiam effudit? Mihi quidem haud fortuitum videtur, quod apud Atticos, et maxime apud eum, cujus plurimi codices extant, Thucydidem dico, parathesis, quam Pamphilus etiam Homero reddere in cardinalibus studebat **), omnibus partibus potior est, observante etiam Dukero

*) Τέτρασι Isocr. Bus. 15. 378. recte sustulit Corayus pag. 174. quod apud Phlegontem Mirab. XXVIII. 102. Synes. Ep. LXVII. 211. Stob. Ecl. Ph. I. 44. 266. Theophil. Institt. Prooem. §. 4. p. 8. Tzetz. ad Lyc. 175. inoffensi transgredimur. Apud Hippocr. Epid. VII. 839. Lind. Theophr. Caus. Pl. VI. 2., alternante utraque forma, electio difficilior.

**) V. Schol. Ven. Ἰλ. β. 557. ω. 496. Eustath. p. 1963. 11.

uct. In Plat. Legg. VI. 759. ἔτη δὲ μὴ ἔλαττον ἑξήκοντα γεγονὼς Astius p. 294. aut ἢ inserendum aut ἐτῶν scribendum judicat. Idem in Dion. Cass. LIV. 50. 761. μὴ ἔλαττον πέντε μυριάδας κεκτημένος Reimaro faciendum videbatur. Themist. Or. XXXI. 354. ταύτην ἄρχουσι τὴν ἀρχὴν πλεῖν ἑπτακόσια ἔτη. Plat. Legg. IX. 856. μὴ ἔλαττον δέκα ἔτη γεγονότες, ubi ista particula male inducta est. Paus. X. 37. 295. οἱ ἄνθρωποι πλέον ἡμίσεις ἁλιεῖς εἰσι. Id. VIII. 21. 409. οὐ πλέον ἀπέχων σταδίους ἑπτά. Sed de hoc jam copiosissime egit Priscianus Gramm. XVIII. p. 1199. Illis autem interpositionis exemplis adde τέσσαρα μὲν καὶ δέκα Thucyd. II. 2. τεττάρων δὲ καὶ δέκα Isocr. ad Call. 21. 667. ἓξ μὲν καὶ τετταράκοντα Xenoph. Hell. I. 6. 36. atque poetam ipsum πίσυρές τε καὶ εἴκοσι Od. 16, 248. cujus forte non meminerat Boeckhius, quum Pindaricum τρεῖς τε καὶ δέκα Ol. I. 127. neque poeticum neque omnino graecum esse affirmaret.

Haec admonere non intempestivum duxi, quum editores pristinas lectiones clam ad arbitrium suum refingendo viam ad veritatis inventionem quotidie impeditiorem reddant. Sic in Xen. Anab. I. 5. 5. pro τρεῖς καὶ δέκα Zeunii consilio τρισκαίδεκα, nullo addito indicio mutatae lectionis, editum, aliisque plurimis locis modo τρὶς καὶ δέκα, modo τρεισκαίδεκα, τρεισκαιδεκαπλασίων *) Cleomed. Cycl. Theor. I. pag. 53. invectum est, contra communem regulam, quae loquelaria cum numeris corruptis componi jubet.

*) Isocr. ad Phil. 46. 153. διπλασίω ἂν γενόμενον scribendum est διπλάσιον, quam formam Atticis domesticam fuisse reperio. Sed apud Arrianum Tactt. p. 46. imprudenter Blankardus διπλάσιον pro διπλασίονα correxit, quo recentiores plurimum utuntur. Multa id generis collegit Struvius meus in Fasc. XI. Observv. p. 8.

Πεντάμηνον, πεντάπηχυ: μετάθες τὸ ᾱ εἰς τὸ ε̄, πεντέμηνον λέγων καὶ πεντέπηχυ. a)

Ἐξάπηχυ καὶ ἐξαέτης: καὶ ἐντεῦθεν ἀφαιρήσεις τὸ ᾱ, ἕξπηχυ καὶ ἑξέτης καὶ ἕκπλευρον. τοῦτο γὰρ καὶ ἰατροὶ ἐπανορθοῦνται, ἕκπλεθρον λέγοντες καὶ οὐκ ἐξάπλεθρον. †)

---

a) Haec et sequentia ita repraesentat Ed. Pr. *πεντάμηνον, πεντάπηχυ, ἐξάπηχυ, ἐξαέτης, καὶ* (Phavor. inverso ordine *καὶ ἐξαέτης*) *ἐνταῦθα ἀφαιρήσεις τὸ ᾱ, ἕξπηχυ καὶ ἑξέτης καὶ ἕξπλευρον* (Phavor. *ἕκπλευρον*) *καὶ ἕξπλεθρον λέγων* (Phavor. *λέγε*), *οὐχ ἐξάπλεθρον. Πεντάμηνον, πεντάπηχυ* non bene ita nude. *Pauw.* *Ἕξπηχυς* sic etiam leg. in Etym. (*ἑξπηχυστί* etiam a Philemone propagatum p. 28.), ut eodem modo *ἕξπλευρον* hic leg. videretur; apud Hesych. tamen *ἕκπηχυς* editum, quod accedit propius *πρὸς τὴν εὐφωνίαν.* Hoc autem loco pro *ἕκπλεθρον* et *ἐξάπλεθρον* repono *ἕκπλευρον* et *ἐξάπλευρον*, ut proxime pro sex costis. quid enim medicis cum jugeris? ad agrorum mensores illa releganda; in MS. certe *ἕκπλεθρον* et *ἐξάπλεθρον* legitur. *Nunnes.* Libri variarunt et *ἕκπλεθρον* junctum sibi habuit *γεωμέτρας*, *ἕκπλευρον* vero *ἰατρούς*· ista confusa a scribis: hic, ubi *ἰατροί* adsunt, legendum *καὶ ἑξέτης καὶ ἕξπλευρος· τοῦτο γὰρ κ. ἰατροὶ ἐπανορθ. ἕκπλευρον λ. κ. οὐκ ἐξάπλ.* In aliis, ubi *γεωμέτραι*, scriptum fuit *καὶ ἑξέτης καὶ ἕξπλεθρον· τοῦτο γὰρ καὶ γεωμέτραι ἐπαν. ἕκπλεθρον λέγ. καὶ οὐκ ἐξάπλεθρον.* Medici et Geometrae proxime ad Atticismum sine ᾱ; ipsi Attici ξ̄ pro κ̄ ex idiotismo. Nunnesius de euphonia hic perperam cogitat; cum loco Etymologi junge Stephanum Byz. in v. *Ἐξγύιος. Pauw.* *Ἕκπλεθρον* praefero, Gromaticorum artis vocabulum.

†) Summa horum praeceptorum brevis est: in compositis formam simplicium cardinalium servari debere intemeratam. In hoc antiquitati mos gestus, quae cum in ceteris rebus conjugatarum notionum inefficacior, tum etiam in numerorum ratione solutior fuit. Illud Theocriteum, *Ὀκτωκαιδεκέτης ἢ ἐννεακαίδεχ' ὁ γαμβρός*, quid aliud declarat, quam vincula utriusque notionis, definientis et definitae, ita laxa fuisse, ut eae paene injuges viderentur — *ἐννεακαίδεκα — ετης*, cujus vis ex praegresso ὀκτωκαιδεκέτης occulte serpebat. Quis non intelligit, mutationem vocalis, qua duarum notionum in unum conjunctarum corrivatio significatur, propterea in numeris neglectam esse, quod vetustas ista diremisset, ejusque obsequio non solum in numeris compositis (*πεντεκαίδεκα,*

ὀκτωκαίδεκα), etiam ea aetate, qua ista hyphen scribebantur, notam illam compositionis (ᾰ pro ω et ῐ) omissam, sed eandem etiam ab Atticis quidem in numeri cum nomine copulatione non introductam fuisse? Tantam tamque continuatam parilitatem, tum exemplorum probatissimorum auctoritate tum Grammaticorum judiciis in unum conspiratis stabilitam nefas foret librariorum libidini condonare. Πεντέμηνος, πεντέχους, πεντετάλαντος, et cetera Aristophanes et reliqui nobiliores uno eodemque modo formarunt. Novae comoediae poetas, qui non praesentes, sed per internuncios, atticae consuetudinis ignaros, nobiscum colloquuntur, non mirandum est in eorum similitudinem corruptos esse; v. c. πεντάσκαλμος Ephipp. Athen. VIII. 347. B. πενταστάτηρος Sosicrat. Poll. X. 57. quod cum πεντακέλευθος Paus. VIII. 9. 374. Lexicis addendum.*) Sed de his nihil decernam, quum in Aristotele, et qui cum hoc conjuncti sunt, vulgaris scripturae usus tam late et varie diffusus sit, ut spes reconcinnandi tenoris nulla appareat. Ipsum πεντεσύριγγος, quod Grammatici nominatim Atticis assignant, in Rhet. III. 10. 350. πεντασύριγγος et similiter πενταδάκτυλος, πεντάμηνος scribitur, quod librarii etiam in Xenophontem intulerunt. Pro ἑξάμηνος apud Aristotelem saepius repetito, uno loco H. An. V. 27. 241. ἕκμηνος servatum in Medic. quod multo magis Platoni adserendum est de Legg. XI. 916. B. sive hac forma, quae nuper demum a Bekkero restituta est, sive ea, quam Phrynichus h. l. et Etym. M. Atticis placuisse tradunt; cujus similia ἕξγυιος et ἕξκλινος Eustathius p. 450. affert. Quod his consentaneum erat, ut etiam ἑξκαίδεκα scriberetur, inopinato accidit, ut apud Atticos omnia fere hujus scripturae vestigia aboleverint, apud exteros vero clara sint et frequentia: ἑξκαίδεκα Hipp. de Vict. Ac. IV. 155. D. Paus. V. 16. 70. Moderat. ap. Stob. Ecl. Ph. I. 2. 22. v. Dorvill. ad Char. p. 262. ἑξκαιδέκατος Galen. de Usu Part. I. 25. 512. F. T. IV. de Diffic. Resp. III. 12. 289. D. T. VII. ἑξκαιδεκέτης Zonar. Ann. IV. 185. A. Niceph. Greg. XV. 11. 497. E. ἑξκαιδεκασύλλαβον Hephaest. X. 60. Gaisfordius e cod. revocavit pro ἑκκαιδ., multo tamen exsuperantibus assimilationis exemplis, quorum, ut modo dixi, apud Atticos summa copia est jam prioribus seculis in exemplaria conferta, id quod Tho-

*) Hinc etiam τετρακέλευθος recipiendum erit.

mae edictum p. 284. Ἑκκαίδεκα, οὐχ ἓξ καὶ δέκα, manifestum facit. Ἓξ καὶ δέκα olim in Arist. Plut. 195. lectum esse probat Scholiastae observatio, Grammaticorum dissidia super hac re testantis, quorum in disputationibus illud quoque agitatum est, utrum λὰξ πατητόν an λακπάτητον, v. Brunck. ad Soph. Ant. 1260., διὲκ et παρὲκ ante consonantem an διέξ, παρέξ scribendum sit, v. Schol. Ven. I. 7. Eustath. p. 752. 40. cf. Schaefer. ad Apoll. Schol. p. 252. Quorum ut nihil firmo omnium assensu dijudicatum est, ita non recuso, quominus aliquis ἑκκαίδεκα, perinde ut ἕνδεκα et δώδεκα, crebro et necessario usu veluti attritum*), in hanc compendiariam formam abiisse statuat, quum interim alia nomina, minus in usu frequentia, ponderisque gravioris, confatalem synthesis et assimilationis necessitatem effugerent, velut ἓξ καὶ εἴκοσι Demosth. c. Nicostr. 1248. Plutarch. V. Demetr. XXI. 26. ἓξ καὶ πεντήκοντα Plato Tim. p. 56. B. ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα Xenoph. Hell. I. 1. 5. Si Sophocles in Oedipo ἕκμηνος scripsit, ut Schaefero placet, si Euripides ἕκπλεθρος, sic existimandum est, Tragicos formam proprie atticam, ut nimis vernaculam et popularem, repudiasse. Sed mirari licet, quid Elmsleyium pellexerit (ad Med. p. 256.), ut Aristophanem Pac. 631. non ἐξμέδιμνος, quod vulgo editum, sed ἐκμέδιμνος scripsisse statueret, quod si vel antiquitus texto receptum usuque captum esset, tamen Grammaticorum auctoritate non mediocriter premeretur. Sophoclem ἕξπηχυς, incertum quo in genere fabularum, Menandrum ἕξπους dixisse, a pluribus proditum. Ὀκτάπους in Platonis Menone, ὀκτάμηνος et similia apud Xeno-

*) Eadem vis correptae pronunciationis in ἕνδεκα, δώδεκα, *duumviri*, *triumviri* apparet. Haec latina si respexisset Apollonius, ex corrupto et integro composita, non negasset in ἕνδεκα genitivum, a quo omnia syntheta inducuntur, subjectum latere, de Synt. III. 200. Bekk. Cum assimilatione per necessariam quandam ipsius naturae consequentiam persaepe conjuncta est alterius partis corruptio: ἔμβραχυ, ἐγχρῶ (Etymol. M. 313. 50. quem locum superiori articulo Ἐγχρωκουρίας apponere neglexi), σύγχρωτα, πρότριτα, ἐμποδών, *praemodum*, quiescente rectione; eadem ratione σύμπεντε scribendum, non σὺν πέντε, v. Valcken. ad Herodo. IV. 66. Est etiam ubi conglutinata rursus solvantur, ut διὰ δ' ἀμπερὲς, νεὼς καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν οἶκοι Pausan. I. 1, 4. 29, 117. τὸν Μίνω καλούμενον ταῦρον III. 18. 412. atque Aristophaneum illud, Eunianis simile, ἕν γε ταυθί Thesm. 646. Menandreum ἕνδυο non ἐν δύο, ut Tittmannus opinatur ad Zon. p. 754., sed ἕνδυο scribendum; similiter nostri populares *Eins*, *zwey*, *drey*, cum celeritatis significatione usurpare solent.

Περιεσπάσθην λέγουσι τινὲς ἐπὶ τοῦ ἐν ἀσχολίᾳ τιθέντες a) *πάνυ κιβδήλως· τὸ γὰρ περισπᾶν καὶ περισπᾶσθαι ἐπὶ τοῦ παραιρεῖν καὶ παραιρεῖσθαι τάττουσιν οἱ ἀρχαῖοι. δέον οὖν ἄσχολος ἦν λέγειν.* †)

Πορνοκόπος: οὕτω Μένανδρος· οἱ δ' ἀρχαῖοι πορνότριψ λέγουσιν. ††)

---

a) Rectius Ed. Pr. V. et Phavor. *ἐπὶ τοῦ ἐν ἀσχολίᾳ γενέσθαι τιθέντες.* Thomas p. 707. *ἐπὶ τοῦ ἐν ἀσχολίᾳ γινομένου.*

phontem vulgata minus apud me ponderis habent quam Aristophanis, Cratini Philemonisque exempla, quorum oblitus Brunckius Add. ad Lys. v. 109. *ὀκταδάκτυλον* invitis codd. praeferebat. Reliqua atticae formae dehonestamenta persequi longum foret, nec proposito operi necessarium.

†) Quum casus ita tulisset, ut verbum *περισπᾶν* hac significatione, quam Phrynichus rejicit, a scriptoribus sacris usurparetur, viri docti, qui pro Graecitate N. T. bellum contra Grammaticos suscepere, Polybii, Diodori, Plutarchi, aliorumque testimonia produxerunt, quibus intelligitur, ista aetate *περισπᾶν*, *περισπασμός*, *ἀπερισπάστως* (v. Albert. ad Hes.) in hac significatione satis frequentata fuisse. Hesychius: *Περισιγᾶν*, *ἀφέλκειν τοῦ προκειμένου*, lege *περισπᾶν*. Dicitur etiam *περιέλκειν τινὰ* Epist. Socr. XIV. 21. *περιολκή* Joseph. Antt. XV. 7. *περισπασμὸς καὶ μεθολκή* Plutarch. de Curios. V. 134. In Dionys. Antt. IX. 43. 1859. *περισπᾷ περὶ τὰς ἔξω στρατείας τὸν δῆμον*, nulla erat causa, cur Sylburgius *ἐπί* inallet; *περισπωμένη τὴν γνώμην πρὸς τὴν θέαν* Joseph. Antt. V. 1. 270. *πρὸς τοσαύτας ὑπηρεσίας διασπώμενος* Lucian. Dial. Deor. XXIV. p. 82. T. II.

††) Gloss. *Πορνοκόπος*, *leno cinator*, *fornicarius*. Hesych. *ἑταιροτρόφον* interpretatur. *Numnes.* Hoeschelius *πορνοκόπος* e Prov. XXIII. 21. et Clemente Alex., *πορνότριψ* e Synes. Ep. XXXII. 178. B. profert. Hoc praeterea non occurrit; *πορνοκόπος* e scriptoribus aliquot christia-

Λήθαργος: οὕτω Μένανδρος· οἱ δ' ἀρχαῖοι Ἀθηναῖοι ἐπιλήσμονα καλοῦσιν· οἷς καὶ πειστέον.[a]) †)

Μεσοπορεῖν: καὶ τοῦτο Μένανδρος, οὐδὲν ἐπιβάλλων γνώμης τοῖς ὀνόμασιν, ἀλλὰ πάντα φύρων.[b]) ††)

---

a) *Οἷς καὶ πειστέον* ex Ed. Pr. V. reduxi pro *οἷς πιστέον.*

b) Hic articulus non comparet in Edd. Pr. V. neque a Phavorino receptus est.

nia eruerunt ad Thom. p. 731. quibus Libanium substituo Decl. IV. 615. *φλυαροκοπεῖν* e Strabone I. 3. 166. *σεμνοκομπεῖν* (ut *δοξοκομπεῖν*) ex Athen. pag. 447. Lexicis addenda videtur, quorum alterum in *φλυάρους σκοπεῖν*, alterum in *σεμνοκόπτειν* delituit. *Ὀρθυγίαις καὶ ἄλλαις παιγνίαις ἐνασχολούμενοι* in Alexiade V. 143. B. vel caecus videat ex *ὀρτυγοκοπίαις* contractum esse.

†) Eodem modo Thomas p. 575. *Λήθαργος καὶ ἀμνήμων* Schol. Aristoph. Eqq. 1028. quae eadem in Lex. Rhet. p. 251. leguntur. *λήθαργοι καὶ κατάφοροι* Alex. Trall. III. 6. 189. Id generis alia contulit Sturzius p. 44.

††) *Μεσοπορεῖν* Hoeschelius ex Sirac. 31, 23. Nunnesius ex Hesychio enotavit. Praeter Theophrastum, Diodorum (1) et Appianum a Sturzio laudatos Dioscor. I. 149. 58. a. et Dio Cass. 36. 105. hoc novitio verbo usi sunt. Inter reliqua composita *εὐθυπορεῖν, βραδυπορεῖν, μακροπορεῖν, ὠκυπορεῖν* etc. sunt quaedam satis antiqua, sed totum genus ab oratoribus atticis non admodum probatum videtur. In Arat. Phaenn. 148. *κοσσὶ δ' ὀπισθοτέροισι,* quod ex Hipparcho restituunt, ex *ὀπισθοπόροισι* ortum est.

(1) Theoph. Char. XXV.
Diod. XVIII, 34.

*Γῦρος: καὶ τοῦτο Μένανδρος τὴν καλλίστην τῶν κωμῳδιῶν τῶν ἑαυτοῦ, τὸν Μισογύνην, κατεκηλίδωσεν, εἰπών * * * Τί γὰρ δὴ γῦρος ἐστίν, οὐ συνίημι.* a) †)

---

a) Omittunt hoc caput Ed. Pr. V. Phav. Post *εἰπών* signa posui defectus; nam sequentia *τί γὰρ δὴ* (fort. *τό*) ut Menandri sint, fieri non potest, Pauwinsque versum conficere conatus *τί γὰρ ἡ γῦρός ἐστιν, οὐ συνίημι*, operam perdidit.

†) *Γυρός* ab Homero, *γυρόνωτος* ab Aristophane usurpatum, et *περιγυρίς*, quod Hemsterhusio ex Pythagoricae vel Ionicae sectae reliquiis derivatum videbatur, stirpis antiquitatem commonstrant. *) Attici tamen nihil hinc delibasse videntur; neque adjectivum *γυρός*, quod apud Aelian. H. An. IV. 34. XIV. 8. Lycophr. 1315. Julian. Ep. VI. 2. et in versione Alexandrina legitur; neque substantivum *γῦρος*, quod vitiose *γύρος*, neque satis recte *γυρός* scribitur. Eust. p. 1864. *οἱ παλαιοί φασιν, ὅτι γυροὶ λέγονται καὶ οἷ τὰ φυτὰ ἐμβάλλουσι*, eaque significatione (de orbe ablaqueationis) apud Theophr. Caus. Pl. III. 5. Aelian. H. An. IX. 32. et Geopp. occurrit, v. Kuester. ad Hesych., unde *γυροῦν καὶ περισκάπτειν* Philo de Charit. pag. 713. Nicand. Alex. 5.4. *γύρωσις* Geopp. V. 20. 360. quod cum *γύρωσε* Schol. Venet. *P.* 58. (*γύρωσε ἐπισκάπτουσιν αὐτάς*. Eustathium mendose *γύρους*.) *ὑπόγυρος* Nicet. Ann. IV. 5. 78. C. *ὑπογυροῦν, incurvare*, IV. 3. 71. D. et *γυροειδῶς* Dioscor. II. 204. 129. Lexicis inserenda. *Γῦρος* de circulo Plutarch. Apophth. Regg. pag. 159. T. VIII. Chrysost. ab Hoeschelio citatus *ὁ κατέχων τὸν γῦρον τῆς γῆς*. *γυροῦν* Oppian. Cyn. III. 122. (nisi is veterum epicorum exemplo *αὐχένα κυρτώσασα* scripsit.) Maneth. II. 118. „In Gloss. *Γῦρος ἀμπέλου, strobo*, nisi dicas depravatum pro *scrobs*.“ *Nunnes.*

*) Archilochi versus XIII. 43. fortasse sic scribendus est: *Ἀμφὶ δ' ἄκρα Γυρέων ὀρθὸν ἵσταται νέφος.*

Σύσσημον: οὐχ ὁρῶ μὰ τὸν Ἡρακλέα, τί πάσχουσιν οἱ τὸν Μένανδρον μέγαν ἄγοντες a] *καὶ αἴροντες ὑπὲρ τὸ Ἑλληνικὸν ἅπαν. Διὰ τί δὲ θαυμάσας ἔχω; ὅτι τὰ ἄκρα τῶν Ἑλλήνων ὁρῶ μανικῶς περὶ τὸν κωμῳδοποιὸν τοῦτον σπουδάζοντα. πρώτιστον* b] *μὲν ἐν παιδείᾳ μέγιστον ἀξίωμα ἁπάντων ἔχοντα σὲ καὶ διὰ τοῦτο ἐκ προκρίτων* c] *ἀποφανθέντα ὑπὸ τῶν βασιλέων ἐπιστολέα* d] *αὐτῶν. ἔπειτα, δευτέρᾳ τιμῇ, λειπόμενον πολὺ τῆς σῆς παρασκευῆς, ἐξεταζόμενον* e] *δ' ἐν τοῖς Ἕλλησι, Βάλβον τὸν ἀπὸ Τράλλεων, ὃς εἰς τοῦτο προθυμίας καὶ θαύματος ἥκει Μενάνδρου, ὥστε καὶ Δημοσθένους ἀμείνω ἐγχειρεῖν ἀποφαίνειν, τὸν λέγοντα μεσοπορεῖν καὶ γῦρος καὶ λήθαργος καὶ σύσσημον καὶ πορνοκόπος καὶ ὀψωνιασμός* f] *καὶ ὀψώνιον καὶ δύςριγος* g] *καὶ ἄλλα κίβδηλα ἀναρίθμητα ἀμαθῆ. τὰ αὐτὰ δὲ σοὶ καὶ Βάλβῳ πεπονθότα καὶ Γαγιανὸν τὸν Σμυρναῖον ῥήτορα, ἄνδρα ζηλωτὴν καὶ ἐραστὴν τῆς σῆς ἐν παιδείᾳ φιλοκαλίας. Ἄγε οὖν ὅπως λύσῃς μου τὴν ἐν τῇ τοιᾷδε δυςχερείᾳ τῶν ὤτων ἀπορίαν. οὐ γὰρ περιόψεσθαί σε ἡγοῦμαι ἐρήμως ὄφλοντά σου τὰ παιδικὰ* h] *Μένανδρον.* *) †)

---

*) Non habet hunc articulum Ed. Pr. (nec Phav.) *Διὰ τί δὲ θαυμάσας ἔχω;* Nunnesius vertit *quod cur faciant, miror; quia video* etc. Imperite: nam sic sententia est plane nulla; mutata unica litera scribe *διὰ τί δ. θ. ἔχω; ὅτε — cur vero id miror, ubi video —*

†) Hic locus, verbis lectis et illustribus distinctus, argumento esse potest, Phrynichum, si satis spatii ad arma expedienda habuisset, orationis elegantia et gravitate nulli superiorum cessurum fuisse.

a] *Μέγαν ἄγοντες*] Harpocratio s. *Ἄγει: Ἀντιφῶν — φησί, τοὺς νόμους μεγάλους ἄγοι, ἀντὶ τοῦ ἡγοῖτο· τούτου*

Se corrigit ipse et rationem reddit existimationis, qua apud plerosque valebat Menander. *Paum.* Non temere sic opinatur. Sed quod Hemsterhusius Observ. Miscell. V. 1. 30. σπουδάζοιτας proponit, speciosam magis quam necessariam correctionem adhibet.

πολλὴ χρῆσις. quo referam illud Lex. Bekk. p. 335. Ἄγειν ἀντὶ τοῦ τιμᾶν. Ἔντιμον ἄγειν Apsines Τέχν. 716. τίμιον Thucyd. VIII. 81. Sopat. Διαιρ. p. 317. ἄτιμον Diod. I. 67. ἐντίμως ἄγειν τι Plato Rep. VII. 155. et ἐντίμως ἔχειν VIII. 192. T. VII. *) ἔντιμον ἡγεῖσθαι Phaedon. 64. D. quae trium verborum congruentia nonnunquam difficilem reddit optionem. Μειζόνως τὸ συμβεβηκὸς εἶχον ἀχθόμενοι Joseph. Antt. V. 1. 268. ἣν εἶχε τῶν παλλακίδων τιμιωτάτην Herodian. I. 16. 44. cui plura similia apposuit Irmiscus. In Joseph. Antt. XIX. 6. 945. ἐρασμιώτερον ἄγειν τινά, i. e. *venerari*, melius quadrat σεβασμιώτερον. Plutarch. Amat. XIX. 46. Ἀφροδίτην ἔχουσι μάλιστα σεβάσμιον. ubi paene malim ἄγουσι. Liban. Antioch. p. 293. T. I. ὃν μέγιστον ᾄδουσι θεὸν praestat ἄγουσι, ut paulo post p. 314. τῶν ἑαυτοῦ τιμιώτατον ἦγε. Item Plutarch. An Vit. Infel. Sust. III. 89. τὴν δὲ νικήσασαν μακαρίαν ᾄδουσι lege ἄγουσι. Etiam apud Suidan s. Ἀσκληπιόδοτος pro τὴν ἱστορίαν ἐπὶ μείζονος ἠγάπα τιμῆς scribendum videtur ἦγαγε. ἄγειν ἐν τιμῇ Plato Rep. VII. 176. διὰ τιμῆς Appian. Bell. Civ. II. 20. 199. cf. Perizon. ad Aelian. VI. 6. Quod Eustathius Athenaei locum IX. 393. F. proferens pro τοὺς θεοὺς ταπεινῶς ἦγε adjectivum ταπεινοὺς substituit, neque valde probo, neque improbo; est enim hoc usitatissimum: θαυμαστὸν ἄγειν τινά Aelian. H. An. X. 21. σεμνόν Dio Chr. XXXI. 586. Dion. Hal. VIII. 69. 1675. σεμνότερον αὐτοὺς ἄγουσι Lucian. Merc. Cond. IV. 218.

b] Πρώτιστον] Id mihi dubium est an a Phrynicho profectum dicam. Phavorinus: Πρώτιστος οὐ λέγεται· οὐδὲ γὰρ ὑπερθετικὸν ὑπερθετικῷ συνάπτεται· ἐκράτησε δὲ τοῦτο παρὰ τοῖς Ἴωσι. Invaluit etiam apud atticos scenae poetas: Eur. El. 664. Arist. Lys. 555. Eccl. 749. etc. Antiphan. Athen. III. 7. 295. Eubul. IV. 16.. T. II. Alexis II. 5. 159. et in dialecto vulgari: Archyt. ap. Nicom. I. 6. Philo de Vict. p. 858. C. Strabo I. 18. Aelian. H. An. VI. 15. Appian. Civ. II. 53. 248. Euseb. Vit. Const. I. 15. 508. perrarum in scriptis oratorum veterum: Demosth. c. Ma-

*) Contra ἐντίμως ἔχειν est in honore esse Xenoph. Anab. II. 1. 7.

[illegible] 12. Lys. *Πρ. τ. συν.* p. 316. ex conjectura Reisk[illegible].

[illegible] *ἐκ προκρίτων*] Demosth. c. Neaer. 1370. 19. *τὸν βασιλέα ὁ δῆμος ᾑρεῖτο ἐκ προκρίτων κατ' ἀνδραγαθίαν.* Plato Rep. VII. 174. *τούτους ἐκ τῶν προκρίτων προκρινάμενος.* Polit. p. 92. *ἐκ προκρίσεως.* Aristot. Polit. IV. 10. 174. *αἱρετοὶ ἢ ἁπλῶς ἢ ἐκ προκρίτων.*

d] *Ἀποφανθέντα — ἐπιστολέα*] De hoc officio v. s. *Τὰ πρόσωπα* et DuCang. Gloss. et App. Thomas p. 883. *Φανθεὶς καὶ ἀποφανθεὶς Ἀττικοὶ λέγουσιν, οὐ φανεὶς, οὐδὲ ἀποφανεὶς.* Verum est, creandi significationem aoristo primo passivi proprie dicatam esse.

e] *Λειπόμενον πολύ* —] v. Schaefer. Praef. ad Wyttenb. Ep. Cr. p. IV. Suidas: *Ἑκαταῖος ἐπεκλήθη κριτικὸς καὶ γραμματικός, οἷα γραμματικὴν ἔχων παρασκευήν.* *Ἐξεταζόμενον*] Atticus hujus verbi usus omnibus notus est. Tantum addo, Suidae Glossam: *Ἐξεταζόμενοι πρὸς τοῖς βασιλείοις*, ex Isocratis Panath. p. 100. depromptam esse.

f] *Ὀψωνιασμὸς καὶ ὀψώνιον καὶ δύσριγος*] Haec in integro opere etiam praecessisse videntur, ut alia hic adducta. *Pauw.* *Ὀψωνιασμὸς* jam diu damnatum, v. Sturz. 187. *ὀψώνιον* dubiae auctoritatis (v. Duker. Praef. Thucyd. p. XXVI.), certe apud antiquos non ejusdem significationis est. v. Phot. p. 268.

g] *Δύσριγος*] Pollux IV. 186. *τοὺς ἀεὶ ῥιγοῦντας οἱ παλαιοὶ ῥιγοσιβίους* (ex cod. *ῥιγωσιβίους* legendum) *ἔλεγον· οὓς οἱ νῦν δυσρίγους. Ἀριστοφάνης δὲ δύσριγος εἴρηκε.* *Nunnes.* Id si ita se habet, neque Aristophanes *δυσχείμερος* scripsit, quod hoc sensu usurpat Aristot. H. An. VIII. 12. 367., Menander extra culpam ponendus est. Aristotelis, Theophrasti et Aeliani locos jam pridem indicaverat Stephanus; adde Herodo. V. 10. Plut. Symp. III. 3. 1. Geopp. XVIII. 9. 1185. Schol. Arist. Plut. 313. Arat. Dios. 313.

h] *Τὰ παιδικά*] Photius: *Οὐ μόνον οἱ ἐρώμενοι καλοῦνται τῷ ὀνόματι, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ σπουδαζόμενοι.* Themist. Or. XX. 234. D. *τὰ σὰ παιδικὰ τὸν θεῖον Ἀριστοτέλη.* v. Zachar. de Opif. Mund. p. 164. Liban. Ep. 258. 128. cf. Heindorf. ad Phaed. p. 52. ad Parm. p. 191. Quod autem Nunnesius *περιόψεσθαι* verterat *despicatui ductu-rum*, id neque graeco verbo aptum, neque latinum esse notat Scaliger.

Οἰκοδομή οὐ λέγεται. ἀντ' αὐτοῦ δὲ οἰκοδόμημα. †)

Κατ' ὄναρ: Πολέμων ὁ ἰωνικὸς σοφιστὴς Δημοσθένους τοῦ ῥήτορος εἰκόνα χαλκῆν ἐν Ἀσκληπιοῦ τοῦ ἐν Περγάμῳ τῇ Μυσίᾳ[a]) [a] ἀναθεὶς, ἐπέγραψεν ἐπίγραμμα τοιόνδε· Δημοσθένη Παιανιέα Πολέμων κατ' ὄναρ, ἀδοκιμωτάτῳ [b] τῷ κατ' ὄναρ χρησάμενος. ὥσπερ γὰρ καθ' ὕπαρ οὐ λέγεται, ἀλλ' ὕπαρ, οὕτως οὐδὲ κατ' ὄναρ, ἀλλ' ἤτοι ὄναρ ἰδὼν [c], ἢ ἐξ ὀνείρου ὄψεως [d]. οὕτως ἄρα μέγιστόν [e] ἐστιν ὀνομάτων γνῶσις· ὅπου γε δὴ καὶ τὰ ἄκρα τῶν Ἑλλήνων πταίοντα ὁρᾶται [f].

---

a) *Τῇ Μυσίᾳ* Nunneaii liber, *τῷ Μυσίῳ* Edd. Pr. Vasc. et Phavor. exhibent. Pauwius, „aut *τῷ Μυσίῳ*, inquit, legendum aut *τῇ Μυσίᾳ*; notus est casus tertius pro secundo."

Vocabulum ipsum, a quo Phrynichus exordium gravissimae neque injustae accusationis sumsit, Atticis prorsus alienum fuit. Alexandrinorum scriptorum, Diodori, Strabonis, Aeneae etc. exempla citarunt Wetstenius ad Marc. XIV. 44. et Kypkius I. 194.

†) Atqui vetustissimum proverbium Laconum imprecantium: *Οἰκοδομά σε λάβοι* etc. *Scaliger*. Sed, ut nihil aliud dicam, de lingua laconica hic non agitur, sed de lingua Attica. *Pauw*. *Οἰκοδομή* Rom. 14. I. Cor. XIV. 2. II. Cor. V. 12. Chrystost. *Hoeschel*. Nobis materies adnotandi diuturno cultu ita exuberavit, ut alium locum, in quem transponeretur, circumspicere necesse habuerim.

a] *Τῇ Μυσίᾳ* recte. Nam Plin. et Pergamum Cretae oppidum adgnoscit et Pergamum Mysiae clarissimum, Ptolemaeus aliud Pergamum novit in Thracia, praeter Pergamum Mysiae in Asia proprie dicta, quod principatum tenuisse sua aetate scribit Strabo. De hoc igitur Pergamo, quod clarissimum totius Asiae facit Plin., locum hunc accipio. *Τῷ Μυσίῳ* Phavorinus videtur legisse,

genere neutro, quo Philostratus utitur in Vita ejusdem. *Nunnes.* Τὸ Πέργαμον Vitt. Soph. I. 4. 535. τὴν Μύσιον Πέργαμον Eunap. V. Jambl. p. 54. Poterat etiam τῆς Μυσίας scribi, ut Xenoph. VII. 8. 8. Πέργαμον τῆς Μυσίας et Πέργαμον τῆς Ἀσίας Herodian. IV. 8. pro quo ἡ περὶ τὸ Πέργαμον Ἀσία Appian. Maced. IX. 9. 519. Mithr. XI. 654. Πέργαμος ἡ ὑπὲρ Καΰκου Paus. X. 25. VII. 16. v. Abresch. Dilucc. Thuc. I. p. 111. Olear. ad Philostr. V. Ap. p. 140. Schweighaeuser. ad Polyb. XXI. 8. qui duo masculini generis profert, parum exploratae auctoritatis exempla.

b] Ἀδοκιμωτάτῳ Abreschius, non perspecto Phrynichi usu, in ἀδοκιμωτάτως mutandum censuit.

c] Hic locus dissensionibus Criticorum obscuratus magis quam illustratus est. Pauwius: „Καθ' ὕπαρ οὐ λέγεται] Haec ineptissima sunt; nam καθ' ὕπαρ idem quod ὕπαρ et utrumque ab optimis usurpatum, illud plene, hoc elliptice dicitur, neque id improbare potuit Phrynichus. Scribendum: ὥςπερ γὰρ καθ' ὕπαρ οὐ λέγεται ἢ ὕπαρ *), οὕτως οὐδὲ κατ' ὄναρ, ἀλλ' — etc. Quae non dicuntur γενικῶς sed εἰδικῶς et cum respectu ad ipsam inscriptionem illam Polemonis, qui κατ' ὄναρ *posuisse* scribens, inepte scripsit, *se in somniis posuisse*, et proindè non κατ' ὄναρ scribere debuisset, sed vel ὄναρ ἰδών vel ἐξ ὀνείρου ὄψεως. Sicuti autem κατ' ὄναρ peccat, ita et καθ' ὕπαρ peccasset, neque vel καθ' ὕπαρ vel ὕπαρ eo etiam sensu adhibere potuisset Polemo. Adjiciam uno verbo: si ἀλλ' ὕπαρ exularet, oratio esset rotunda magis. An ἄλλως ὕπαρ forte adscriptum a manu posteriori ad καθ' ὕπαρ et inde error? Si ὕπαρ ἰδεῖν mihi succurreret, ut ὄναρ ἰδεῖν, non inepte etiam suspicarer, legi posse ἀλλ' ὕπαρ ἰδών. Nunc primum sequor." Hactenus Pauwius. Polemoni succurrit Abreschius, Phrynichum ejusque asseclas erroris arguens, quos dupliciter peccasse culpat, primum, quod causam non explanaverint, cur καθ' ὕπνον dicere jus et fas sit, κατ' ὄναρ non sit, deinde, quod re non intellecta judicaverint. „Ego, inquit, perinde esse judico, sive dicas κατ' ὄναρ „sive ὄναρ, quoties praepositione non addita sensus emer„get non ambiguus, ut in Matth. I. 29. et Aelian. V. H. „I. 15. ubi tamen codicibus omittentibus ideo subscribo,

*) Tunc οὐδὲ ὕπαρ scriptum oportuit.

„quia videtur usus obtinuisse, ut κατ' ὄναρ posuerint, „quando quippiam factum indicare voluerunt *somnii mo-„nitu* vel *ex somnii praeceptione* aut *convenienter somnio,* „id quod ὄναρ praepositione intellecta significare nequit, „ut in Aristid. T. I. 488. ἱμετὸς κατ' ὄναρ. •Recte igitur „Polemo locutus, qui si ὄναρ dixisset, aut κατ' ὄναρ ita, „ut putant, accipi deberet, extrinsecus adsumendum „foret participium aliquod." Lectionn. Aristaen. L. II. p. 298. cui temere assentatur Oudendorpius pag. 650. Hi omnes Phrynicho injuriam inferunt, qui lectorum perspicacia fretus breviter comprehendit, quod si pluribus verbis explicare voluisset, hoc pacto expediendum erat: *Κατ' ὄναρ* in omnes partes vitiosum est, ac neque ipsum apud veteres reperitur, neque καθ' ὕπαρ. Et, quod vulgo jactatur κατ' ὄναρ εἶδε τὸ καὶ τό, κατ' ὄναρ ἐπέστη αὐτῷ ὁ θεός, sine praepositione dicendum est. Neque tamen hoc omnibus locis aptum erit. Polemo, si ὄναρ scripsisset, ridicule fecisset. Si quis igitur significat, sibi aliquid somnio praeceptum esse, se aliquid somnii monitu fecisse, huic nihil relinquitur, nisi ut id se fecisse dicat ὄναρ ἰδὼν aut ἐξ ὀνείρου ὄψεως. Haec Phrynichum, si in rem praesentem venisset, responsurum fuisse arbitror. Verum non ita male de se existimabat, ut aut futurum crederet, qui ipsum in Polemonis monimento κατ' ὄναρ scribi maluisse censeret, aut ut decreto suo scriptorum tenuissimorum testimonia objectum iri speraret. Nam quod Pauwius et Oudendorpius affirmant, κατ' ὄναρ et καθ' ὕπαρ optimos scriptores dixisse, merum mendacium est. Strabo IV. 1. 4. (179.) Ἀριστάρχη παραστῆναι κατ' ὄναρ τὴν θεόν. Plutarch. Parall. II. 412. κατ' ὄναρ ἑωρακὼς ἀποβεβληκότα τὰς χεῖρας. Eunap. V. Max. p. 79. θεοῦ κατ' ὄναρ εἰπόντος. Diog. La. X. 32. 616. τὰ κατ' ὄναρ φαντάσματα (rectius Synes. de Insomn. p. 139. D. αἱ ὄναρ φαντασίαι et p. 132. D. τὰ ὄναρ θεάματα.) v. Alciphr. III. 59. Heliod. II. 16. Artemid. I. 2. 9. Zosim. III. 9. Conon. XXXV. 32. *Καθ' ὕπαρ* Apollod. III. 12. 5. Gregor. Naz. V. 148. B.*) Sed Anacreon ap. Hephaest. p. 69. Plato Rep. II. 258. T. II. Tim. 391. Phaedr. 277. D. Demosth. Fals. Leg. p. 429. aliique veterum his nominibus ὕπαρ et ὄναρ praepositionem nunquam adjungunt. Thomas: οὐ χρὴ

*) In Niceph. Schol. in Synes. p. 442. A. ἐάν τις ἐν ὀνείροις ἴδῃ, ὅτι ἐσθίει μέλι, ὑπερεντυγχάνει λύπῃ pro ὕπαρ ἐντ. editum.

κατ' ὄναρ λέγειν, ὥςπερ οὐδὲ καθ' ὕπαρ, ἀλλὰ ὄναρ καὶ ὕπαρ, οἷον, ὄναρ εἶδον τὸν δεῖνα, ἢ ἐξ ὄψεως ὀνείρου, τόδε λέγει τις. cui haec adnotat Pauwius: „Sic alios, ipse deceptus, miserè decipiens: τόδε λέγει τις, non dubito, quin sit Phrynichus, quem nominare non fuit ausus, quia adeo paradoxum erat, quod scribebat." Idem Abreschius censet Phrynichum intendi. Sublata hypodiastole verba ita continuanda sunt: ἐξ ὄψ. ὀν. τόδε λ. τις. τόδε significat τόδε τι s. τὸ καὶ τό. Quod autem Hemsterhusius scribit, hinc emendandum esse Phrynichum, apud quem male ἀλλ' ἤτοι κατ' ὄναρ legi, illud κατ', quod omittendum monet, in nulla Ed. expressum vidi. Abreschii correctionem οὕτως οὐδὲ κατ' ὄναρ, ἀλλ' ἤτοι ὄναρ ἢ ὄναρ ἰδών, prorsus intolerabilem esse, ex supra dictis apparet.

d] Κατὰ ὄψιν ὀνείρατος Paus. III. 14. ἐξ ὀνειράτων VI. 20. Frequens hoc in inscriptionibus: Κατ' ἐνύπνιον θῆκε Ammian. Ep. I. ἐξ ὀνείρατος ἀνέθηκε Aristid. Or. Sacr. IV. 532. *ex viso, ex visu monitus*, ἐξ ἐπιτάγματος. „Rhe„tores et Sophistae, vanissimum genus, adparitiones ta„les solebant fingere et earum occasione declamare in „laudem dei hujus vel illius et hoc vel illud dedicare non „sine jactatione." Dorvill. ad Char. p. 199.

e] Οὕτως — μέγιστον Nunnesius non male *adeo magna res est.* Οὕτω cum comparativo Lucian. Tim. c. 8. οὕτως εὐρύτερον. Phalar. Ep. 128. οὕτω νεώτερον, v. Abresch. Lectt. Arist. II. 283. cum superlativo: Appian. Bell. Pun. VIII. 1. 505. περὶ οὕτω βραχυτάτου, Aesop. Fab. LVII. 510. οὕτω κακίστως. Similiter τοιοῦτος et τοσοῦτος cum eodem casu jungi Graecis privum est: τοῖος μέγιστος δοῦπος Hesiod. Theog. 702. τοσοῦτον πλουσιώτατος ἦν Steph. Byz. s. Πυθόπολις p. 567. τοσούτου ἀναριθμήτου στρατεύματος Anna Comn. XIII. 381. B. et ex altero genere ἀποδείκνυται οἷον μεγίστου κινδύνου ἀπαλλάττεται Schol. Plat. quod Reiskius ad Lys. Epitaph. p. 98. protulit, longe aberrante Tayloro.

f] Σέβωνα τὸν τῶν Ἑλλήνων ἄκρον Liban. Ep. CXCII. p. 91. CCCXIX. p. 154. Πταίοντα ὁρᾶται] „Quin scripse„rit πταίων ὁρᾶται, vix aut omnino non dubito: Pol. mo„nem intelligit." Hemsterh. Observ. Misc. V. 1. 30. Abreschius l. c.: „pro πταίοντα non πταίων, cujus syntaxeos „nullum adhuc exemplum se mihi obtulit, corrigere au-

Μετριάζειν: τοῦτο οἱ μὲν ἀρχαῖοι ἐπὶ τοῦ τὰ συμβαίνοντα μετρίως φέρειν τιθέασι. Μένανδρος δ᾽ ἐπὶ τοῦ ἀσθενεῖν, παρὰ τὴν τῶν δοκίμων χρῆσιν. †)

Καθώς: Γάϊός τις Ἀρεθούσιος γραμματικὸς ἔφασκε δόκιμον εἶναι τοὔνομα· κεχρῆσθαι γὰρ αὐτῷ Φύλαρχον. ὢ τοῦ μάρτυρος, ὡς ἔοικε τοῦ ἐπαγομένου· ὃς οὐδὲ Θουκυδίδου ἤκουσε λέγοντος, καθὸ δεῖ εἰς Σικελίαν πλεῖν, ἀλλ᾽ οὐ καθώς. καὶ τὸ καθά δόκιμον. [a]) ††).

---

a) Ed. Pr. V. alio ordine *Καθώς· δόκιμον εἶναι τοὔνομα Γάϊος*

„sim, sed *πταίοντες*." Neutrum necessarium est. *Τὰ παιδικὰ ἐρασθέντα — ἀπέκτεινε τὸν* — Plato Alcib. II. 141. D. *Προςεπετίθετο τὰ τῶν συκοφαντῶν ἐργαστήρια ἐπιβουλεύοντα* Zosim. II. 55. *τὰ πολιτικὰ μένοντα ἀποθνήσκει* Aristot. Mor. III. 11. 48. D. T. III. In his postremis locis licebat etiam plurali verbo uti, ut Thucyd. IV. 88. *τὰ τέλη ὀμόσαντα ἐξέπεμψαν.* Plato Lach. 180. E. *τὰ μειράκια διαλεγόμενα ἐπιμέμνηνται — καὶ — ἐπαινοῦσιν.* Isocr. Panath. 90. 481. *τὰ μειράκια — παραγεγενημένα — κατεφρόνησαν.* In illo poterat etiam *ἐρασθὲν* scribi et *ἐρασθείς*; *ἐρασθέντες* non magis, puto, quam in Phrynichi loco *πταίοντες*, si Polemo significatur.

†) Hesychius *τὸ μετριάζειν* interpretatur *μετριοφρονεῖν*, ut Moschop. in Sched. *μέτρια φρονεῖν*, Suidas vero *ταπεινοφρονεῖν*. Glossae *mediocrem esse. Nunnes.* Hanc significationem, quam Sturzius p. 184. ab Alexandrinis arcessivit, et ipse arbitror antiquioribus ignotam, sed ab usitata per ambages quasdam derivatam esse. *Μετριάζειν* enim et morbi dicuntur, quum paullisper remittunt, (*ἐμετρίασε τὰ νοσήματα* Galen. Comm. in Epid. III. 289. E.) et ipsi aegrotantes, quum ad sanitatem inclinant, *ὁ μετριάσαι δοκῶν πάλιν ἐξάπτεται εἰς ὀδύνην* Aelian. H. An. IX. 15. unde factum est, ut et ii *μετριάζειν* dicerentur, qui non satis firma utuntur valetudine.

††) *Καθό* et *καθά* videntur per hypodiastolen esse dis-

τις 'Αϱ. γϱ. ἔφ. deinde φεῦ τοῦ μάϱτυϱος ὃς ἔοικε τῷ ἐπαγομένῳ, cui lectioni nihil ad integritatem deerit, si ὡς resumseris. *) Scaliger, vulgata sensu cassa dicens, „lege ergo, inquit, ὦ μάϱτυϱος ὡς οἰκέτου (οἴκοθεν scripsisse videtur) ἐπαγομένου. Notum proverbium: οἴκοθεν μάϱτυς.“ Pauwius idem quod nos probans, veteres libros *discrepasse* hariolatur, alios ὦ et ὡς, alios φεῦ et ὅς exhibentes. Postrema καὶ — δόκιμον in Edd. Pr. V. desunt. Phavorinus caput hujus articuli καθώς — ἔφασκε repetens, haec cum eo, qui in Ed. Nunn. proxime antecedit, in unum coartavit.

jungenda, ut disputat Apollon. de Synt. L. IV. *Nunnes.* Καθώς pravum est, quia ὡς non est adverbium cui articulus apponi potest. Diximus autem antea, perperam praepositiones jungi cum ejusmodi adverbiis. *Pauw.* Si de hac causa ante aliquot secula judicium habitum esset, Phrynichus nullum facile tulisset punctum. Nam et apud eos scriptores, qui tum in pretio erant, hoc adverbium crebrum et continuum est: Phalaris Ep. XLIII. Aristot. H. An. V. 9. 93. de Gener. An. IV. 1. 668. B. T. II. Archimed. Arenar. p. 121. Philo Quis rer. div. haer. pag. 490. D. de Somn. p. 570. E. in foedere Philippi et Hannibalis Polyb. VII. 9. Plutarch. An seni ger. resp. I. 100. T. 12. Galen. de Element. I. 8. 16. F. T. III. Heliod. III. 16. 129. Himer. Or. I. 562. Sext. Emp. Hyp. I. 15. 41. quibus Menandrum multosque alios ignobiliores per saturam addidit Sturzius p. 75. Et vero etiam Atticos ipsos contigerat, Aristophanem et Aeschinem c. Timarch. 132. quorum illum Dawesius, hunc Reiskius, suis uterque rationibus ducti, ideoque ad fidem propiores, non invitos in ordinem restituit. De Herodoto IX. 83. non aeque liquet; nam Schaeferi correctio, a Sturzio probata, a Schweighaeusero praeterita, propter exiguam vocabuli auctoritatem plausibilis, cetera Athenaei et codd. testimoniis contraria est. In Synesii Or. de Regn. p. 9. B. σοὶ δ' ἂν πϱοσήκοι μὴ λιπεῖν τάξιν, καθὼς ἐτάχθης, praestat καθ' ἧς. In Gregor. Naz. Or. II. 14. A. οὐ γὰϱ ἔδοξα — ἐν ἐμαυτῷ τότε μένειν οὐδ' εἶναι ὥσπεϱ ἐγινωσκόμην· probabile est, quod plures codd. exhibent, ὅσπεϱ. Crebro haec tum aliis confunduntur, tum in ea locutione, cujus vis non forma hoc loco apparet: ὁ αὐτὸς ὅνπεϱ. Priscian. XVIII. p. 1195. „Demosthenes ἐν τῷ

*) Ἐπάγονται Ὅμηϱον μάϱτυϱα Paus. VI. 25. 225. μαϱτύϱιον ἐπάγεσθαι Galen. Comm. I. in Hipp. de Fract. p. 160. B. T. XII. v. Heindorf. ad Plat. Hipp. 144.

Κάνναβον: διὰ τοῦ η κανnάβην λέγε. τὸ γὰρ διὰ τοῦ ο ἀμαθές. Καὶ γὰρ Ἀριστοφάνης ἐν Δαιδάλῳ χρῆται διὰ τοῦ η. [a]) †)

---

a) Locus hic omissus in Edd. Pr. V. Phavor. Pro ἐν Δαιδάλῳ Jungermannus ad Poll. X. 106. et Brunckius ad Aristoph. Fragm. p. 265. corrigunt ἐν Δαιταλεῦσιν, nulla re commoti alia, nisi quod Athenaeus ex hac fabula κακκάβην profert. Nunnesius vero, qui hoc idem indagaverat, uter vitium contraxerit, in incerto relinquit; et potuisse etiam in utraque fabula ejus nominis mentionem fieri.

τρόπῳ Φιλιππικῷ, μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ οἱ δικαζόμενοι, ἀντὶ τοῦ ὅνπερ." Ita Aeschines s. Timarch. 151. τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ — Isocr. ad Nicocl. p. 28. ταὐτὸ πεπόνθασιν ἤπερ — Platonis exempla apposuit Heindorfius ad Phaedon. pag. 129. quibus omnibus Homerica ἤματι τῷ ὅτε, κρέα (τοσαῦτα) ὡς — et similia praestructa sunt. v. Hermann. ad Hymn. p. 126. Schaefer. ad Soph. Ant. 1124. Sed quia semel in haec se demisit disputatio, ne illud quidem, quod admoneatur, indignum est, ὥστε pro simplici ὡς, ἅτε, (quod Atticis permissum fuisse negant) positum esse ab Aristoph. Eccles. 783. Thucyd. VII. 24. Isocr. Paneg. p. 73. Cor. Charit. II. 2. 2. Dione Cass. XLIX. 56. 596. Lynceo Athen. III. 8. 297. Maxim. Tyr. XXIII. 445. Theolog. Arithm. p. 19. cf. Reitz. Gloss. Theophil. s. h. v. Deinde non solum ὡς οἷον, quod in Plut. S. Num. Vind. XXII. 266. impugnatum est, v. Schaefer. ad Bast. Ep. Crit. p. 277. sed etiam ὡς οἷα Constant. Adm. LIII. 148. E. οἷον ὥσπερ Phrynich. App. p. 46. οἷον ὡς Schol. in Dionys. Gramm. p. 657. ὡς ἅτε Anna Comn. VII. 209. A. reperiri.

†) Eust. docet idem auctore Aelio Dionysio; Etymol. etiam ἡ κάνναβος recipit, sed ὁ κάνν. nullo modo. *Nunnes.* Grammatici communi sententia statuunt, femininae positione utendum esse, Orus Milesius ap. Zonaram p. 1154. Moeris p. 206. Hesychius et Photius; scriptores ipsi in duas partes discedunt; plures, quorum et Aristophanes est ap. Poll. l. c., κανnάβη defendunt, Antiphanes Athen. IV. 68. 157. XIV. 17. 256. Dorion VIII. 15. 241. Alciphr. III. 5. 288. Galen. de Comp. Med. p. Gen. II. 7. 686. E. Sed idem Antiphanes eodem paene

Κυνηγός: τοῦτο τοὔνομα οὕτω πως μεταχειρίζονται· οἱ μὲν τραγικοὶ ποιηταὶ τρισυλλάβως λέγουσι καὶ δωρίζουσι, τὸ η εἰς ᾱ μετατιθέντες κυναγός. οἱ δ' Ἀθηναῖοι τετρασυλλάβως τε προφέρουσι καὶ τὸ η φυλάττουσιν, οἷον κυνηγέτης. a) †)

---

a) Ed. Pr. V. Phavor. *κυνηγέτης λέγε τετρασυλλάβως.* Neque locupletior Thomas: *Κυνηγέτης, οὐ κυνηγός.*

loco IV. 68. 158. et in Parall. L. II. 278. ad *κάκκαβος* (ut *καλύβη κάλυβος*) transiluit, et hoc paullo antiquior Nicochares a Polluce citatus *), nulla generis nota addita, quae etiam deest apud Galenum modo *κάκαβος* scribentem de Theriac. L. 15. 949. D. T. XIII. V. 7. 787. F. modo *κακάβη* Theriac. ad Pamph. pag. 964. F. uno utrumque kappa; similiter *κάκαβος* Geopp. VIII. 25. 543. *ἡ κάκαβος* Alexand. Trall. III. 7. 202. et Latine cacabus (v. ad Petron. pag. 271.) et cacabulum (*κακάβιον*) scribuntur. Quod vero apud Paulum Aeginetam VII. 17. pro *κακάβη* legitur *κακάμβη*, eadem nititur ratione, qua *κύβη* et *κύμβη*, *ἀρύβας* et *ἀρύμβας*, v. Reines. Inscript. p. 288. et Sylburg. ad Paus. I. 11. *Θίβρων* et *Θίμβρων* Isocr. Paneg. 97. *Ὁ κρεωκάκκαβος* Athen. IX. 384. D. tum genere notabile, tum quia Lexx. deest; unde rursus *κακκάβα* exonerandum est, quod vulgari dialecto, dorice temperatae, concederem, si quod aliud expromtum esset exemplum, certius illis, quae Lexica pervagantur, *ἀλάβα*, *λάμβα*, *σκαλαθάρβα*.

†) Jam diu est, ex quo Valckenarius Tragicorum dorismos breviter notavit, a Porsono ad Or. p. 26. nuper recollectos: „*Ἀθάνα*, *δαρόν* (quo Apollonius de Conjunct. „p. 495. ad demonstrandam Atthidis et Doridis affinita„tem utitur), *ἕκατι*, *κυναγός*, *ποδαγός*, *λοχαγός*, *ξεναγός*. „Recte reliqui *κυνηγέτης* Hec. 1164. Attici enim quan„quam dicunt *Ἀθάνα*, non dicunt *Ἀθαναία*, sed *Ἀθηναία*,

*) Hunc Pollucis locum, ut suspicor, suppresso ejus nomine paullo aliter legit Eustath. 872. ut, quod affirmate pervulgatum in Polluce, cum negatione referatur ab Eust. *Nunn.* Scripturae vitia, quae hic corrigit, e Poll. jam diu sublata sunt.

„Sed si quis κυναγέτης malit, non valde repugnem.“ Κυναγός, in oratione soluta rarum et insolens, Pollucis codd. V. 43. offerunt et κυναγίς Edd. vett. Athen. VII. 12. 21.*) Neque ὁδαγός occurrit, de quo Photius: Ὁδαγός διὰ τοῦ ᾱ, οὐχὶ διὰ τοῦ η. Sed ὁδηγός Polyb. V. 5. ὁδηγεῖν Diod. XI. 8. καθοδηγός Apollod. III. 4. 1. καθοδηγεῖν Andocid. de Myst. p. 21. ποδηγεῖν Plato Legg. X. 95. Polit. 29. προποδηγός Plutarch. de Gen. Socr. X. 313. omnibusque aliis locis. Ποδαγός autem Sophocleum non dorica, ut vulgo creditur, conversione effectum, sed ex communi usu repetitum est. Nam a perfecto secundo quae descendunt nomina, eodem spatio esse quo tempus ipsum, (εὐθηλής, εὐώδης) inter omnes conveniebat; quibus autem literis longitudo ista notaretur, id vero ambiguum erat. Itaque ab ἄγω (ἄγνυμι) non solum ναυαγός duxerunt, sed etiam nonnunquam ναυηγός, Polyb. VI. 44. Paus. X. 31. Dio Chr. Or. V. 190. VII. 239. 244. Alciphr. Ep. I. 18. cui raritas sua ita obfuit, ut et Schweighaeuserus illud sine ulla mora ac ne mentione quidem mutationis facta abjiceret, et Wagnerus idem in communiorem formam transmutare concupisceret. Sic ab ἄδω una semita θυμηδής, altera αὐθάδης instabili accentu deductum, ab ἄρω modo θυμηρής, modo θυμάρης, quorum hoc Homerus, illud Philo de Abrah. pag. 584. A. Lucian. Amorr. 306. T. 5. Suid. s. Μένανδρος, aliique usurparunt. Neque alia causa, cur tum κυνηγός dicatur, tum κυναγός, cujus ortum ipsa vocalis longitudo prodit, quae in ἀγός prae-

*) Grotius pro κυναγίδι s. κυνηγίδι tralaticiam formam κυνηγέτιδι reduxit, quam admittere vereor. Illud fabulae Philetaeri elogium, pluribus Athenaei locis fultum (v. Schweigh. Nott. T. IV. 68.) et ad perpendiculum factum (cf. καπηλίς) Lexicis addi mereretur. Brunckius ad Aristoph. Lys. 644. Ἀρχηγέτι, inquit, dativus est contractus ut μήτι. Idem ad Epigr. Ἀδεσπ. CXV. Piersonum subsequens: Λιμνάτι (Ἀρτέμιδι) apocope est, cujus exempla multa congessit Mattaerius. Horum exemplorum longissime diversa ratio est; idoneum foret hujus abnormis sed poetarum usibus pereptae coartationis documentum dativus φιλοστρῶτι, si is a recto φιλοστρώτις (v. Jacobs. ad Anthol. Palat. p. 356.) repeti posset: quod cavendum ne Lexicis forte obhaerescat. v. Nott. ad Ajac. p. 270. Sed existet fortasse (nam in grammaticis rebus οὐδέν ἐστ' ἀπώμοτον) qui αἰγιαλῖτι, γυναικωνῖτι, ἡλικιῶτι, ex occultis tenebris protrahat. Interea loci γυμνᾶτι (i. e. γυμνάδι) doctis aestimatoribus perpendendum propono. Quod autem ἡπατίτιδος et ἡπατίδος (Geopp. VI. 6. 443.) commutentur, id natura hujus generis fieri credo; sicut κεραμίς et κεραμῖτις, γαλακτίς et γαλακτῖτις alternant.

senti similis est. Ex his autem alia formam doricam (sic enim brevitatis causa nunc nominabo) in stirpem suam transmittunt, alia sibi reservant; ut Tragici, *κυναγός* scribentes, tamen *κυνηγία*, *κυνηγετεῖν* et *κυνηγέτης* retinuerunt, in quo Porsonum titubasse nollem *). Ac ne omnibus quidem ejusdem originis vocabulis eadem species reddita; nam quum *λοχαγός* constantissime diceretur, *στρατηγός*, *ἱππηγός*, *κυνηγός* etc. cursu suo deverti haud valuerunt. Imprimis vero mihi animadvertisse videor, vocabula musica, palaestrica et militaria (quorum rerum scientia florebat Graecia Doriensis) dorice colorata esse, velut ipsum illud *λοχαγός* et *οὐραγός* et *ξεναγός* et *χοραγός* (v. Hemsterh. ad Plut. p. 532. Jacobs. ad Theocriti Ep. XI.), quae ne Athenis quidem omnia, nedum in communi dialecto colorem mutarunt et hinc ad Romanos transfusa tum quoque tenoris sui permanserunt. Hi namque graecum *στρατήγημα* *stratagema* dixerunt, a Forcellino praepropere damnatum, *Μουσηγέτην* **) *Musagetam*, et quas Thucydides *ἱππαγωγούς****), Diodorus et Polybius *ἱππηγούς* nominant, Plinius Hippagos appellavit. Huc etiam adjice Damii et Damiurgorum nomen, quos

*) Huic contradicit etiam Blomfeldius ad Aesch. S. c. Th. v. 42. Phrynichi silentium invidiose interpretans: „*Nempe is putasse videtur, formam quadrisyllabicam Tragicos nunquam adhibuisse.*" Haec suspicio tum per se levissima, tum etiam supervacua est, quum neque Porsonus neque quisquam alius Phrynichi praecepto in eum finem abusus fuerit, ut Tragicos *κυναγέτας* scripsisse probaret.

**) Plato Legg. II. 653. Diod. I. 53. Lucian. de Hist. Scrib. c. 16. Philostr. V. Soph. I. 1, 480. Pausan. I. 2. 10. Arrian. Ven. pag. 224. Himer. Ecl. 32. 298. Marin. Procl. c. 6. Procop. Soph. Ep. XLIV. Aristid. Or. I. 2. Pl II. 5. quem locum proferens Grammaticus Herm. p. 341. praeter aliud gravius vitium etiam pro *μουσηγέτης* recepit *μουσαγέτας*, more librariorum in doricas formas proclivium. v. Dorvill. ad Char. p. 240.

***) v. ad Thucyd. VI. 42. Haec terminatio in *άγωγός* a veteribus maxime cum *vehendi* significatione conjuncta fuisse videtur; *ὑλαγωγός* et *ὑλαγωγεῖν* Dem. c. Phaen. 1041. *ὁπλιταγωγός* Thucyd. VIII. 25. et 30. *σιταγωγός* VIII. 4. Andocid. de Red. pag. 86. *ὀχεταγωγός* Plato Legg. VIII. 429. *Λοχαγωγία* Xenoph. Anab. I. 4. 15. et *λοχαγωγός* Cyrop. II. 2. 6. e codd. exsignata vulgatis postponenda duco, neque *ξεναγωγός*, quod in Thucyd. II. 75. unus cod. praebet, receptae lectioni aequiparem. Eadem in Plut. V. Ages. XXXVI. 126. T. IV. confusa. v. Wyttenbach. ad S. N. V. p. 47. Apud Zosimum III. 12. *πλοῖα στρατιωτικὰ καὶ φορτικὰ ἢ φορτηγὰ πάντα*.

Graeci forma magis populari *Δημιουργούς* vocarunt, atque illa quae Attici ipsi cum Doriensibus communia habent, *Ἑλλανοδίκαι*, *Ζεῦ Ἑλλάνιε* veteris indigitamenti Arist. Eqq. 1253. *Ναύκραροι* s. *Ναύκλαροι*, atque alia multa, de quibus s. *Καταφαγάς* atque eo loco, qui est de compositione, aliquid dicetur amplius. Interim hic exsequar, quae cum nostra causa propius conjuncta sunt.

Ὀπαδός et derivata tum apud Tragicos uniformia sunt, nisi quando librarii ionicam speciem importarunt, ut in Aeschylii versibus ap. Stob. Ecl. Ph. I. 4. 120. de quibus admonuit Wunderlich. Observ. p. 69., tum in communi sermone minime lubrica, Plato Phaedr. 248. C. Philo de Agric. p. 192. E. Quis rer. div. haer. p. 491. C. Philostr. Imagg. II. 4. 815. Themist. IV. 60. B. Liban. Ep. MCCLI. 591. v. Boisson. ad Heroic. pag. 359. sic ut Eustathius p. 1376. 14. *Ὀπηδός παρ' ἀττικοῖς, ὀπαδός δὲ κοινῶς* dici perseverans, sepultae antiquitatis monumentis inniti videatur.

Plus admirationis habet *κρανής* et *κρηνής*, praesertim ab iisdem scriptoribus saepenumero summutata; illud est Aristot. de Part. Ann. IV. 13. 573. C. de Gener. Ann. I. 5. 582. de Part. Ann. II. 14. 506. D. innumerisque aliis locis; Plutarch. V. Syll. XVIII. 207. T. III. Paus. X. 13. 189. Galen. de Us. Part. II. 2. 314. E. 11. 327. F. T. IV. Joseph. Antt. IV. 8. 228. etc. etc. et rursus *κρηνής* Arist. Part. An. IV. 12. 569. de Spirit. VII. 182. D. T. II. Plutarch. V. Timol. IX. 129. T. II. Paus. X. 15. 188. Galen. de Usu Part. II. 2. 314. B. VII. 22. 749. A. Joseph. XVIII. 3. 876. XIX. 8. 951. Sed in *κρανής* et Xenophon sibi summe constat et Moeris p. 318. acquiescere videtur, eaque forma in certis locutionibus, *κατὰ κρανοῦς, κατὰ κρανῶν*, fere fixa est.

Βᾶμα, ut *σχᾶμα*, merum doricum est, quocum nemo *σύμβαμα* a *βέβαμαι* derivatum confundat; communia autem sunt composita *δίβαμος* Eur. Rhes. 215. *λεοντοβάμων* Aesch. Poll. X. 77. quod Lexicis deest, *ἱπποβάμων* Aristoph. Rann. 821. unde mendose *ἱπποβήμων* in Lexica relatum, *μακροβάμων* et *βραχυβάμων* Aristot. Phys. VI. 152. quod cum *ἀεροβάμων* *) Nicet. Ann. III. 5. 53. C.

*) In Empedoclis versu 226. *θηρσὶ δ' ὀρειλεχέεσσιν ἰδὲ πτεροβάμοσι κύμβαις*, suspicio quaedam residet, quum *πτεροβάμων*,

Niceph. Greg. VIII. 9. 212. Lexicis addas. Haec et similia quum omnia uniusmodi sint, ea denuo quae a ναῦς derivantur insitam flexurae ambiguitatem (ναός, νηός) veluti hereditariam habent; hinc νηΐτης stat Memnon. Phot. pag. 717. Appian. Mithr. pag. 679. Julian. Encom. Const. p. 46. etc. νηΐτης νόμος Eumath. Ism. VII. 298. Schol. Arist. Eqq. 539. ex diverso occurrit δεκαναῖα, πεντεναῖα, v. Wessel. ad Diod. IV. 103. νάϊος in Tragicorum diverbiis ordinarium est, genitivo ambigue figurato, v. Elmsley ad Med. v. 510. τὰ νήϊα καὶ τοὺς κωπέας Aristid. Or. Pl. II. 205. quod Grammatici νεῖα appellant.

Praetereo Dorismos Tragicorum proprios γάποτος, μαχιστήρ, δάϊος, v. Hermann. ad Aj. 784., etc., quos qui sibi expendendos sument, ne Ionismos quidem, parum adhuc exploratos, Παρνησός, Ἀσιῆτις, Ἀδριηνή, δεισήνωρ (et φιλάνωρ) praetermittent. Hinc jam tempus erit Phrynichum revisere, cuius praeceptum egregie fundatum est. Nam κυνηγέτης Xenophon et Plato saepissime protulerunt, iidemque κυνηγετεῖν, quo et Aristoph. Eqq. 1253. Aeschinesque c. Ctesiph. 646. utuntur; κυνηγός et κυνηγεῖν cum Aristotele increbuisse videtur; nomen legitur Hist. An. VII. 28. X. 7. Callixen. Athen. V. 52. 275. Diod. III. 55. Plutarch. V. Philop. IV. 441. Apollod. III. 9. 2. et ceteros ordinatim; verbum ap. Arist. X. 22. Phil. Legg. Alleg. II. 61. A. Diod. V. 3. Plutarch. V. Alcib. VI. 8. aliosque vix numerabiles, non spreta interim altera forma, neque raro codicum dissidio; sic κυνηγεῖν et κυνηγετεῖν commutantur apud Diod. II. 121, IV. 34. Plutarch. de Vit. Aer. Al. V. 512. in quibus dijudicandis critici nimis perspicaces esse solent. v. Schaefer. ad Aesop. p. 129. Ita κυνηγία et κυνηγεσία Diod. IV. 34. Plutarch. Parall. XXXVI. 434. et haec rursus cum neutralibus κυνήγιον et κυνηγέσιον confunduntur. Sed ut ex hac παρεκβολῇ ad Lexica quoque aliquid utilitatis redundet, addam προαγός Anna Comn. VIII. 228. A. κοσμαγός Synes. Hymn. III. 271. p. 324. χρυσαγωγός Nicet. Ann. XVIII. 4. 360. χειραγώγησις XVI. 1. 291. χειραγώγημα Schol. Eur. Phoen. 855. ἀχαλιναγώγητος Anna X. 287. A.

detracto πτερόφοιτος, solitarium, ceterum remedium in vicino sit ἰδ᾽. ἠεροβήμοσι.

Καταφαγάς: πόθεν Μένανδρος συσσύρας τὸν τοσούτων ὀνομάτων συρφετὸν αἰσχύνεις τὴν πάτριον φωνήν; τίς γὰρ δὴ τῶν πρὸ σοῦ τῷ καταφαγᾶς κέχρηται; ὁ μὲν γὰρ Ἀριστοφάνης οὕτω φησίν· Ἔστι γὰρ κατωφαγάς τις ἄλλος ἢ Κλεώνυμος; Ἐχρῆν οὖν Κρατίνῳ πειθόμενον φαγάς εἰπεῖν. ἴσως δ' ἂν εἴπῃς, ὅτι ἠκολούθησα Μυρτίλῳ λέγοντι

Ὡς ὁ μὲν κλέπτης, ὁ δ' ἅρπαξ,
ὁ δ' ἀνάπηρος πορνοβοσκός
καταφαγάς.

ἀλλ' οὐκ ἐχρῆν τὰς ἅπαξ εἰρημένας λέξεις ἁρπάζειν. a) †)

---

a) Hoc articulo carent Edd. Pr. Vass. et Phavor. Pro *αἰσχύνῃς* indicativum exhibui et malueram pro *Μένανδρος* vocativum, pro *εἴπῃς* optativum substituere. Theophrast. Char. VIII. 69. *λέγων, δυστυχὴς Κάσανδρος, ὦ ταλαίπωρος.* *Συρφετός*, platonicum vocabulum, illustravit Heindorfius ad Theaet. pag. 315. Myrtili versus in trochaici tetrametri formam redegit Pauwius: *ὡς* (f. *ὧν*) *ὁ μὲν κλέπτης, ὁ δ' ἅρπαξ, ὁ δ' ἀνάπηρος καταφαγὰς Πορνοβοσκός.*

†) *Φαγάς* et *καταφαγάς* gemella sunt, *κατωφαγάς* aliud et hic frustra adductum a Phrynicho; videbimus suo loco. *Pauw.* Menandri locum indicavit Antiatt. Bekk. p. 105. *Καταφαγάς Μένανδρος Πωλουμένοις.* Aeschylum adjungit Pollux VI. 40. *παμπόνηρος ὁ παρὰ τῷ Μυρτίλῳ καταφαγάς, εἰ καὶ Αἰσχύλος ἐχρήσατο·* quo Phrynichi judicium partim refellitur partim confirmatur. Hoc qua ratione fiat, antequam expedire coner, pauca de universo genere isosyllaborum primae declinationis praeponam.

Haec igitur in duo genera dividam, unum positivum, alterum naturale. Positivo duae species subjectae sunt nominum propriorum; prima species complectitur nomina quaedam monadica urbium et locorum, partim peregre allata, partim a vetustate accepta, velut illa monosyllaba, quae Jo. Lascaris in primo de generibus enumerat,

ὁ Γρᾶς *), ὁ Νᾶς, ὁ Χνᾶς, quae sub formula judicari nequeunt. Ad secundam classem referenda sunt nomina hominum propria, Κοσμᾶς, Μηνᾶς, Διονῦς, ordinaria quidem et haud dubie antiqua, sed vernaculi et plebeji sermonis finibus conclusa. Sunt enim illa omnia citata pronuntiatione, ut fert natura familiaris commercii, ab integris Διόνυσος, Μηνόδωρος etc. violenter contracta, ideoque a Grammaticis in deminutivorum numero censentur. Sicut autem apud nos inurbanum habetur nomen cujuspiam hoc modo decurtare, nisi si veniam dat familiaritas, ita in cultissima Graeciae civitate, Athenis, neminem ingenuum natum hanc nominis quasi deminutionem subiisse reperio. Foris autem promiscue qua nobilium qua ignobilium nomina mutilata fuisse, et illustris Lacon Μηνᾶς, confirmat a Thucydide memoratus V. 19. et 21., et ingens copia similium nominum profligatae Graecitatis a Bentlejo et Sturzio pridem exposita.

Eadem est alterius generis, quod naturale dicebam, conformatio: ὁ χησᾶς Schol. Aristoph. Avv. 791. Eustath. p. 1000. 12. ὁ κορυζᾶς Menand. Suidae, ὁ λαρυγγᾶς (ἤτοι λαυραγόρας) Is. Porphyrog. in Charr. Herr. p. 512. (in Rutgers. Var. Leott. L. V.), ὁ φακᾶς Suid. s. v. ὁ δακνᾶς Phrynich. App. p. 36. Phot. p. 36. quae plebeji sermonis propria esse blandimenta re ipsa intelligitur. Huc igitur φαγᾶς quoque et καταφαγᾶς referri oportet. Est autem iisdem forma minus signata eoque civilior φαγός s. φάγων. Nam ut a φύγω φυγός Etym. s. Φύξηλιν, πρόςφυγος Hesych. s. Ἱκέτην, ab ἔδω ἐδός, a βόσκω βοσκός derivatur, sic a φάγω φαγός **) ortum habet, quem Latini Phagonem appellant. Mordacem equum si orator extra jocum et opprobrium nominare vellet, ἵππον δάκνοντα diceret, ut Pollux praescribit I. 192. Similiter Aristodemus ille nomen traxit ὁ τρέσας (v. ad Hesych. s. Τρεσάντων), mox participio in nomen verso quilibet fugax τρεσᾶς signatius expressiusque appellatus est. Aliis

*) Id ambiguum est. Zonaras p. 455. Γρᾶς ἡ τῶν μασχαλῶν δυσωδία, λέγεται καὶ γράσος.

**) φάγος paroxytonum est ap. Hesych. s. τρώκτης, Eustath. pag. 1630. 15. 1737. 50. Melamp. de Naev. p. 506. ed. Franz. Moschopul. Sched. p. 178. et in N. T. loco; multaque alia hujus originis vocabula communem generis sui accentum derelinquunt; neque satis considerate Abreschius. Dilucc. Thucyd. p. 561. paroxytonesin adjectivi δάπανος damnavit.

alia origo fuit. Nomina operariorum et sellulariorum a veteribus in ευς et ευτης terminata canescens Graecitas fere omnia in ᾶς deflexit, ὁ καπηλᾶς, ὁ λαχανᾶς, ὁ σχοινᾶς, quae etsi sine exprobratione dicuntur, tamen, quod in negotiis ignobilibus versantur, ad colorem hujus plebeji generis proxime accedunt. Hanc autem terminationem, quae hodieque durat, stante adhuc Graecia in conversatione vulgi non insuetam fuisse Hesychii Glossa approbat: Χηλᾶς, ὁ ῥάπτης, i. e. χηλευτής. Sed maximus numerus ex eo genere est, quod nostri Technographi ampliativum, veteres contrario sed non minus idoneo nomine deminutivum vocant. Primum, quem lingua Romanica χειλᾶν i. e. labeonem nuncupant, veteres communiter χειλῶνα dixerunt; quem Attici ψίλακα, hunc Dorienses ψιλᾶν nominavere. Nam quod Pausanias III. 19. narrat, Amyclis Liberum Patrem cultum esse, cognomine ψίλαν, h. e. ut ipse interpretatur, ψιλωτήν s. πτερωτήν: ψίλα γὰρ, inquit, καλοῦσιν οἱ Δωριεῖς τὰ πτερά· ἀνθρώπους δὲ οἶνος ἐπαίρει etc. haec igitur interpretatio, a V. Cl. Henr. Vossio Epp. Myth. T. II. 51. probata, mihi ex periculo petita videtur. Amyclaeenses illi, si quid sapio, deo imberbi nomen dixere ψιλᾶν, i. e. λειογένειον. Quod genus quum Attici ψίλακας appellent, clare apparet, Doricam terminationem in ᾶς cum indigena Attica, νέαξ, πλοῦταξ, στύγναξ, σύβαξ, λεῖαξ, quae ipsa Grammatici in deminutivorum numero referunt, et significatione et usu congruere. Alterum exemplum est ψηνός, quod Lexicographi ψεδνόν, ψιλόν, φαλακρόν, interpretantur; nam hoc eodem, quo cetera, detortum est; Zonaras p. 1871. ψηνᾶς, ἐπίθετον. de quo secus sentit Tittmannus. Βακχᾶν Sophoclem pro Βακχευτήν usurpasse auctor est Schol. Soph. Philoct. v. 1197. ex quo colligitur, significationem rerum sordidarum et humilium tunc temporis et loci huic inclinamento nondum ita inolevisse, ut poetis non aliquando huc descendere liceret.

Multum mihi superque exemplorum est, quibus evincam, haec vocabula non unius esse regionis et naturae, sed minimo molimento ex qualibet materia exsculpi potuisse. Ut a vulgatissimis ordiar, Δημᾶς non a Δημήτριος solum, ut Bentleji sententia est, sed et a Δημέας corrumpi potuit; Ἡρᾶς ab Ἡρέας et Ἡρόδωρος, Νικομᾶς a Νικομήδης et Νικόμαχος, Δαμᾶς a Δαμαστής et Δάμασος. Zonaras p. 465. Δαμᾶς παρὰ τὸν δαμάσω μέλλοντα, ὡς θαυ-

Κολόκυνθα: ἡμάρτηται ἡ ἐσχάτη συλλαβὴ διὰ τοῦ θα λεγομένη, δέον διὰ τοῦ τη, ὡς Ἀθηναῖοι. [a]) †)

---

a) Duos articulos in Ed. Nunn. huic praemissos Γελάσιμον et Ἐλλύχνιον suis locis restituimus. Edd. Pr. Vasc. hunc quoque praetereunt.

Cratino legerat φάγος pro φαγάς, quod probat, ipse viderit, quo jure alterum admittendum neget." Huic igitur, quaerenti, cur Phrynichus φαγᾶς receperit, καταφαγᾶς excluserit, sic respondebimus, haec verbalia, in quorum numero est φαγᾶς, propterea quod habitum quendam communem significant, natura sua cum praepositionibus componi non posse, itaque *edacem* quidem et *voracem* dici, sed neque *comedacem* neque *devoracem*. Verumtamen quia voracitatis notio in composito καταφαγεῖν proprie insignita est, poetae illi, καταφαγᾶς (*degulator*) significantius fore rati quam simplex φαγᾶς, illam universalem rationem aut inscientes aut etiam praesenti animo et meditate dereliquerunt.

†) Athen. docet item L. II. (52. 225.) ab Atheniensibus κολοκύντη dici, laudatis multis testibus atticis. Moschop. in Schedis idem retulit, sed male in vulgo editis κολοκύνθη cum θ, cum esse debeat κολοκύντη cum τ. Videtur autem κολοκύντη rotunda proprie dici, ut σικύα longa cucurbita, si quis attente legat Athenaeum. *Nunnes.* Non obscura est hujus nominis mutabilitas, neque ignotum, scribendi rationem non tantum ab aliis aliam, sed ne ab iisdem quidem unam et eandem semper teneri. Apud Hippocratem modo κολοκύντη Diaet. III. 5. Vict. San. VIII. 7. Epid. VI. 536. E. Morb. Mul. I. 62. 764. B. nonnunquam κολοκύνθη de Morb. II. 4. 554. F. 17. 569. F. 578. C. pariterque ap. Aristotelem et Theophrastum saepe illa forma H. An. V. 17. 219. Caus. Pl. IV. 3. VI. 18. interdum haec occurrit H. An. IX. 4. 551. Caus. Pl. V. 6. v. Nott. p. 785. Κολοκύντη Athen. VII. 118. 180. Aelian. Ep. X. Actuar. de Diaet. II. 6. 88. κολοκύνθη Dio Cass. LXIX. 4. 1153. Mechann. vett. 89. et similiter κολόκυνθος (ut μίνθος Eustath. 1524. 10. σμίνθος et

καίνθα Hesych.) et κολόκυντος, v. Jacobs. Parall. Anal. p. 69. Ad haec accedit tertia forma κολόκυνθα Diosc. II. 163. 115. a. Suid. s. h. v. quae tres formae apud Athen. IX. 67. 493. in Mnesilochi versibus ab Edd. vett. commutantur; et vero quarta κολόκυντα Artem. I. 67. 95. In summa, nisi de attica hujus vocabuli scriptura expressa exstarent Grammaticorum, Luciani, Gregorii, Thomae, testimonia, totam rem suspendere necesse esset, praesertim in tam proclivi erratu tamque inaequabili hujus terminationis varietate. Namque μίνθη quoque Theophr. Caus. Pl. II. 22. et μίνθα IV. 6. V. 8. sed illud longe frequentius reperitur, quorum utrumque Pollux VI. 68. juxta aestimare videtur; et convenienter καλαμίνθη et καλάμινθα. Ac de multis aliis Grammatici in neutram partem statuunt. Anecd. Bekk. p. 470. Ἄφθα καὶ διὰ τοῦ ᾱ καὶ διὰ τοῦ η̄ λέγουσιν, ὡς κίχλα, κίχλη, καὶ πεῖνα, πείνη, de quo non multo post dicam. Illud sequitur ἡ νάφθα (Lexicis τὸ νάφθα Suidas et Eustathius p. 700. 56. donabunt). Pollux X. 59. μάλθη ἢ μάλθα. Κρατῖνος γὰρ μάθην ἔφη, Ἀριστοφάνης δὲ (Τὴν) μάλθαν ἐκ τῶν γραμματείων ἥσθιον. Hinc cogitur, et νάφθα et ἄλθα (Hesych.) brevi ᾰ terminari et proinde in tractu et declinatione η̄ accipere. Contrario, quae in longum ᾱ desinunt, Λήδα, Κισσαίθα, Φιλομήλα, ea Herodianus p. 455. et Draco p. 98. vocalem primae positionis in transitu retinere docent. Apposite ad hanc regulam Heynius in Apollod. III. 14. 8. Φιλομήλας e pluribus codd. restituit, Πολυμήλης autem III. 13. 8. cogitate reliquit, commodum admonens, *in nominibus, quae tantum ex poetis nota sunt, saepe ionicam rationem obtinere.* Si quis autem requirat, cur alpha in illis nominibus producte dicatur, in μάλθα breviter, a dorica origine repetendum est; Λήδα, Σιμαίθα Megarensis Aristoph. Ach. 524. (δωρικώτερον εἶπε Schol.) cf. Phot. s. h. v. Κυμαίθα Theocr. IV. 46. Κυναίθα V. 102. Siculae vel capellae vel puellae, quibus fortasse Κομαίθα Hesych. adnumerabitur. Γανυμήδα Paus. II. 13. 226. Ab his igitur longe distant nomina communia ἄρδα, cujus ultima syllaba in Pherecratis versu a Meineckio Cur. Crit. p. 42. tractato corripitur, et si quid aliud fuit in publico usu collocatum.

Καταφερής: ἐπὶ τῶν πρὸς ἀφροδίσια ἀκολάστων λέγουσιν οἱ πολλοί [a]), οὐδαμῶς οὕτω τῶν δοκίμων χρωμένων. †)

---

a) Vitiose Edd. Pr. V. et Phavor. *οἱ παλαιοί* pro *οἱ πολλοί.*

†) Thomas idem, apud quem in impressis et in MS. nostro non *καταφερής* sed *κατωφερής* legitur. Eustath. *'Οδ. Ο.* cum ᾱ videtur efferendum, quum *ἀπὸ τοῦ καταφέρεσθαι* illud flectat, quod et *ἀντὶ τοῦ λάγνου* adhiberi inquit. *Nunnes.* *Κατωφερής* non probo; aliud est *κατά*, aliud *κάτω*. *Pauw.* Generalius Photius p. 107. *Καταφερής οὐχ ὁ ἄσωτος, ἀλλ' ὁ κάτω φερόμενος.* namque non solum *καταφερὴς πρὸς ἀφροδίσια* Apollodor. Athen. VII. 15. 26. XIII. 56. 131. Diog. La. IV. 40. 251. et cum articulo *) *καταφ. πρὸς τὰ ἀφροδ.* Plut. V. Oratt. IV. 243. IX. 272. T. 12. *εἰς τὰ ἀφροδ.* Geopp. XII. 23. 900. et *καταφέρεια ἡδονῆς* Athen. VIII. 45. 298. sed etiam *καταφερὴς πρὸς οἶνον* Plut. V. Alex. XXII. 283. neque tamen tam late patet quam latinum *proclivis*, sed semper in vitio ponitur, ut v. c. pro *εἰς κοίησιν κατάφορος καὶ κατάντης* Plut. II. Symp. V. 2. 56. *ἐπικατάφορος πρὸς τὰ ἄνθη* Athen. XIII. 88. 203. et in aliis rebus indifferentibus *καταφερής* usurpare non liceat, sed verbi causa *ἐγκλινῶς ἔχειν πρὸς τὸ καὶ τό* Philo de Cherub. 118. E. quod Lexx. impartiendum. Veteres autem ultra propriam hujus nominis significationem non progressi sunt, sed declivia *καταφερῆ* et *κατωφερῆ* appellant, quae omnibus fere locis inter se permutantur, Xenoph. Cyn. V. 30. Diod. II. 186. Nemes. de Nat. Hom. II. 91. XVII. 220. neque significatione inter se distant, ut Oudendorpio visum. *Κατωφερής* propria significatione Stob. Ecl. Ph. I. 944. T. II. Geopp. II. 3. 73. Cyrill. c. Julian. VIII. 272. C. impropria *κατωφερὴς εἰς τὰ ἀφροδίσια* Hesych. s. *Σαλαβακχώ* et

*) Articuli usus liberrimus est; apud Athen. X. 45. 92. *οὐκ εὖ διέκειτο πρὸς ἀφροδίσια*, cod. *τὰ* interpositum habet. Dioscor. III. 142. 185. a. *παριστᾷν τὰ ἀφροδίσια* et IV. 20. 202. a. *ἀφροδίσια παρορμᾷν*, ut III. 145. 186. b. *συνουσίαν παρορμᾷν* pro *ἐπὶ συν.* vel *πρὸς συν.* quod genus constructionis ab Homero praelibatum (*οὗτος γὰρ ἐπίηλεν τάδε ἔργα* *'Οδ. χ.* 49.) multis exemplis illustrarunt Grammatici, quos Wyttenbachius citat Ecl. Hist. p. 377.

Τὰ ἴδια πράττω καὶ τὰ ἴδια πράττει οἱ πολλοὶ λέγουσιν εἰκῆ, δέον, τὰ ἐμαυτοῦ πράττω, καὶ τὰ σαυτοῦ πράττεις, λέγειν, ὡς οἱ παλαιοί, ἢ τὰ ἴδια ἐμαυτοῦ πράττω καὶ τὰ ἴδια σαυτοῦ πράττεις. [a]) †)

---

a) Compressius Edd. Pr. V. τὰ ἴδια πράττω καὶ τὰ ἴδια πράττε (sic) οἱ πολλοὶ λέγουσιν εἰκῆ. δέον τὰ ἐμαυτοῦ πράττω καὶ τὰ σαυτοῦ πράττε. Neque Thomas haec referens p. 465. extremam partem praecepti invenisse videtur.

†) Utriusque constructionis a Phrynicho probatae exempla multa sunt et luculenta. τὰ αὑτοῦ πράξας καὶ οὐ πολυπραγμονήσας Plato Gorg. 526. C. σωφροσύνη ἐστὶ τὰ ἑαυτοῦ πράττειν Charm. p. 161. B. Dem. I. c. Aph. 828. Lys. p. Arist. 624. Dio Cass. LX. 27. τὴν ἡσυχίαν ἄγων καὶ τὰ ἑαυτοῦ πράττων, *rerum suarum satagere.* Huic vicinum est τὸ ἑαυτοῦ ποιεῖν s. πράττειν, *more sua aliquid facere, permanere tenoris sui.* τὸ ἑωυτοῦ ἐποίει ὁ Πέρσης Herodo. VII. 91. *consuetudinem servabat.* οἱ πίθηκοι πιθηκίζοντες τὰ αὑτῶν ποιοῦσι Liban. Ep. 1194. 568. πράττουσα τὰ ἑαυτῆς, *suo more agens*, Ep. 972. 455. cf. Arist. Poet. XXVII. Aristid. T. I. 59. Altera constructio, ab Homero praetentata, qui pronomina possessiva personalibus ex abundanti adjicere solet, non minus celebrata est. „Et quod mirum est, hoc ipsum τὸ ἴδιον etiam primae et „secundae adjungitur personae apud illos, ut Isaeus, „οὐκ ἂν τὰ ἴδια τὰ ἐμαυτοῦ. Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Περικλέα (Πολυκλέα), περὶ τῶν ἐμῶν ἰδίων μᾶλλον τιμωρήθητε „(τιμωρήσεσθε vulg. p. 1226.) ἢ οὐχ ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν. Ἐν „δὲ τῷ πρὸς Καλλικλέα (1274.), τὸ χωρίον ὁμολογεῖται ὑμέτε„ρον ἴδιον εἶναι. Phrynichus ἐν Παιστρίαις, ὥσπερ ἐμὸν „αὐτοῦ ἴδιον εἶναι." Priscian. XVII. 2. 1089. Τὰ αὐτοῦ ἴδια Dem. c. Callipp. 1244. Plato Menex. 247. B. Gorg. 502. E. Xenoph. Hell. I. 14. 13. neque raro cum duplici possessivo: τὰ ὑμέτερα ἴδια Dem. Fals. Leg. 459. τοῖς ἰδίοις τοῖς σφετέροις αὐτῶν Isocr. Paneg. p. 75. Andoc. de Pac. 107. τὰ οἰκεῖα τὰ σφέτερα Aelian. H. An. II. 25.

Sed hoc sensu τὰ ἴδια πράττειν veteres nunquam, recentiores raro dixisse invenio. Plurimum abest ἴδια πράσσων ἢ στρατοῦ ταχθεὶς ὕπο Eur. Iph. A. 1563. i. e. ἰδίᾳ, *privatim.* quomodo etiam τὰ οἰκεῖα πράσσειν Thucyd. I.

Ἀκρατεύεσθαι: ἀδοκίμῳ ὄντι οἵ γε πολλοὶ χρῶνται τούτῳ τῷ ὀνόματι, καὶ Μένανδρος. λέγε οὖν οὐκ ἐγκρατεύεσθαι. [a]) †)

Αἰχμαλωτισθῆναι: τοῦθ' οὕτως ἀδόκιμον, ὡς οὐδὲ Μένανδρον αὐτῷ χρήσασθαι. διαλύων οὖν λέγε αἰχμάλωτον γενέσθαι. [b]) ††)

---

a) Articulus a Nunnesio demum additus est. Fortasse verba *ἀδοκίμῳ ὄντι* ab initio removenda et *οἵ γε* in *οἵ τε* mutandum.

b) *Οὕτω* pro vulgato *ὅπως* e Scaligeri conjectura edidi et *ὡς οὐδὲ* ex Ed. Pr. pro *ὡς καὶ μή*, quod Nunnesius dedit, denique indidem *αἰχμάλωτον* pro *αἰχμάλωτος*.

141. opponitur *τῷ τὰ κοινά*. Verum auctor Ep. I. ad Thess. IV. 11. et Hesychius s. *Ἰδιοπραγεῖν* exemplum vitiosi usus prodiderunt.

†) Idem Thomae praeceptum p. 30. cui praeter Aristotelem Nicomach. VII. 6. ab Hoeschelio citatum nullum, qui contrarium probaverit, opponere possum; sed *ἀκρατεῖν* Hipp. de Morb. Mul. I. 24. 754. B. Neque *ἐγκρατεύεσθαι* extra sacros V. et N. T. libros mihi occurrit, unde ad scriptores ecclesiasticos deflexit. v. Du Cang. s. *Ἐγκρατεῖν*. Secutis temporibus *ἐγκρατεύεσθαι* Sext. c. Ph. I. 586. Lex. MS. Albertii ad Hesych. s. *Γραμματεύς*, *ἐγκράτευμα* Jamblichus, *ἐγκρατευτής*, quod Lexicis deest, Eustath. *Ἰλ. Ε.* 554.

††) Thomas p. 23. *αἰχμαλωτίζω καὶ πάντες οἱ ἀπὸ τούτου χρόνοι ἀδόκιμοι*, Polluce I. 166. nihil caussante. Neque erat quidquam ista aetate tritius, quae exempla Josephi, Diodori, Heliodori, adnotatoribus suscitata, et protulit et propagavit. Adde Posidon. Athen. IV. 58. 96. Arrian. Alex. II. 22. Jamblich. V. P. IV. 19. 50. Ulterius repetere non licet. Lexica ditari possunt duobus compositis *ἐξαιχμαλωτίζειν* Nicet. Ann. III. 1. 51. C. et *συναιχμαλωτίζειν* Sext. c. Emp. XIII. 281. Justin. Exc. Legg. p. 175. A. Extrema Graeciae senectus novum palmitem promisit *αἰχμαλωτεύειν*, quod apud Stephanum *ἀμάρτυρον* est, Constant. Porph. Adm. XXX. 94. B. Nicet. Ann. XVI. 5. 323. Hesych. s. *Προνομεύω*.

Τέλος τοῦ δευτέρου.

Ἀρχὴ τοῦ γ.

Ἀνατοιχεῖν μὴ λέγε, ἀλλὰ διατοιχεῖν.

Ἔνυστρον μὴ λέγε, ἀλλὰ ἤνυστρον, ὅτι καὶ ἀρχαῖον.

Καταπροΐξεται οὐκ ὀρθῶς διαιροῦσι, δέον καταπροίξεται λέγειν ἀδιαιρέτως. [a])

* * * ενιτεῦσαι: ἰδεῖν δεῖ, εἰ Φαβωρῖνος χρώμενος οὐκ ὀρθῶς χρῆται. [b])

Ἀντικρύ: τοῦτο τοπικὸν καὶ ἐπιεικῶς ποιητικὸν ἄνευ τοῦ σ λεγόμενον· ὅθεν οἱ ἐπὶ τοῦ ἀντικρὺς τιθέντες ἁμαρτάνουσιν. Εἰ μέντοι τις προθείη τὴν πρόθεσιν τοῦ ἀντικρύ καὶ εἴποι καταντικρύ, ὀρθῶς ἐρεῖ. [c]) †)

---

a) Hi tres articuli, qui omnes prius suis locis propositi sunt, ab Ed. Pr. V. absunt; et hoc initium libri tertii miram confusionem et discrepantiam, quae in antiquis Codd. fuit, aperte prodit. *Pauw.*

b) Deest prima litera, ut miniatula fieret; ita incertum, sitne *γενιτεῦσαι*, quod nusquam legi, an *πενητεῦσαι*, quod legitur ap. Hesych. et Phav. s. *Πενεῖν* et Phocylidem, *Nunnes.* Forte *τεχνιτεῦσαι*, quod est frequens apud Philonem, vel *ξενιτεῦσαι*, quo verbo utitur Lucianus semel, Philo saepiuscule. *Hoeschel.* Hoeschelium sequor. Articulum non habet Ed. Pr. *Pauw.* *Τεχνιτεύειν* an *ξενιτεύειν* in suspicione ponatur, perparum interest, quum hoc rarissime utantur Attici, illo nunquam. Qui sequitur articulus in Ed. Nunn. *Ῥυτερίζειν κ. τ. λ.*, supra ante *Παραβόλιον* legitur.

c) Hunc et quinque articulos in Ed. Nunn. proxime sequentes, *Ἀνυπόδετος*, *Εὕρημα*, *Προσέσθαι* (quem supra post *Ῥεῖ* collocavimus), *Ἀπηρτισμένον* et *Ἀνέκαθεν* (qui supra post *Τίλα* legitur), Edd. Pr. V. omittunt.

†) Ammonius, Herodianus, Schol. Ven. *Γ.* 559. et Etym. simplicius tradunt, *ἀντικρύ* de loco, *ἄντικρυς* s.

Ἀνυπόδετος ἐρεῖς ἐν τῷ η. τὸ γὰρ ἐν τῷ ε ἁμάρτημα. καὶ γὰρ ὑποδήσασθαι λέγεται καὶ οὐχ ὑποδέσασθαι. †)

Εὕρημα χρὴ λέγειν διὰ τοῦ η, οὐχ εὕρεμα. ††)

---

†) Idem decernitur ac non varie sed prope conjunctis sententiis a Phrynicho App. p. 17. Gramm. Bekk. p. 412. Moeride p. 29. Thoma p. 76. et Suida, non addita ea ratione, quae hoc loco, dubium an ab ipso Phrynicho, subponitur. Ἀνυπόδητος apud Atticos persaepe legitur, ἀνυπόδετος nunquam, quin genuina forma aut in codd. appareat, aut ex alio quodam recessu emergat. v. Zeun. ad Memm. II. 3. Recentiores sophistae utroque permixte usi: ἀνυπόδετος Lucian. Ep. Satt. XIX. Asin. XVI. 148. Plutarch. de Fort. p. 304. T. VII. Dio Cass. LXXII. 17. LXXVI. 12. Themist. XIII. 163. C. ἀνυπόδητος Luc. Asin. XLIII. 182. Navig. I. 156. Plut. V. Phoc. IV. 5. Cat. VI. 50. Dio Cass. LIX. 7. Themist. XXVI. 316. Substantiva unius generis sunt δέσις, κατάδεσις, σύνδεσις, ὑπόδεσις, Plato Rep. IV. 337. Xenoph. Mem. I. 2. 5. Diod. V. 45. Polyb. III. 49. Dio Cass. XLIII. 43. Aelian. V. H. III. 19. Athen. XII. 50. 490. ὑπόδησις Artemid. IV. 2. 314. 83. 294. et in Ursini cod. Diod. V. 44. scribitur non male, ut Wesselingio videtur, ut mihi, parum bene; sed ἀνυποδησία necessario obtinet longam vocalem a transitione adjectivi, Plato Legg. I. 22. T. 8. Philostr. V. Apoll. VI. 11. 249. Aristid. Or. Sacr. III. 308. M. Anton. VIII. 84.

††) Λέγεται καὶ εὕρεμα καὶ εὕρημα, καὶ εἰσὶ μὲν ἀμφοτέρων χρήσεις· ἐπικρίνει δὲ μᾶλλον Ἡρωδιανὸς τὴν διὰ τοῦ η, ὡς ἀπὸ περισπωμένου τοῦ εὑρῶ Eustath. p. 1809. 50. Quae Thomae commentatores ex Atticis afferunt vitiosae scripturae exempla, Alexidis et Lysiae, horum in altero Porsonus (v. Addend. ad Athen. T. VIII. 404.) ipsius metri causa atticam reposuit formam, in altero servavit cod. Bodlejanus Dionysii Iud. de Isaeo X. 602. T. V. Παλαμηδικὸν τοὐξεύρεμα, incertum unde depromptum, apposuit Phrynichus App. p. 468. Bibl. Coisl. p. 58. Bekk. ἐξεύρεμα est etiam in Praecept. Hipp. IV. 168. T. II. Sirac. XXXV. 10. (Inserenda haec vox Lexicis cum ἀνεύ-

ρημα Paus. V. 9. 36. ἐφεύρημα Basil. Ep. LXI. 91. A. Schol. in Gramm. Dion. p. 650. et ἐφεύρεσις ib. 773. cf. Schaefer. Append. ad Arist. Plut. p. 493.) Εὕρημα recte a Phrynicho praeferri, Aristophanis, Platonis et Xenophontis exempla probant; εὕρεμα vulgari Graecitati proprium est, Phil. Legg. Alleg. II. 75. B. Plantat. Noe p. 219. B. etc. Dion. Hal. V. 17. 885. T. V. Strabo VII. 3. §. 9. 370. VIII. 3. §. 30. 133. Galen. de Diff. Resp. II. 1. 246. A. T. VII. Dio Chr. III. 142. Aelian. V. H. XIII. 40. qui iidem quum subinde etiam atticam scripturam referant, perdifficilis est, ubi codd. inter utramque fluctuant, dijudicatio, ut v. c. Aelian. V. H. XIV. 20. Athanas. Or. II. c. Arian. c. 39. 507. B. Pollux IV. 65. 74.

Contra pro εὕρεσις recentiores Graecos, futuri formam presse consectantes, εὕρησις protulisse animadvertimus: Galen. de Med. Simpl. III. 5. 61. D. Apollod. III. 3. 1. Achill. Tat. V. 26. 494. Cyrill. c. Julian. II. 28. B. Basil. Ep. LXXV. p. 130. D. Poll. V. 63. Apud Aristophanem autem Nub. 725. pro εὑρητέος, quum in cod. ἐξευρητέος legatur, scribendum est ἐξευρετέος. Εὑρετέον Plato Rep. II. 252. Thucyd. III. 45. (subrepsit et hic εὑρητέον). Μενητέον Aesop. Fab. CLVIII. 95. haud dubie deterius est quam μενετέον *), quo Plato, Xenophon Hell. III. 2. 9. Epict. Arrian. I. 7. p. 44. utuntur, summaque ratione Corayus ad Isocr. p. 87. ὑπομενητέον a codice oblatum aspernatus est. Pro ὑπομενητή Joseph. Antt. XVII. 6. 845. recipiendum est e MS. ὑπομονητή. Quemadmodum autem μενετός scribitur et ἐμμενετικός, ὑπομενετικός (corrupte ὑπομενητικός), sic etiam pro ἀνεξεύρητος Lex. Rhet. p. 398. veteres ἀνεξεύρετος dixisse credibile est, ut χαμαιευρετός Suid. omissum in Lexicis. Verum hoc nihil impedit, quominus praeter εὑρεσιεπής etiam εὑρησιεπής locum suum tueri possit, quod cum illo Codd. exhibent Pind. Ol. IX. 120. Aristoph. Nub. 447. εὑρησιλογία Diod. I. 37. in codd. εὑρεσ. Apud Plutarchum modo illa forma Symp. L. III. Quaest. VII. 3. 143. T. XI. modo haec V. Quaest. VII. 4. 229. vitiose εὑρεσιολογία Diog. La II. 1 3. 146. εὑρησιλογεῖν, quod non admisit Schneiderus, Athen. V. 247. T. II. Diog. La. II. 134. 158. Εὑρεσιέπεια Cyrill. c. Jul. II. 46. A. εὑρεσιε-

*) Διαμαχετέον ex horum communitate extrudendum. v. Astius ad Plat. Polit. II. 434.

Ἀπηρτισμένον, ἀπήρτικα καὶ τὰ ἀπὸ τούτων ἅπαντα σόλοικα. ἀποτετέλεσται δὲ καὶ ἀποτετελεσμένον χρὴ λέγειν· ἄμεινον γάρ· ἐκτὸς εἰ μή ποθεν τοῦτο εἰς Φαβωρῖνον ἦλθεν, ὅθεν οὐδεὶς οἶδεν. Ἀρχαῖοι μὲν γὰρ οὕτως οὐ λέγουσιν, ἐκεῖνος δέ. πλὴν εἴη εἰς. ἡμεῖς οὖν ὡς οἱ ἀρχαῖοι, ἀλλὰ μὴ ὡς Φαβωρῖνος. a) †)

---

a) Ante primum Ἀρχαῖοι articulus et ante εἰς particula potentialis defecisse videtur.

πεῖν III. 96. E. εὑρεσιχοπμία IV. 114. B. (Apud Suidam et Photium Σπερμολόγος, εὑρύλογος, jam dudum ab aliquo εὑρεσίλογος correctum puto.) Sic etiam cum αἵρεσις conciliari potest αἱρησιτείχης, quanquam et in hujus locum αἱρεσιτείχης sufficiunt membranae Athenaei; de quo mirifice hallucinatur Schweighaeuserus. Sed αἵρησις Plutarch. de Profect. Virt. p. 249. T. VII. ex librariorum errore natum arbitror, qui et σχῆσις pro σχέσις et ἐπαύρησις pro ἐπαύρεσις Thucyd. II. 53. et ἄλησις Geopp. IX. 16. 624. pro ἄλεσις II. 52. 174. substituere ausi sunt.

Addam ad extremum hoc, ex quinque illis aoristis brevibus, quos Grammatici a perfectis longis extitisse docent, εὑρήθην propter summam raritatem tam suspectum esse, ut ne Dionysio quidem Antt. IV. 50. 766. concedendum videatur. In contrariam partem peccat ἐῤῥέθην, in quod non Isocrates, non Demosthenes unquam, bis ad summum Aeschines Fals. Leg. 216. et 289. impegit, quo utroque loco ἐῤῥήθη in codd. servatum. Apud Platonem utrumque sepius legitur. v. Heindorf. ad Gorg. p. 46. sed et hunc arbitror popularem consuetudinem sequutum esse.

†) Congruunt cum hoc Moeris 82. et Thomas 104. In Aeschyli versu S. c. Th. 380., quem contra hos affert Sallierius, pro ἀπαρτίζει, quod sententiam nullam habet, Wakefieldius Sylv. Crit. P. I. 98. barbarum ἀπαρτάει, Hermannus Add. ad Antig. Ed. min. p. 155. καταργίζει proposuit. Certiora haec sunt: ἀπαρτιζούσης τῆς ὀκταμήνου, i. e. τελειωθείσης, Hipp. Epid. II. 180. B. ἀπηρ-

ΕΚ ΤΩΝ

ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ.

Τὸ Λήδα Λήδας, καὶ Κισσαίθα Κισσαίθας, καὶ Φιλομήλα Φιλομήλας, ἀντίκειται τῷ κανόνι τῷ λέγοντι ὅσα καθαρὸν ἔχει τὸ α, ἢ μετὰ τοῦ ρ, τηρεῖ αὐτὸ καὶ ἐπὶ γενικῆς. ταῦτα γὰρ οὔτε καθαρισεύει, οὔτε διὰ τοῦ ρ, ἐκφέρονται. λέγομεν οὖν διὰ τὸ ἐκτείνεσθαι τὴν τελευταίαν συλλαβήν. καὶ ταῦτα γὰρ πάντα φυλάσσει τὸ α. †) Νοός καὶ ῥοός οὐ ῥητέον. ὅσα γὰρ ἐν τῇ εὐθείᾳ διαιροῦνται, ἐν ταῖς ἄλλαις πτώσεσιν οὐ διαιροῦνται. καὶ ἀνάπαλιν ὅσα οὐ διαιροῦνται ἐν ταῖς εὐθείαις, διαιροῦνται ἐν ταῖς ἄλλαις πτώσεσι. βοῦς βοὸς, καὶ πούς ποδός. ††)

---

cod. ediderunt. *Καὶ τὸ ἑνικὸν οὖν μόνως τοῦ ἡμίσεος*] Rectius legeretur propter sequens ἀλλ' οὐ τοῦ ἡμίσους, καὶ τὸ ἑνικὸν οὖν ὁμοίως τοῦ ἡμίσεος. Lapsus est facilis; τοῦ ὀξέος etiam malo, quam τὸ ὀξέος cum Nunnesio in versione. *Pauw*. In Hermanni Herod. l. c. res eadem verbis fere iisdem traditur.

†) Pauciora haec facta sunt in apographo Ruhnkeniano, uberiora in fragmento Hermanni p. 502.

††) Piersonus ex MS. Ruhnk. *Βοός οὐ ῥεός ῥητέον*· contra Grammatici sententiam edidit (qui nomine βοός tantum exempli loco utitur), primariamque praecepti partem, *ὅσα ἐν τῇ εὐθείᾳ διαιροῦνται, ἐν ταῖς ἄλλαις πτώσεσιν οὐ διαιροῦνται*, qua omissa totus locus obscuratur, a stirpe recidit. Pluribus verbis hoc genus diversiclinium explicatur in Fr. Herm. p. 505. unde πούς pro ποῦς recipi debet. Exemplis hujus vitii, quod Etymologus philosophis vetus et quasi infixum dicit, a Schaefero ad Greg. p. 480. collectis adde τοῦ νοός Euseb. H. Eccl. X. 4. 470. Joann. Zonar. Ann. III. 118. B. Anna Comn. V. 144. C. νοΐ Philo Legg. Alleg. p. 58. A. Gregor. Naz. Or. II. 48. E. VIII. 232. Hermes ap. Cyrill. c. Julian. L. I. 55. A. quae quis credat Fischero e forma recti casus ὁ νός extitisse? Illis congruunt adjectiva κουφόνοες Polemo Physiogn. I. 5. 182. παχύνοες Phot. s. v. μεγαλόνοες Adamant. Phys. VIII. 242. *Τοῦ πλοός* Arrian. Peripl. Erythr. pag. 176. Anna Comn. III. 98. A. XI. 322. C. τοῦ ῥοός Ar-

Ἀνθέων γράφε, ἀλλὰ μὴ ἀνθῶν, ἵνα μὴ συνεμπέσῃ τῷ ἀνθ' ὧν ἔγραψας, καὶ ἀνθ' ὧν ἔδωκας. †)

Ὀλυμπιονίκης Ὀλυμπιονίκου. ἀπὸ γὰρ τοῦ νίκη. Πολυνείκης δὲ Πολυνείκους, ἀπὸ τοῦ νεῖκος γίνεται. ††)

Ὑπερείδης Ὑπερείδου, ὡς Πηλείδης Πηλείδου, διὰ τὸ τύπον ἔχειν πατρωνυμικοῦ. †††)

---

rian. l. c. p. 168. τῷ ῥοΐ Porphyr. Schol. ad Il. p. 284. ed. Valck. Τῆς βυρσοδεψικῆς ῥοός Dioscor. I. 148. 57. b. ῥοὸς βυρσοδεψικοῦ Galen. de Comp. Med. p. Gen. V. 15. 801. E. de Comp. Med. p. Loc. III. 6. 500. ῥοῦ συριακοῦ de Ther. ad Pamph. p. 963. T. XIII. ῥοῦς εἴτε ἀρσενικῶς ἐθέλοις ὀνομάζειν αὐτὸν εἴτε θηλυκῶς de Comp. Med. p. Locc. VI. 4. 496. D. unde idem modo τῆς ῥοῦ, modo τοῦ ῥοῦ, interdum τοῦ s. τῆς ῥοός. Eadem inconstantia Hippocrates ἡ ῥόος ἡ ἐρυθρή de Morb. II. 9. 561. D. de Nat. Mul. XXX. 696. D. et ὁ ῥοῦς XXX. 696. B. XXXV. 706. B. de Morb. Mul. I. 29. 747. Ῥοΐ Dorio Athen. VII. 174. 134. sed ad secundam declinationem ῥοῦ et ῥοῦν Theophr. Caus. Pl. III. 17. Alexis Poll. VI. 66. ῥοῦν etiam Solon ap. Photium. Τῷ χνοΐ Theophr. Caus. Pl. VI. 14. 367. antiquissimum hujus aberrationis exemplum, quamne in Porphyrium quidem et Marinum cadere censet Boissonade ad Mar. p. 29. sublatum nuper Schneideri mutatione χροΐ.

†) Suidas ἀνθέων Ionum commune esse ait et Atticorum, quod confirmat multis testimoniis; Etymolog. idem quod Herodianus (et Thomas). *Nunnes.*

††) Multis ambagibus de hoc et sequenti articulo in Fr. Herm. p. 505. disputatur.

†††) V. Etymol. qui videtur Ὑπερίδης sine diphthongo efferre. *Nunnes.* Nomen oratoris etiam Ὑπερίδης absque diphthongo et recte, si ab Ὕπερος fiat, ut tradit Etymologus: Ὕπερος, Ὑπερίδης, ὡς Ὕλλος, Ὑλλίδης. Ὕπερος satis celebre nomen ex Athenaeo, Suida et aliis. An pro eo Ὑπερεύς quidam? Sic Ὑπερείδης conveniret, quod

Φακή καὶ φακός ἐπὶ τοῦ ὠμοῦ, φακῆ δὲ φακῆς ἐπὶ τοῦ ἑφθοῦ. †)

Φιλοπότης ὁ τοὺς πότους καὶ τὰ συμπόσια φιλῶν. φιλοπώτης ὁ πολλὰ πίνειν φιλῶν. ††)

---

caeteroquin valde suspectum mihi et forte a scribis, qui nimiam similitudinem quaerebant inter *Πηλείδης* et *Υπερείδης*. *Pauw*. Omissum a Nunnesio nominativum *Πηλείδης* Piersonus e cod. revocavit.

†) Schol. Arist. Plut. *φακός* in cruda, *φακῆ* autem sono inflexo in lente cocta proprie dici observat. Idem Etym. Lucian. in Soloec. Thomas *φακοί* in plurali ait dici pro lente et pro lenticula palustri; in ora autem nostri MS. haec accessio facta est, *φακόν* in LL. Regum pro vase aquae positum. Fortasse ita appellabatur a forma lentis, quod Celsus L. II. *lenticulam* videtur dixisse. Hinc et Galen. in Gloss. *φακούς* interpretatur *ἀσκούς, κεραμούς*. cf. Suid. *Nunnes*. Emendatius e cod. Piersonus: *Φακός, φακοῦ ἐ. τ. ὠμοῦ, φακῆ δὲ φακῆς ἐ. τ. ἑφθοῦ. φακὸς ἑφθὸς* Hipp. de Morb. Mul. II. 60. 832. A. Galen. de Comp. Med. p. Gen. XI. 760. quod Grammaticorum praecepto, a Photio et Schol. Lucian. Icarom. XVIII. 27. T. VII. repetito, non magis adversatur, quam *φακὴν* (leg. *φακῆν*) *ἑψῆν* (sic Vatic. pro *ἑψεῖν*) Hippocr. de Morb. Mul. I. 98. 799. A. T. VII. et apud Theophrastum, quem Fischerus in Ind. Atticistis repugnare putat. Sed *φακῆ* pro *φακός* usurparunt Hipp. Epidem. VI. 536. F. Dioscor. I. 11. 9. a. et *φακοί* pro pulte Pherecr. Athen. IV. 50. 21.

††) Hanc differentiam Etym. p. 794. adscribit Herodiano in Lib. *εἰς τὰ ζητούμενα τῶν μερῶν τοῦ λόγου*. Athenaeus docet, qui differant *φίλοινος, φιλοπότης* et *φιλοκωθωνίστης*. Fortasse Romani sic distinguerent, ut *bibosus* sit *ὁ φιλοπότης, bibax* vero *ὁ φιλοπώτης*. *Nunnes*. Apud Etymologum inepte scribitur *πῶμα γὰρ τὸν ποτὸν καὶ οὐ πόμα*. (Imo rectissime. v. Porson. ad Hecub. 396.) Neque Sylburgius bene *πόμα γὰρ τὸ ποτὸν καὶ οὐ πῶμα*· nam sic sibi ipse contradixisset bonus Grammaticus. Legendum sine dubio *πῶμα γὰρ πόμα καὶ οὐ τὸν πότον*. Quid autem in ipsis vocibus, quod istam distinctionem probet? Id nullus ego video. Nam ipsum *πῶμα* nihil pro-

Τὸ ἱέρεια, ὡς ἀπὸ τοῦ ἱερεὺς ἱέρεια· ὥσπερ ἀπὸ τοῦ Ὀδυσσεὺς Ὀδύσσεια, παρώνυμον. τινὲς δὲ ῥηματικὸν ἀξιοῦσιν εἶναι παροξύνοντες τὸ ἱερεία· ὡς τὸ ἀριστεία, ἰατρεία. πρὸς οὓς ῥητέον, ὡς τὸ ἔργον σημαίνει ἡ ἰατρεία, καὶ ἡ ἀριστεία· οὐκέτι δὲ καὶ ἡ ἱέρεια. ἱερωσύνη γὰρ τὸ ἔργον. †)

Ηὐξάμην καὶ εὐξάμην, ηὐδόκουν καὶ εὐδόκουν, καὶ ὅσα ἀπὸ τοῦ εὖ ἄρχονται. ††)

---

prie ad φιλοπώτης. Dicam, quod omnes intelligent. Pro πίνω olim in usu erat πόω, inde factum πῶμα, ab eodem πόω est πόμα; quare ista nihil omnino differunt, neque ab ō magno vel parvo ulla ratio discriminis hic peti potest commode. Sic tamen Grammaticus et quidem Herodianus, Grammaticus egregius; quantum est sapere Grammatice! Nos illa non capimus neque aliam in istis differentiam agnoscimus ullam, nisi quod unum vulgatius fuit quam alterum. *Pauw*. In Fr. Herm. p. 310. haec praeponuntur: Ἔτι ἁμαρτάνουσιν οἱ λέγοντες φιλοπότης, δέον φιλοπώτης· διαφέρει δὲ ταύτῃ· φιλοπότης μὲν — cetera eodem modo, ut et apud Zonaran p. 1809. leguntur. Pollux VI. 15. ὁ μὲν οἶνος πῶμα καὶ πόμα καὶ ποτόν. Ammonius p. 115. πόμα — ἐν δὲ συνθέτοις μόνον διὰ τοῦ ω, γαλακτοπωτεῖν. ὑδροπωτεῖν, quae non corrupta sunt, ut Valckenario videntur, sed ex ista Grammaticorum doctrina derivata. Eustathius p. 1716. 35. ἀττικῶς ἐκτείνει τὴν παραλήγουσαν ἡ ἄμπωτις, ὡς καὶ τὸ αἱματοπότης καὶ ὑδροπότης κατὰ Αἴλιον Διονύσιον. Ὑδατοπωτεῖν, quod metrum exigit, Cratino restituit Porsonus Advers. p. 251. φιλοπώτης, ἀκρατοπωτεῖν, Athenaei codex fidelissimus pluribus locis servavit. v. Schweigh. T. V. p. 391.

†) Thomas hoc ad verbum fere exscripsit; illud tamen mutat, ἱερατεία pro opere sacerdotis dicendum esse. *Nunnes*. Male abundat ὡς. *Pauw*. Tria prima vocabula ex toto removenda. Ἱέρισσα Epiphanium dixisse docet Hoeschelius.

††) Eustathius contra vulgi opinionem attica esse dicit τὸ εὐξάμην et alia hujusmodi et magis usitata quam ηὐξάμην et cetera hujusmodi, quae sunt dialecti com-

Τὸ ἔζων γράφεται καὶ ἔζη παρὰ Δημοσθένει πολλαχοῦ. ἐπεὶ καὶ τὸ δεύτερον καὶ τὸ τρίτον, ἐφύλαξε τὸ η. †)

Νέμω νεμήσω, καὶ θέλω θελήσω. οἱ παρατατικοὶ δὲ ἔνεμον, καὶ ἤθελον. ††)

Ἄκαιρον τὸ μᾶλλον πλουσιώτερον, καὶ μάλιστα πλουσιώτατος. †††)

Τὸ οὐδέποτε ἐπὶ μέλλοντος, οὐδέποτε ποιήσω. τὸ οὐδεπώποτε δὲ, μετὰ παρεληλυθότος· οὐδεπώποτε εἶδον, ἢ ἐποίησα. ††††)

---

munis. Contra Etym. ait Atticos his uti cum η, etsi cum ει aliquando eis utantur, ut ᾔκαζον. *Nunnes.* Indifferenter his utuntur Attici. Sic Plato in Symp. εὐπόρουν, in Protag. εὐλαβοῦντο. καθηῦδον idem ter in Symp. augmento in medio, ut καθήμην idem contra quam docent Grammatici pro ἐκαθήμην in Dial. de Philos. *Hoeschel.*

†) Lectio hic a Nunnesio vulgata peccat. Scribendum τὸ ἔζων γράφεται καὶ ἔζην παρὰ — Secunda et tertia persona primam aperte requirit in principio. V. Moeris pag. 148. et Etymol. in Ζωπυρεῖν. *Pauw.* Herodianus Piersoni p. 460. πλημμελὲς τὸ ἔζων· δέον δὲ ἔζην etc. Plenius accuratiusque in Fr. Herm. p. 315. Locus Aristophanis ibi citatus, non ex Lysistrata depromtus est, sed e Rann. 1073.

††) Eustath. et Etym. idem adnotant de θέλω, θελήσω, et Thomas de νέμω. *Nunnes.*

†††) Edidi Ἄκαιρον pro vulgato Εὔκαιρον, ut Nunnesius correxit et cod. Ruhnk. exhibet. Pauwius Herodianum εὔκαιρον scripsisse nulla ratione defendit. Nunnesius: „Planudes in Collectaneis docet ab Euripide et Homero hanc accessionem fieri comparativis et superlativis, quanquam de superlativis negat diserte fieri Lecapenus in Syntaxi.“ Exempla rei notissimae ab Hoeschelio corrasa omitto.

††††) Οὐδέποτε cum praeterito junctum pluribus Comici locis exemit partim recte partim secus Brunckius,

Χωρὶς εἰ μὴ δοίη, ἀδόκιμον. τὸ γὰρ μὴ καὶ τὸ χωρὶς ἀμφότερα ἀρνητικὰ ὄντα, ὁμοῦ πίπτειν οὐ δύναται, ἀλλὰ τὸ ἕτερον, ἢ τὸ μὴ, ἢ τὸ χωρίς. †)

Φασιανοὶ ἵπποι. Φασιανικοὶ δὲ ὄρνεις. ††)

μετὰ τοῦδ' οὐπώποτε δαίσῃ. Sic οὔπω pro οὐ πάνυ apud Oppian. Cyn. III. 391. et saepius.

†) Thomas in hoc dissentit a Phrynicho, ut aut Phrynichus eandem sententiam in aliis libris secutus fuerit, aut certe ἁμάρτημα fuerit μνημονικόν, in quod facile potuit labi, si habuit proximum Herodianum Phrynichus, ut nos habemus; sed utut sit, ille existimat utrumque dici posse χωρὶς εἰ et χωρὶς εἰ μή, ut πλὴν εἰ et πλὴν εἰ μή, et ἐκτός et ἐκτὸς εἰ μή. illa autem usurpari posse confirmat testimoniis Luciani. *Nunnes.* Apte Thomas illas adhibuit unius generis species. χωρὶς εἰ μή Plutarch. Symp. L. VII. Quaest. I. 3. 286. Apollon. de Synt. I. 28. 66. Sylb. de Adverb. p. 608. de Pron. p. 116. Steph. Byz. s. Ἄγκυρα. χωρὶς ἂν μή Plut. V. Camill. p. 151. Francf. χωρὶς ἢ εἰ Dio Cass. LII. 30. 685. LIII. 29. 728. χωρὶς ἢ ὅσα ib. 21. 716. χωρὶς ἢ ὅτι LXII. 20. 1220. v. Valcken. ad Herod. I. c. 164. cf. Not. ad I. 130. χωρὶς πλὴν ὅσοι Pausan. I. 34. 133. Πλὴν εἰ μή a Luciano reprehensum Demosthenis aliorumque exemplis comprobat Graevius ad Luc. T. IX. p. 478. Adde Aristot. de Anim. I. 3. 9. A. T. II. Isocrat. Symmach. p. 283. Theophr. Caus. Pl. I. 10. Liban. Decl. T. IV. p. 112. Athen. XIII. 93. 214. Paus. II. 35. 316. Aristid. Or. de Soc. II. 501. T. I. Πλέουσα πλὴν οὐκ εἰς Ἀθήνας Demosth. c. Dionys. 1290. quo stabilitur lectio Xenoph. Hier. I. 18. ab Athenaeo servata πάντες προςδέχονται πλὴν οὐχ οἱ τύραννοι.

††) Idem Thomas, sed addit locum Arist. Nub. 110. quasi existimet φασιανούς h. l. de equis Leagorae accipiendum esse, quod et alii arbitrati sunt, ut in Schol. legitur. Athenaeo tamen L. IX. 37. 427. aliud videtur, Aristophanem scilicet de avibus locutum, quod et Leagoras eas aleret prae luxu, et eo nomine a multis scriptoribus appellentur. Nullus tamen illorum scriptorum attice scripsit, praeter Mnesilochum fortasse, qui etiam, quia non est veteris comoediae poeta, sed mediae, ut

Προτένθης ὁ λίχνος παρ' Ἀττικοῖς ἀπὸ τῆς πρὸ προθέσεως καὶ τοῦ τένθω τὸ ἐσθίω. †)

Ὄπας τοὺς ὀφθαλμοὺς οὐ λέγομεν, ὑπώπια δέ. ὁμοίως καὶ τὸ λωποδύτης δόκιμον, ἐπὶ τοῦ τινὰ τὰ ἱμάτια περιδύοντος, τὸ δὲ λῶπος οὐ λέγομεν. ††)

Ἀπὸ τότε καὶ ἔκτοτε μὴ λέγε, ἀλλ' ἐξ ἐκείνου. καὶ καθόλου δὲ τοῖς χρονικοῖς ἐπιῤῥήμασιν οὐ συντάττουσι τὰς προθέσεις.

Μαχοῦμαι καὶ ὁμοῦμαι ἐνεστῶτες· λαμβάνονται δὲ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος. †††)

---

†) Schol. Arist. Nub. 1199. *προτένθας* docet appellari propolas aut institores, qui et *μεταβόλοι* dicerentur; significare quoque helluones s. catillones. Athenaeus ait eos, qui a Romanis praegustatores, a Graecis *προτένθας* dictos esse. Suidas *προτένθας* etiam appellatos, qui ante sacrificium praegustarent; nisi τὸ *προςφάγιον* pro obsonio more barbarorum usurpavit. v. Eustath. *Nunnes.*

††) Moschop. in Sched. *ὤψ* virili genere et longo *ω* in recto pro vultu aut oculis, at *ἡ ὄψ* sic pro voce scribendum esse. Gloss. *Λωποδύτης, grassator.* Eust. *χλαινοθήρας* ait etiam vocari. *Nunnes.* Ab *ὑπώπιον ὑπωπιάζω,* quod majorem habet emphasin quam quod in Greg. Naz. Apol. p. 23. legitur *ὑποπιάζω,* vel (quod Clem. Al. Strom. L. III.) *ὑποπιέζω. Λῶπος* Lucian. Philop. (XXII. 260. T. IX.) Theocr. XIV. 66. *Hoeschel.* *Ὦπας* e MS. restituit Piersonus; τοὺς *ὄπας* etiam apud Lucianum Lexiph. IV. 182. T. V. hoc vitiis adscribentem, sed multo saepius *οἱ ὦπες* legitur: Athen. VII. 27. 47. IX. 353. Poll. II. 55. Galen. de Comp. Med. V. 1. 475. B. Schol. Lucian. de Gymn. 13. 164. Etym. s. *Ἀστεροπή.* Ignotus Grammaticus in Bibl. Matr. pag. 146. inter illa, quae inscripsit *Ἴδιά τινα πόλεων,* male etiam haec tradit: *Ἀθηναίων τὸ ἄγαν, ἅλις, λῶπος τὸ ἱμάτιον, ὀθνεῖος ὁ ἀλλότριος, πέδον ἡ γῆ.* rectiusque Pollux VII. 42. *λώπη καὶ ῥάκη καὶ φάρος καὶ ἱμάτια* (leg. *εἵματα*) *ποιητικά· καὶ ὅ γε λωποδύτης καὶ ἡ συλολωπία ἀπὸ τοῦ λώπους ἐστὶν εἰρημένα. Λώπιον* Aristot. Top. I. 6. 2-6. Sylb.

†††) Moschopul. in Sched. p. 134. futurum *μαχοῦμαι*

Μέσον ἡμέρας, καὶ μεσημβρία, οὐχ ἡ μέση ἡμέρα. †)
Διήγησιν λέγουσιν, οὐχὶ διήγημα. ††)
Εὐθενεῖσθαι λέγοντες, εὐθένειαν οὐ λέγουσιν, ἀλλ' εὐετηρίαν. †††)

---

sessorem. v. Poll. Suid. Hesych. Demosth. in Mid. videtur eos *παρέδρους* nominasse, qui dabantur τῷ ἄρχοντι. Erat etiam et *πάρεδρος* aetate imperatorum quaestor sacri palatii, qui et *μέγας λογοθέτης* et cancellarius, ut ait Nicetas, appellatus est. *Nunnes.* *Συγκάθεδροι* Macar. Homil. XV. *Hoeschel.* Hesychius: *Συνθάκων, συγκαθέδρων.* Ulpian. in Dem. Mid. p. 193. C. *πάρεδροι γὰρ ἐδίδοντο νεωτέροις, οἱ νῦν συγκάθεδροι,* quod illi interpretando apponit Schol. Eur. Or. 1687. cf. Taylor. in Or. in Theocrin. p. 994. Vol. II.

†) Idem Thomas p. 609. qui adnotat et *μέσουσαν ἡμέραν* recte dici. *Nunnes.* *Περὶ μέσην ἡμέραν* Zosim. Hist. II. 24. *ὑπὸ μέσην ἡμέραν* Diogen. Ep. VI. *κατὰ μέσην,* scil. *ἡμέραν,* Liban. Decl. T. I. pag. 686. V. Nott. ad Phryn. pag. 55.

††) *Διήγησιν* Aphthonius in Progymn. Ammon. et Thom. observant *διήγησιν* dici in tota historia, *διήγημα* vero in parte illius, ut *διήγησις* sit tota Ilias, *διήγημα* vero Hectoris et Ajacis singulare certamen, eandemque esse differentiam inter *ποίησις* et *ποίημα.* Quod et Diomedes L. III. init. de poemate et poesi tradidit. Aristides sane in Musicis *τὰ διηγήματα* facit partes *τῆς διηγήσεως.* Thomas tamen addit scriptores abuti his differentiis. Aristoteles quidem in Poet. et Iliadis et Odysseae opus *διηγήματα* appellat. *Nunnes.* Mutilatum esse hunc Herodiani locum non temere suspicatur Hemsterhusius, ad Thom. p. 234.

†††) Thomas: *Εὐθενεῖν κάλλιον ἢ εὐθηνεῖν, εὐθενία δὲ οὐ λέγουσιν, οὐδ' εὐθηνία, ἀλλ' εὐετηρία.* *Nunnes.* Hoeschelius notat *εὐθενεῖν* Philonem p. 118. *εὐθηνεῖν* Aristotelem usurpasse, apud illum *εὐθηνία,* apud hunc *εὐθενία* legi. Horum omnium testimonia interpretes Thomae pag. 382. collegerunt, nihil ipsi ad judicandam veritatem afferentes. Et est sane res perdifficilis disquisitionis, quum et origo horum vocabulorum incerta et

Ὑποτίθησι μὲν δανειζόμενος τὰ ἐνέχυρα. ὑποτίθεται δ' ὁ λαμβάνων. †)

---

que quum apud Theophrastum Caus. Plant. III. 26. III. 74. Hist. Pl. II. 1. II. 7. aliisque locis herbae aut frutices εὐσθενεῖν dicuntur, mihi non dubium est, quin ille vel εὐθενεῖν vel εὐθηνεῖν scripserit, eademque correctio adhibenda est Synesio Epist. XCIV. 205. D. εὐσθενεῖ καὶ πιαίνεται, Dioni Cassio LIII. 8. 700. πάντων εἰρηνούντων καὶ εὐσθενούντων, Theophylacto Hist. pag. 190. B. εὐσθενοῦσα τοῖς πρὸς τὴν ζωὴν ἀναγκαιοτάτοις, multisque praeterea aliis, Liban. Ἐπιταφ. Ἰουλ. p. 621. Aristid. de Soc. I. 481. Quumque de pomiferis proprie εὐκαρπεῖν, de vitibus εὐοινεῖν, de corporibus animantum εὐτροφεῖν, de civitatibus εὐανδρεῖν (non solum εὐανδρεῖσθαι, ut Heynius statuit ad Pind. P. I. 78. v. Strab. I. 125.) usurpetur, communiter de his omnibus εὐθενεῖν dici solet.

Εὐθηνεῖν, quod Grammatici Ionibus tribuunt, in Hom. H. in Matr. Deor. XXX. 10. apud Herodotum II. 91. et Hippocratem de Aerr. et Locc. V. 65. indubium est, nec Aristoteli Polit. I. 4. 22. Theophrasto, et qui hos sequuntur, subtrahi posse videtur, qui omnes, communi κοινισμοῦ labe affecti, utramque formam miscent. v. Interpp. ad Thom. et Niclas. ad Geopp. V. 43. 406. Substantivum εὐθηνία s. εὐθενία apud Aristotelem, Theophrastum et recentiores scriptores usitatissimum est. Εὐθενία κτημάτων καὶ σωμάτων Aristot. Rhetor. I. 5. 65. T. IV. Buhl. ubi vulgatam scripturam εὐσθένεια duplex vitium coarguit; εὐθηνία σωματική Philo de Migr. Abr. p. 390. D. quod ineptissimum foret εὐετηρία dicere; sed apte dixisset εὐημερία τοῦ σώματος, ut Aristot. Hist. An. V. 9. 195. Error apertissimus est in Poll. III. 97. quum inter synonyma χαρά, ἵλεως διάθεσις, εὐθυμία, ex inopinato εὐσθένεια infertur, idemque emendandum est Diog. La. I. 38.

†) Ὑποτίθημι, ἐπὶ ἐνεχύρου, *obligo*, Gloss. ὑποτίθεσθαι, *pignorari*. Cicero: *Mars ipse fortissimum quemque ex acie pignorari solet. Nunnes.* Hic requiro diligentiam in tam accurato interprete. Qui mutuo accipit, ὑποτίθησι τὰ ἐνέχυρα, opponit pignori; qui accipit pignus, ὑποτίθεται. At contrarium putat interpres, quum foene-

Σοφώτατος τῆς ἡλικίας, ἀντὶ τοῦ τῶν ἡλικιωτῶν. †)

Εὐστομεῖν ἀντὶ τοῦ εὐφημεῖν, καὶ Ἡρόδοτος εὔστομα κείσθω.

Ὀλίγης ἐστὶ διδασκαλίας ἀντὶ τοῦ ὀλίγων δεῖται πρὸς μάθησιν. ††)

Ἀφηλικέστερος ὁ τὴν ἡλικίαν προβεβηκώς.

Μῆλα μηδικὰ τὰ νῦν κίτρα. †††) και κίτρια

πῖσαι pro πτίσαι Hippocrates, ut Palladius observat Comm. in L. de Fract. p. 273. T. XII.

†) Iisdem fere verbis hoc Thomas tradit. Hujus autem usus exemplum edidit Homerus ὁ γὰρ οἶος ὁμηλικίην ἐκέκαστο Od. *B.* 158. Ἐπιδὼν τῆς ἑαυτοῦ ἡλικίας ὅστις ἦν Aeschin. Fals. Leg. 526. quod Wolfius et Taylorus injuria suspectum habent. ἡ ἐλευθέρα ἡλικία Dio Cass. XLVII. 27. 509. et sic notum est συγγένεια, συμμαχία, θεραπεία, δουλεία, ἀκολουθία, πρεσβεία, ὑπατεία, αἰχμαλωσία usurpari, v. Abresch. Dilucc. Thucyd. p. 598. ἡ βοηθεία, ἡ τιμωρία, v. Valcken. ad Herodo. III. p. 275. ἡ συνοδία, *comitatus*, v. Kypke Observ. Sacr. T. I. 220. ἡ ἐξουσία Dion. Hal. VIII. 44. 1609. ἑταιρίαι καὶ ξενίαι Plut. V. Lysandr. XIII. 146. ἠκολούθει δὲ παιδείας λιπαρὴς ὄχλος Lucian. Amorr. VI. 263. T. V. i. e. τῶν πεπαιδευμένων. Ἡ πρωτοπορεία Polyb. IV. 11. Photius p. 594. στάσις, οὐχ ἡ φιλονεικία, ἀλλ' αὐτοὶ οἱ στασιάζοντες.

Xenoph. Memorr. IV. 2. 1. διαφέρειν τῶν ἡλικιωτῶν ἐπὶ σοφίᾳ. Damascius Suid. s. Ἀσκληπιόδοτος: Πολυμαθέστατος τῶν ἡλικιωτῶν.

††) „Sic etiam cod. Ruhnk.; Stoeberus legit ὀλίγος. Mihi neutrius phraseos exempla ad manum sunt, nec ratio satis perspecta est" Pierson. p. 475. Vulgata sanissima est. Even. Fr. III. ῥᾴστης εἰσὶ διδασκαλίας.

†††) Recte citria interpretatur; nam descriptio Theophrasti L. IV. nulli alteri generi eorum, quae vulgo mala Medica appellantur, convenit, ut vere disputat Athenaeus; illud separatim de foliis odoratis et de facultate contra venena, atque de floribus, qui fecundi sunt, si colum habeant, steriles vero, si non habeant, citriis

Τὸν λάρυγγα ἀρσενικῶς, τὴν φάρυγγα θηλυκῶς. †)

Ἐνεύναιον, ἱμάτιον καὶ ἐπιβόλαιον τὸ ἐν τῇ εὐνῇ. ††)

---

perbelle congruit. Phanias existimabat citrium appellari potuisse a cedro, quod aculeos prope folia habeat quam simillima cedro. Pamphilus scripsit, ut idem Athen. refert, citrum a Romanis nominatum. Graeci quidem veteres hoc nomen non agnoscunt, sed mala Medica aut Hesperia aut aurea aut Persica vocant. Hesych. indicum item malum nominat. *Κιτρίου* nomen, ut novum, non placet Galeno. Apud Varronem vero legitur citrum pro ligno mali citrii. Schol. Nicand. scribit *μῆλον* sine ulla adjunctione quoque pro malo medico usurpari, quod et *νεράντζιον* vulgo vocari addit. Hispani *Naranjas* appellant poma quidem ejusdem generis, sed minora et rotundiora, colore item magis ruffo, quae semper habent colum in flore. Nostri tamen Valentini ex gente Edetanorum genus etiam quoddam citri *Araniam* vulgo vocant, quod et minus et rotundius est vulgari. v. ap. Athen. plura. Virgilius Georg. II. malum medicum describit, ubi Servius ait Appulejum de arboribus negasse citrum esse, et idem Servius in explananda ea descriptione videtur eodem propendere. Macrobius L. III. Sat. contra disputat ex Oppio, qui de illis sic scripserat: *generantur autem in Perside omni tempore mala citria: alia praecarpuntur, alia interim maturescunt,* quod perbelle convenit citriis. *Nunnes. Μηλέα Μηδική· ταύτης ὁ καρπὸς οὐκέτι μῆλον μηδικὸν ἀλλὰ κιτρίον ὑπὸ πάντων ὀνομάζεται* Galen. de Medic. Simpl. VII. 11. 19. p. 204. C. T. XIII. cf. Eustath. pag. 1272. 40. et Interpp. ad Joseph. Antiqq. III. 10. 175.

†) Hoc praeceptum et praecedens de *Ἀφηλικέστερος* et quod sequitur de *Συμπολίτης*, a Phrynicho tractatur.

††) Hesych. *Ἐνεύναιον, μέγα καὶ πολὺ ἐγκοίτιον.* Eustathius p. 1791. 50. observat *ἐνεύναιον* dici tam lectum, quam stragulam quae in eo sternitur. Hesych. *Ἐπιβόλαια, ἐπιβλήματα.* Gloss. *Opertorium, amictorium. Ἐνεύναιον δέρμα,* pellis, quae cubili sternitur, Hom. *Ὀδ.* Ξ. at *Ὀδ.*

Πολίτης, δημότης, φυλέτης, ἄνευ τῆς σὺν, συνέφηβος δὲ καὶ συνθιασώτης καὶ συμπότης μετὰ τῆς σύν· ὅτι καὶ πρόςκαιρος αὐτῶν ἡ κοινωνία. ἐπὶ δὲ τῶν προτέρων οὐχ ὁμοίως. †)

Γέλως πλατὺς, οὐχὶ πολὺς ἐρεῖς. ††)

Il., ut annotat idem, ἐνευναίων dixit pro incubantibus. *Nunnes.* Ἐπιβόλαιον, quod Hoeschelius ex Ezech. XIII. 18. 21. citat, etiam Joseph. Antt. VI. 11. 359. stragulam vestem significat; πρόςκοιτον ἱμάτιον Philo Quod Somn. a Deo mitt. 580. C. v. Poll. VI. 10. X. 123. et Nott.

†) Θιασῶται Hesych. Suid. et συνθιασῶται Athen. Poll. Harpocr. Hesych. Suid. et Eustath. *Nunnes.* Συμφυλέτης I. Thess. II. ἡ συμφυλέτις Isidor. Pelus. Ep. VII. *Hoeschel.* Verba ὅτι καὶ πρόςκαιρος αὐτῶν ἡ κοινωνία Nunnesius convertit: *quia opportuna est horum societas*, reprehensus ob eam rem a Scaligero. „Quis haec, inquit, intelligit? Graece est πρόςκαιρος. Eleganter Herodianus; φυλέτης et δημότης semper sunt; nam civis meus, quamdiu vivit, est civis meus. Ideo πολίτης ἐμὸς dicitur, non συμπολίτης· quia, quibus praepositio σύν addenda, illa non sunt perpetua. Ut συνέφηβός μου tamdiu erit, quamdiu pubes erit; egressus pubertatem non erit. Itaque haec nomina πρόςκαιρα sunt, quae nimirum intra aliquod tempus consistunt. Nunc mens Herodiani aperta. Itaque vertendum erat: *Quia intra tempus est eorum communio.* Συμπολίτης etiam damnatur a Polluce, quanquam eo usus sit Euripides in Heraclidis. Sic Classicis Latinis civis meus, non concivis; at contra commilito meus, non miles meus; quia potest fieri, ut non semper sit miles. Itaque πρόςκαιρος est ἡ κοινωνία τῆς στρατείας." *Scaliger.*

††) In eandem sententiam congruit Thomas pag. 718. ubi Trillerus, Atticistarum flagellum, contraria Demosthenis, Xenophontis aliorumque testimonia proferens, Thomam ipsum cum praecepto suo πολὺν γέλωτα meruisse contendit. Quid nunc dicam? Herodianum neque illos legisse, neque Platonem, qui ἐποίησε γέλωτα πολὺν Char-

Δίκη ἡ ἰδία, κυρίως δ' ἐπὶ τῶν σωμ πραγματικῶν. γραφὴ ἡ δημοσία, καὶ μάτων ψυχικῶν. †)

---

mid. 155. B. aut Aristophanem, qui γέλων π Eccles. 379. κατάγελων πάμπολυν παρασχεθεί aut Euripidem, qui Ion. 1172. γέλων ἔθηκ πολύν usurpavit? Immo et legit ista, ut opi bavit ex animo, neque unquam credidit sibi fore, si iis, qui proprias sermonis urbani v rentur, hanc locutionem, πλατὺς γέλως, de commendasset, quae et Aristophanis exemplo Acharn. 1125. et ex natura ipsa expressa est, tellectum adjuvat. Hinc et recentiores rhet elegantiae aemuli, plurimis exemplis abunda Cherub. 119. C. Philostr. V. Apoll. IV. 20. nus, v. Sall. ad Thom. Zosim. Hist. V. 4. I MDXCV. 726. Nicet. Ann. L. II. 6. 47. C. λάτω Cyrill. c. Julian. VII. 225. D. Simili *bis dentibus ridere* et *naso suspendere* et tali munibus meliora sunt, quia plus significar habitum et gestum ridentis oculis subjiciunt men non omnibus, nec semper, nec ubique niunt naturae imitamenta, omniumque mi Tragici, quos Erfurdtius ad Aj. 373. ad refi cistas producit, his popularis sermonis festi possunt.

†) Contra observat Thomas, δίκην publica φὴν privatam, quod confirmat testimonio Pl thyphr. Nam quum Euthyphro privatam tendisset, eamque δίκην nominasset, ait So nienses non δίκην sed γραφὴν illam appell γραφὴν vult esse nomen specialius, δίκην lius. Harpocratio Herodiani sententiam pro γραφὴν dici accusationem in publicis crimini publicis, quod et Suid. sequitur; sed addit etiam peccatis dici. Terentius et Cicero di alicui more Graeco dixerunt. *Nunnes.* Th Calliergi et Vascosani ita, ut Nunnesius ex δίκη ἡ δημοσία, γραφὴ ἡ ἰδία. Male, et recte

Τὸ δυσωπεῖσθαι ἐπὶ τοῦ ὑφορᾶσθαι, οὐκ ἐπὶ τοῦ αἰσχύνεσθαι.

Ἀσύμβολος παιδείας, ὁ ἀπαίδευτος. οὐκ ἀσύμβολος δὲ ὁ πεπαιδευμένος.

Λευκὴν ἡμέραν διαγαγεῖν τὴν ἡδεῖαν καὶ ἱλαράν. †)

Τὸν ἕτερον τοῖν ποδοῖν οὐ λέγουσιν, ἀλλὰ τὸν ἕτερον πόδα. ††)

Ed. nova *δίκη ἡ ἰδία, γραφὴ ἡ δημοσία*, ut hic apud Herodianum. Id enim manifeste tuetur Platonis auctoritas, qua utitur Thomas, a Nunnesio non intellecta. Dicam tribus verbis: Privatam actionem non intenderet Melitus, sed publicam accusationem institueret; Socratem enim violatae religionis faceret reum. Istam accusationem non *δίκην* sed *γραφήν* vocandam esse monet ipse Socrates. Male Nunnesius hic *nam quum Euthyphro* etc. quod de Melito dicitur, improvide ad Euthyphronem transferens. *Pauw.* Idem Nunnesium contendit *ἐπὶ τῶν σωματικῶν* non *in controversiis corporis*, sed *corporum* reddere debuisse; *σωματικά* esse, quae corpora spectent omnigena, etiam humana; *πραγματικά*, quae negotia et facta; *ψυχικά* tertium genus constituere eorum, de quibus agi potest in judicio tam publico, quam privato. Brevior cod. Ruhnk. *δίκη ἡ ἰδία, γραφὴ δὲ ἡ δημοσία.* v. Georg. Lecap. in Lectt. Mosq. Vol. I. p. 60.

†) Hesych. *Λευκὴ ἡμέρα, ἀγαθή.* Catull. *candidi soles.* *Nunnes:* *Λευκὴ ἡμέρα* ex Eupolide Photius p. 158. ex Sophocle Antiatt. Bekk. p. 106. citat; locis ad Thom. et Herodian. citatis adde Aristaen. Ep. I. 12. Liban. Ep. MDXIII. 688. Anon. Suid. s. *Χρυσός.*

††) Hesych. Suid. Eust. et Thom. tradunt differentiam τοῦ *ἕτερος* et *ἄλλος*, ut *ἕτερος* in duobus, *ἄλλος* in pluribus dicatur, quam negat Schol. Aristoph. ab Atticis observari. Hesychius vero et Suidas illa saepe confundi affirmant. *Nunnes.* *Τὸν ἕτερον πόδα* praeter Dinar-

Δίκη ἡ ἰδία, κυρίως πραγματικῶν. γρα μάτων ψυχικῶν. ÷

αὐτουργοῦντος. σάνου· δημόκοινος ...· δήμιος δὲ ὁ ἀ- :)

mid. 155. B. aut A Eccles. 3-9. κατά aut Euripidem, πολὺν usurpavit bavit ex animo fore, si iis, q rentur, hanc commendasse Acharn. 11 tellectum a elegantiae Cherub. nus, v. MDXC λάτω bis d. mun hab me ni T c

...uph. Eccl. 162. Paus. VI. 25. Aristid. Or. Socr. I. 276. T. I. 190. D. Lucian. Navig. XVII. LXXI. 7. 1181. et ipse Homerus 217. et idem ἕτερος κρόταφος Il. ...ονα Antiphan. Athen. XV. 40. 517. τὴν ἑτέραν αὐτοῦ γνάθον Nub. 1106. χεῖρα Eupolis Poll. IV. 188. τὸν ἕτε- ...ν Theaet. 165. B. Lucian. Icarom. XIV. ...gna est alterius generis auctoritas: τὸν Paus. IV. 15. VII. 2. Philostr. Epist. ...pollod. II. 5. 2. Galen. Comm. in Hipp. I. 26. C. T. XII. τὸν ἕτερον τοῖν ποδοῖν Philon. Quod Mund. Incorr. p. 951. C. ἐς ποδοῖν Philostr. Iconn. XVII. 889. ἡ ἑτέρα Liban. Ep. XLII. 21. Progymn. p. 860. T. IV. τῶν χειρῶν Paus. II. 27. (ἐν ἑτέρᾳ τῶν χειρῶν ...ὰ. Geras. I. 21. Wechel. male omisso articulo, Philostr. Imagg. II. 10. 843. κείμενος ἐς γόνυ ἕτε- θάτερον.) τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν Dion. Hal. V. Lucian. Icarom. XIV. 22. Aelian. H. An. IX. 7. ...φθαλμοῖν Alciphr. Ep. III. 6. Aristid. de Pac. 405. τῶν ὄψεων τὴν ἑτέραν Plut. Alex. III. 253. T. IV. ...νε Palaephat. C. XXII. διαβεβηκότες τὸν ἕνα πόδα.

†) Ὁ ἐπὶ τῆς βασάνου] Usitata constructio: ὁ ἐπὶ τῶν ...λίων Dem. de Cor. 265. ὁ ἐπὶ τῶν ὑπερητικῶν Aeschin. Fals. Leg. 251. ὁ ἐπὶ τῆς φρουρᾶς Plut. Arat. XXXIV. 527. οἱ ἐπὶ τῶν ἔργων Diod. XIII. 47. cum dativo commutatur, ὁ ἐπὶ ταῖς ἄρκυσι Xen. Cyr. II. 4. 25. et apud oratores passim ὁ ἐπὶ τοῦ θεωρικοῦ κατασταθεὶς Dem. de Cor.

*) Notum est nomina vitiorum κυλλός, στρεβλός, βλαισός, χωλός, πηρός, ἐνεός etc. ab iis, in quibus propria sunt, ad ea transferri, in quibus propria non sunt. Hesychius: Τυφλός — τίθεται καὶ ἀντὶ τοῦ κωφοῦ — Τυφλῶν ὁ ἤρων. leg. ὁ πηρῶν.

266. et ἐπὶ τῷ ib. 243. 264. et cum accusativo: ἐπ' αὐτὰ ταῦτα τέτακται Plato Tim. 356. T. IX. Nota haec sunt, sed tamen nonnunquam a Criticis neglecta. Apud Andocid. de Alcib. p. 116. αἱρεθεὶς ἐπὶ τούτῳ Reiskius ἐπὶ τοῦτο emendat. At vulgata lectio incorrupta est. ἐπὶ τούτῳ ἐργασθὲν Plat. Rep. I. 201. ἐπὶ τούτῳ φάσκων εἰςιέναι Lys. Apol. Erat. p. 4. Rursus apud Aristot. Rhetor. ad Alex. XXXVI. 147. ὁ νόμος ἐπὶ τὸ ὠφελεῖν τίθεται, non opus est Sylburgii emendatione ἐπὶ τῷ. Βαδίζειν ἐπὶ χρέους κομιδῇ Strab. VIII. p. 82. T. III. e cod. Vatic. restituendum pro κομιδήν, quod Casaubonus invexit. Idem Casaubonus apud Diog. La. I. 25. pro πέμπειν ἐπὶ συμμαχίᾳ accusativum substitui dicit. In Appian. Pun. XCVII. 459. ἐπὶ ὕλῃ διέπλευσε Schweighaeuserus in ὕλην mutavit. Vulgatam vindicant Arrian. Anab. I. 66. ἔπεμψε ἐπὶ συλλογῇ, Eur. Iph. T. 1040. βρέτας, ἐφ' ᾧ πεπλεύκαμεν, Pausan. VII. 7. 261. ἐπεπόμφεσαν ἐν κατασκοπῇ, leg. ἐπί. Saepe etiam uterque casus in eodem verborum ambitu: Διονυσίου ἐρομένου, ἐπὶ τί ἥκοι, ἔφη, ἐπὶ τῷ μεταδώσειν Diog. La. II. §. 77. ἐπ' αὐτὸ τοῦτο καταπεμφθεῖσα, ἐφ' ᾧ κοινὸν ἀγαθὸν ἀνθρώπων εἶναι Synes. Ep. XXXVIII. 179. quae mutare non audeo.

Ὁ ἀπάγων τὴν ἐπὶ θανάτῳ] Pro ἐπάγων sic emendavit Scaliger, consensu codd. Piersoni. Ἀπάγεσθαι τὴν ἐπὶ θανάτῳ Polyaen. V. 2. 12. Philo in Flacc. 977. B. Pausan. I. 20. 75. Joseph. Antt. XIX. 4. 945. neque injuria Schaeferus Melet. p. 109. accusativum ab hoc genere excludere, et in simili constructione συλλαβεῖν ἐπὶ θάνατον Isocr. Paneg. p. 101. Wolfius et Corayus tertium casum requirere videntur. Sed θάνατον καταδικασθεὶς Dion. Cass. LXVIII. 1. 1118. Gregor. Naz. Or. IV. 119. C. quem casum etiam Diodori codd. substituunt I. 78., non sollicitem, etsi saepius θανάτῳ καταδικάζεσθαι Diod. XIII. c. 101. Joseph. Antt. IX. 7. 525. Arrian. Alex. XII. pag. 175. Cyrill. c. Julian. VIII. 277. E. legitur; et similiter κατεγνώσθη θανάτῳ Aelian. V. H. XII. 49. (cujus alterum exemplum Abreschius se vidisse negat Dilucc. pag. 559.) Tzetz. Chil. VI. 80. et θάνατον καταγνωσθεὶς Euseb. V. Const. L. II. 55. 554. quod et Aeliano V. H. IX. 21. fortasse reddendum pro κώνειον πιεῖν καταναγκασθείς, ubi cod. κατακριθεὶς exhibet.

Thomas: *Δημόκοινος καὶ βασανιστὴς ὁ στρεβλῶν — ἔνιοι δὲ βασανιστὴν λέγουσι τὸν ἐπὶ τῆς βασάνου.* *Βασανίζειν* pro judicare notum Atticis ex Etym. et Suid., non pro punire: Quamvis idem Suidas confirmat *βασανίζειν* etiam esse torquere. Hesych. *Βασανιστὴς, ὁ δημόκοινος, πολλάκις δὲ ὁ διαιτητὴς καὶ ὁ παρὰ τῶν ἀνδραπόδων τὴν ἀλήθειαν πυνθανόμενος.* *Nunnes.* *Βασανιστὴς* pro tortore quaestionario Philo *Quod omn. prob. lib.* p. 881. Euseb. H. Eccl. V. 1. 200. VIII. 10. 388. pro arbitro Demosth. c. Pantaen. p. 978. Illum (servum scil. qui ipse tormentis adhibendis operabatur) veteres *δημόκοινον* dixisse Herodiano consentiunt Helladius p. 975. Harpocratio, Etymologus: *δημόκοινος ὁ δημόσιος βασανιστής.* „Ita videtur Isocrates illud in tortore usurpasse; quo tamen nomine posteri, ut ait Eustath. p. 1833., in convitio abutebantur, ut quemvis impurum *δημόκοινον* nominarent (sic Athen. X. 15. 35.). hinc et *δημόκοινος* est appellatus *ὁ πόρνος*, ut docet Hesych. Poll. VIII. 71. *δημόκοινος ὁ πρὸς τῷ ὀρύγματι:* locus ubi sontes puniebantur. (v. Tayl. ad Lycurg. c. Leocr. p. 221. T. IV.) Nunc superest *δήμιος*, quod Etym. cum *δημόκοινος* confundit. Pollux vero ait esse *τὸν παραλαμβάνοντα τοὺς ἀνῃρημένους.*" *Nunnes.* *Δήμιος* est qui damnatos morte afficit, *ὁ τῶν ἐπὶ θανάτῳ καταδικασθέντων φονεύς* (Hellad.) Diphil. Athen. VI. 12. 376. Plutarch. V. Cicer. XXII. 354. Philostr. V. Ap. I. 12. 13. Aristid. T. II. 91. Lucian. Dial. Meretr. X. 240. Chrysipp. Athen. XIV. 6. 231. qui Platoni *ὁ κοινὸς δήμιος τῆς πόλεως (κτεινάτω)* dicitur Legg. IX. 41. v. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 25. quem licebat conjunctis vocabulis *δημόκοινον* vocare, quomodo Philo de Legat. ad Caj. pag. 1005. D. *ἀνδροφόνους καὶ δημοκοίνους* componit. Eundemque *δήμιον* etiam tortoris munere functum esse, et Aeschinis locus p. 206. et Hesychius confirmat. *Δημόσιος* generalius nomen, omnes servos publicos, praecones, v. Hemsterh. ad Poll. IX. 10., scribas, apparitores complexum, v. Dorvill. ad Char. p. 236. et 376. Taylor. ad Lys. p. 836. etiam tortorem significat, Plutarch. de Garr. XIII. 115. et eum qui damnatis venenum miscet, V. Phoc. XXXVI. 40. carnificem, Dio Chr. Or. XXXI. 610. ubi in margine *δήμιος, δημόκοινος* adnotatur. v. Sturz. Dial. Mac. p. 158.

Τεχνήσασθαι τὸ μετὰ τέχνης τι κατασκευάσαι. τεχνάσασθαι δὲ τὸ κακουργῆσαι. †)

---

†) Significationis haec diversitas neque natura inest his nominis *τέχνη* declinamentis, neque usu probari videtur. Pro moliri, machinari, rem adornare, *τεχνᾶσθαι* posuerunt Homerus *Ἰλ. ψ.* 425. Hy. in Apoll. 326. (*δόλον*) Apoll. Arg. IV. 462. Herodo. I. 63. II. 21. Aristoph. Vesp. 177. Thucyd. I. 122. IV. 26. et 47. Eur. Heracl. 1003. Dion. Hal. Antiqq. IV. 55. 774. Plutarch. V. Sertor. XI. 14. T. IV. etc. quibus locis omnibus nulla operis artificiosi sed fraudis aut consilii initi significatio inest. Sic et Atticista Villoisoni tradit p. 84. *Ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν δολιεύεται, ἐπιτεχνᾶται.* Et nomen *τέχνημα* ad eandem sententiam, *δόλια τεχνήματα* Eur. Iph. T. 1355. *κάπηλα τεχν.* Aeschyl. ap. Suid. Plutarch. V. Caes. XLIX. 420. Aelian. H. An. II. 22. *Τεχνάζειν* autem pro artificis opere: *ἅμαξαι τετεχνασμέναι* Hipp. de Aerr. et Locc. VI. 93. 88. Cor. quo sensu paulo supra c. 90. *τετεχνημένον* positum erat; *τεχναστά*, arte facta, Aristot. de Part. Anim. I. 1. 471. E. T. II. *ἀτέχναστον καὶ ἀνεπιμέλητον* Nemes. de Nat. Hom. 44. 587. *τέχνασμα σιδήρων* Herodian. IV. 175. *σιδηροβόρον τέχνασμα σιδήρου* (lima) Oppian. Cyn. II. 174. *γραφὴ εἰς ἐπίδειξιν ἐπιτετεχνασμένη* Euseb. H. Eccl. V. 11. 224. Jam pro me peroret Nunnesius: „Haec habui, inquit, quae in Phrynichi libello atque Herodiani fragmento potui observare. Si quis plura requirat, quae ad elegantem sermonis Attici consuetudinem pertineant, is adeat Scholia Aristophanis, Harpocrationem, Thomam, Moschopulum atque eos, qui de dialectis scripserunt, atque omnium in eo genere copiosissimum Pollucem. Poterunt etiam multum praesidii afferre ad eam facultatem comparandam explanatores Graeci Demosthenis et Thucydidis atque poetarum. Ac his quidem magistris usus, qui fores illi aperient Atticismi, ingrediatur penetralia illa elegantissima veterum Atticorum, quos inprimis imitandos esse censuit Phrynichus. Tum licebit eos etiam adire ex minoribus, quos Thomas et Moschopulus laudant; ut, si quid in illis forte desideretur, ex his, qui proxime ad illos accedere conati sunt, repetatur. Hanc judicii et delectus rationem si secuti essent, qui novis

Lexicis coacervandis semper student, et ad elegantiam linguae graecae plus praesidii atque ornamenti attulissent et suae dignitati atque posterorum commodis melius consuluissent. "

PARERGA.

CAP. I.

DE TERMINATIONE SUBSTANTIVORUM COMPOSITORUM

AD

PHRYN. ECLOG. P. 421. ET P. 11.

Posteaquam literae et artes a communi jugo in diversas diffluxere partes, perpetuum fuit inter eas de principatu certamen, ac, velut in palaestra, quum restim ductant, mutuo annisu tum propelluntur tum reciprocantur, ita alterna inclinatione studia mortalium ultro et citro rapta sunt. Et apud Graecos quidem initio dominata est philosophia; quae quum diu in summo stetisset fastigio, repente Grammatice, tacito incremento aucta, totis insurrexit viribus. Hanc dico Grammaticam, antiquitatis indagatricem, quae hominum, temporum, rerumque gestarum monumenta memoria et judicio complectitur. Cujus scientiae incredibilis suavitas semel percepta, per duo fere secula hominum mentes ita tenuit, ut nulla vehementius, quam Grammaticae, studia vigerent, ac ceterarum artium amor paulisper refrigesceret, donec sub ortum christianae religionis velut exsatiati vetere pabulo animi ad philosophiae et eloquentiae umbratilis studia converterentur. Ac jam secundi seculi decursu Grammatice, a fonte vaga et libera, in angustiorem alveum coerceri coepit,

partitione quadam facta literarum, quas veteres illi artifices, Ptolemaeorum aequales, uno vinculo constrictas tenuerunt. Namque a rerum, quae veterum scriptis continentur, interpretatione segregata est infinita verborum quaestio sive doctrina verborum pronunciandorum, declinandorum et construendorum. Fuitque haec Grammaticorum, qui sub Caesaribus floruerunt, propria professio, qui doctrinae elegantia et literarum varietate helluonibus illis, in omni fere parte humanitatis eruditis, haud dubie cesserunt, disserendi autem subtilitate et artis absolutione plerosque vicerunt. Quam ad rem duo maxima habuerunt adjumenta, usum patrii sermonis et dialecticae facultatem; tertium quiddam, quo ars consummatur, aliarum linguarum cum graeca comparationem, adeo illi neglexerunt, ut ne ii quidem, qui alienas linguas et nossent et tractarent, (quod fecerunt multi) ullum ex ea re fructum tulisse videantur. Mox ea tempora consequuta sunt, quae summam veteris disciplinae mutationem afferrent, ac primum apud exteros literarum lucem exstinguerent, tum etiam Graeciae ipsi eruditionis domesticae fomenta paulatim subducerent. Atque in hoc communi literarum aestu non mirandum est Grammaticam, a philosophiae et rhetoricae contubernio jam dudum remotam angulisque Auditorii conclusam †), pristinam dignitatem haud amplius valuisse tueri, sensimque ad epimerismos et canonismata atque illam exilem schedographiam recidisse. Neque prius his angustiis emersit, quam ultima Graecarum literarum stirps, a patrio solo avulsa, inter vegetos barbaros refloruisset, quibus quum Graeci exules patrii sermonis praecepta breviter

†) V. Du Cang. Constant. Christ. L. II. p. 150. De successionibus Grammaticorum Byzantiorum is nos edocebit, qui Grammaticae artis historiam perscribere aggredietur, rem sane gravis moliminis atque haud scio an huic aetati denegatam.

et summatim tradere coepissent, nova extitit Grammatica e veterum Technicorum reliquiis tenuiter conflata ac toto genere adstrictior, quippe in una analogia explicanda occupata. Rationalem enim Grammaticam, quam superiores illi recens a philosophis inchoatam ac prope musteam supinis acceperunt manibus, neque Byzantii auctores attigerunt, neque ista aetas, in elementis adhuc haerens, magnopere desideravit. Eaque causa fuit, cur syntactica pars, quam ne veteres quidem Grammatici ad artem revocare potuerunt, neque tunc invalesceret, et postea etiam, quum ab etymologica rursus divortium fecisset, tardiores haberet progressus. Huic enim doctrinae quae subjecta est materies, in tanta versatur et rerum et verborum varietate, ut, nisi ratione explicetur et ad communes summas referatur, neque cogitatione comprehendi, neque stilo explicari possit. Byzantios qui proxime consequuti sunt, prorsus eundem tenuerunt cursum, nisi quod vetustiores Grammaticos, sub hoc tempus in lucem emissos, ad partes vocarunt; quorum praeceptis adspersa est Grammatica Scotina. Erant autem tum omnium animi ad alia studia imitandi, interpretandi et emendandi tantopere intenti et affixi, ut, quamvis summa illa aetas tulisset ingenia, tamen nemo existeret, qui ad hanc doctrinam studium conferret suum. Unde mox tota res ad mediocres homines, (ac non nunquam etiam ad summam faecem) venit, qui non plus professi sunt, quam puerilis institutio postulare videretur. Quorum quum unus alterum emendare studeret, nemo autem priores respiceret, neque artis hujus scripta et monumenta adtingeret; tota disciplina ita sui facta est dissimilis, ut in summariis istis, quae proximis abhinc seculis edita sunt, nullum fere appareat veteris structurae vestigium. Atque omnes illi, specie dispares, genere tenues, nihil aliud adtulerunt, nisi ut viam et ordinem docendi subinde mutarent, atque

Alterum est, ut doceatur, qua ratione Graeci prima cujusque vocabuli stamina cum personarum et casuum notis conglutinaverint; tum, ut et ea, quae minus apte coirent, literarum vel interpositu vel detractu vel mutatione aliqua emollire, et iis, quae minus ponderosa viderentur, momenta vocalium et consonantum addere quaesierint. Deinde, quo artificio a verbis simplicibus vel simplicium inclinamentis alia vocabula derivarint, additis quibusdam syllabis, quae genus vel classem cujusque notarent. In quibus omnibus tum diligenter est habenda ratio eorum, quae in prima parte constituta sunt, tum nihil magis cavendum, quam ne ultra, quam res patitur, progrediamur, neve putemus mirificam illam Thauthi telam filatim retexi posse.

Illa autem si quis omnino neget in Grammatica quaeri et tractari oportere, haud sane video, qui locus huic quaestioni aptior futurus sit. Quid? recentiores Technographi quum de terminationum, quibus nominum genera inter se distinguuntur, varietate singillatim praecipiunt, quid aliud declarant, nisi illa quoque, quibuscum haec necessario vinculo conjuncta sunt, in arte tradi oportere? Et quo tandem alio loco accentuum ratio explicari poterit, quae cum verborum conformatione ita cohaeret et implicata est, ut, hac demum patefacta, aliquid de primigenia accentus sede (quae fuit in omnibus primitivis eadem) ejusque cum vocabulorum incrementis progressu et regressu suspicari possimus?

Hisce rebus pro copia perfectis quartus locus superstrui poterit de vocabulorum diversorum compositione, quo universa hujus operis fabrica absoluta erit. Neque est ulla sermonis graeci pars, in qua vis ratioque illa naturae fictrix, orationis effectrix, clarius appareat. Itaque hujus loci perexiguam sed maxime incultam partem tractaturus haud sane vereor, ne quis

byll. Or. V. 576: κενθμωνοχαρής Synes. Hy. IV. 46. λυτροχαρής Sibyll. VIII. 790. Sed εἰδωλοχαρής, εἰροχαρής, κλινοχαρής, ἐπιδεσμοχαρής, μουσοχαρής, νεβροχαρής, μικροχαρής Longin. de Sublim. IV. 16., ὀρειοχαρής et οἰνοχαρής ex Anthol., ὀχλοχαρής, παγχαρής, πολυχαρής Hesych. s. πολυγηθής, σκυλοχαρής, ὑδροχαρής Eustath. 1913. 40. 1326. 56. atque alia a Graefio citata ad Meleagr. pag. 122. in Lexicis prostant e scriptoribus seculi secundi, tertii et insequentium excerpta. Sed haec ad prooemiandum satis. Nunc ad rem aggrediar initiumque ducam ab eo genere vocabulorum, quod Phrynichus ipse praeceptis alligare conatus est.

§. I.

Οἰκοδομή specimen vitiosae compositionis, quo regulae summa traditur.

Est autem Phrynichi praeceptum hoc: *Οἰκοδομή οὐ λέγεται, ἀντ' αὐτοῦ δὲ οἰκοδόμημα.* Id si quis alio intentus tantum in transitu adspexerit, haud sane maximi momenti esse judicabit, praesertim quum falsum esse possit. Appromittunt quidem Thomas p. 685. et Schol. Thucyd. I. 93. *τὸ οἰκοδομία τινὲς ὀξυτονοῦσιν· οἰκοδομὴ δὲ οὐκ εἴρηται:* quae, ut permulta alia ex hoc abscondito fonte hausta, eodem modo tradit Suidas: *Οἰκοδομία οἱ Ἀττικοὶ ὀξυτόνως αὐτὸ ἀναγινώσκουσιν* etc. cui inutilissimam medicinam adhibuit Kuesterus, *παροξυτόνως* corrigens. Ex his Phrynichi consponsoribus unus, Thomas, multorum, quomodo ajunt, mendaciorum compertus et in hac ipsa fere causa temeritatis condemnatus †), alter plane incognitus testis est. Ita-

†) *Οἴκων ἐργάτης*, inquit, *καὶ τέκτων, οὐκ οἰκοδόμος:* quo utuntur clarissimi auctores, Herodo. II. 121. Hipp. de Vict. San. L. I. 8. 19. Plato Cratyl. 429. A. Rep. II. 231. Gorg. p. 123. T. IV. Xenophon Hell. VII. 2. 435. Aristoph. ap. Poll. VII. 7. tum etiam recentiores, Polyb. V. 89. Strabo I. 19. Maxim. Tyr. XXI. 398. Ae-

que si unus aliquis ex illa cohorte Antiatticistarum judex datus fuerit, jam ante, qui sit exitus futurus, praevideri licebit. Primum veluti velitandi causa scriptores Alexandrinos in medium evocabunt, Philonem de Vit. Jos. pag. 657. C. de Monarch. II. 822. A. Josephum Antt. XI. 3. 553. XII. 3. 599. XIX. 4. 942. et auctores sacros atque ecclesiasticos, Athanas. c. Gent. C. 47. 46. E. Euseb. H. Eccl. X. 4. 476. Socrat. Schol. I. 9. 56. His primo concursu fusis et disiectis succenturiabunt indigenas Graecos, Diodorum I. 46. Plutarchum V. Lucull. XXXIX. 338. T. III. Strabonem V. 2. 5. 130. Pausan. I. 19. 71. Apoll. Lex. s. πρυβλῆτες, et, qui his aetate inferiores, genere scribendi propemodum pares sunt, Aelianum H. An. I. 59. Heliodorum IX. 8. ad usque Geoponicos III. 15. 261. Mechan. vett. p. 83. Harmenop. Man. Legg. II. 4. 151. Zonar. Annal. II. 83. D. Schol. ad Apoll. I. 755. Tzetz. ad Lyc. v. 292. Ac si vel hi ex acie excesserint, in vices succedent Aristoteles de Mor. L. II. 14. 94. C. T. III. et Theophrastus H. Pl. III. 9., quorum alter Athenis educatus est, alter in illa vetere eloquentiae sede consenuit; adhibitis insuper senatus populique Atheniensis decretis ap. Plutarch. Vit. X Oratt. II. 276. T. XII. et Diog. La. VII. 11. 372. Denique, ut intelligamus, vocabulum istud tota Graecia pervagatum esse, omnesque in dialectos penetrasse, hinc Herodotum sistent II. 127., hinc Ocellum Lucanum II. 45. et Tabulas Heracleenses p. 231. 235. quibus adjunctum est proverbium Laconicum a Suida s. Ἵπποις literis proditum, sed certe multis ante seculis natum: Ἐν λακωνικῇ κατάρᾳ, οἰκοδομά σε λάβοι καὶ ἀμβολὰ ὅ τε ἵππος, καὶ ἁ γυνά τοι μοιχὸν ἔχοι. Quid igitur pro Phrynicho

---

neas Soph. Ep. XIV. Sed Thomae existimationi melius consuluit librarius Leidensis pro εὖ scribens κάλλιον ἤ —. Quod si hoc loco Magister nullo suo delicto in culpam et suspicionem venit, etiam aliis ejus criminibus haec defensionis ratio relicta est.

responderi potest? An hoc, quod sane promtum est dicere, et facile ad probandum, neque Platonem, neque Thucydidem, neque omnino quenquam eorum, qui eleganter attice scripserunt, illo nomine usum, esse? Esto, inquiet aliquis istius contrariae partis et rationis; quis vero nobis pro absentibus sponsor fiet? pro oratoribus, de quibus nulla monumenta loquuntur? pro veteris comoediae poetis? quos Phrynichum omnes ita pertractatos et quasi per incerniculum excussos habuisse, ut de singulis eorum verbis meminisset, tum per se incredibile est, tum in ceteras obliviosi magistri fallacias intuenti.

Hic igitur clare intelligitur, quanti ad omnem Atticistarum interpretationem intersit, non in singulis tricari exemplis, sed occultas praeceptorum voluntates et causas exquirere. Mihi quidem ille Phrynichi locus viam aperuit ad indagandam Graecorum in componendis vocabulis consuetudinem, qua strenue persequenda eo delatus sum, ut sermonem graecum triplici quasi nixu ad summum pervenisse intelligerem, ac primo quidem nomina et verba simplicia edidisse (*οἶκος — δέμω*), tum proxima fetura, utriusque generis compositione, novas substantivorum et adjectivorum formas protulisse (*οἰκοδόμος aedifex*), denique, ubi notionem his subjectam vel ad actionis passionisve vel ad abstracti significationem traducere liberet, eas rursus in verborum et nominum figuras deflexisse (*οἰκοδομία, οἰκοδομεῖν*), qua in re Graecorum lingua sursum deorsum gradatim progrediens, et nostra et multo magis latina praestat. Apparet autem, tertium genus ita ex altero suspensum esse, ut ad prius redire neque opus esset, neque conveniret. Unde rursus sequitur, ut nullum genus vocabulorum cum aliis vocabulis absolutis, neque relativis (quales sunt praepositiones) conjungi possit, quin terminatio, si modo sit mutabilis neque antinomia quaedam obstet, mutetur. Exemplo sit hoc

ipsum, de quo Phrynichus loquitur, vocabulum. Si quis hoc universum genus, quod *δομή* dicitur, ad certam quandam speciem revocare et aut aedis aut muri aut domus exstructionem significare vellet, huic aut *ναοδομία*, *τειχοδομία* dicendum erat, aut *οἰκοδόμησις*, *οἰκοδόμημα*, tanquam per transitionem adjectivi, aut verbi hinc deflexi: *τειχοδόμος*, *οἰκοδόμημα*. Atque sic tum alia, quae ab hac stirpe oriuntur, terminata sunt, tum illud omnium frequentissimum *οἰκοδομία* Plato Legg. VI. 758. E. VIII. 848. E. Rep. III. 401. A. Thucyd. VII. 6. *οἰκοδόμησις* Plato Gorg. p. 455. A. Legg. VI. 778. C. Rep. III. 394. A. Antiatticista Bekk. p. 110. *Οἰκοδομεῖν Πλάτων Πολιτείαις· Οἰκοδομίαν Θουκυδίδης ἑβδόμῳ. Οἰκοδόμησις Θουκυδίδης ἑβδόμῳ.* Verbum *οἰκοδομεῖν* quum nunquam in quaestionem venerit, ex *οἰκοδομία* depravatum videtur, qua forma Plato utitur de Legg. VIII. c. 12. (848.). *Οἰκοδομή* contra neque Pollux VII. 117., quo loco omnia vocabula a *δομή* composita ex ordine recenset, commemoratione dignum habuit (nam in cod. erratum esse apparet), neque mihi illud in Atticorum scriptis oblatum est. Sed incauti quidam novatores, qui *οἰκοδομία* actionem exstruendi, non effectum, significare videbant, terminationem primitivi *δομή* repetentes, quod et *ἐνέργειαν* et *τὸ ἐνεργούμενον* indicat, quum aedificium significare vellent, *οἰκοδομή* induxerunt, supplementum supervacaneum et inutile; nam veteres hoc ipsum *οἰκοδόμημα* nominant. Deinde etiam ex ea significatione, in qua natum erat, egressum de aedificatione usurpari coeptum est. Sic in Argum. Orationis Aeschineae c. Ctesiph. p. 550. *οἰκοδομὴ τῶν τειχῶν* dicitur, quod ab ipso Aeschine *ἡ τῶν τειχῶν οἰκοδομία*. Et apud Josephum Antiqq. XI. 5. 565. ambae formae inter se de sedibus decertant, neque statutum habeo, utri causam adjudicem, quum fere par sit in his libris exemplorum numerus. Sed Herodotus, cujus patrocinio illam vocem niti credebamus, negat sibi eam notam esse. Nam-

quc isto loco, quem supra posuimus, Wesselingius et Reizius pro *οἰκοδομῆς* trium codd. auctoritate *οἰκοδόμησις* substituerunt, non hac interioro ratione, sed sententiarum ordine interrupto offensi. Schweighaeuserus, qui hos refutare aggressus est, a defensione absistet, ubi resciverit, substantivum illud meliore aevo inauditum, genere toto vitiosum esse.

§. II.

Nomina quaedam hac lege soluta sunt, sed sub certis conditionibus.

Etsi autem hoc universum genus traductione quadam efficitur, sic ut a verbis nomina verbalia, et ab his rursus quasi per traducem vocabula abstracta propagentur, quo fit, ut primitiva et derivata non inter se contingant, sed interpositu interjectuque nominum distineantur, tamen haec lex neque observata semper neque nullis finibus circumscripta est. In nomine *οἰκοδομή* tentatum an a lege discedi possit, in *μισθοφορά* impetratum est, neque id sine aliquo emolumento. Hoc, quo Aristoph. Eqq. 807. Demosth. p. 58. Isocr. Panath. 50. 418. Aristot. Polit. V. 4. 197. Lucian. Apol. p. Merc. Cond. XV. 285. Eunuch. pag. 206. T. V. Aristid. Or. Plat. II. 145. T. II. Themist. Or. X. 136. B. et alii utuntur, proprie mercedem (*τὴν τοῦ μισθοῦ φοράν*) significat: *μισθοφοράν ἰδίως οἱ παλαιοὶ τὸν μισθὸν τῶν στρατευομένων ἐκάλουν* Schol. Arist. Eqq. 408. *μισθοφορία* autem Demosth. c. Timoth. p. 1199. ipsam operam mercenariam, sic tamen, ut unum nonnunquam cum altero vices suas commutet, vel scribentium arbitrio, vel librariorum culpa, cujus confusionis vestigia multa in exemplarium discrepantiis occurrunt, v. Thucyd. VI. 40. Plat. Gorg. 515. E. Xenoph. Anab. VII. 1. 2. Polyaen. IV. 2. 110. Illa igitur transgressio quodammodo necessitate expressa et praeterea castrensi magis quam civili

consuetudine introducta est. Quam facile autem vitium semel susceptum radices agat et propagetur, ostendit + καρκοφόρα ab Hesychio sub Ἐπικαρπία appositum. Hoc tamen quum facilem habeat et promptam correctionem, ad regulam revocari posse videtur. Evincentibus autem vitiis cedendum erit, dummodo habeant quandam cum rectis similitudinem, quae aberrationis sensum non afferat, aut necessitate aliqua excusentur, sive vera, sive opinata.

§. III.

Nomina composita, vas et instrumentum significantia, simplicium modo terminata.

His igitur, quae vas et instrumentum notant, ut ad simplicium formam reverterentur, consuetudo indulsit, haud aliter terminos significationum discretura: ἱστοδόκη, καπνοδόκη, νεκροθήκη, οἰνοχόη, θερμοῤῥόη, ὑδροῤῥόη, ut scribitur Polyaen. I. 37. Apollon. Lex. 124. Poll. I. 224. Schol. Ven. Φ. v. 259. et Hesych. s. Ἀμάρη, sub quo nomine apud Suidan ὑδροῤῥύα legitur, quod etiam duo Aristophanis loci tuentur; est enim, ut Helladius ostendit, hoc vocabulum Atticis familiare pro ὀχετός. Tertia forma ὑδρορύα reperitur Hesych. s. Κορκοδρύα, quae ex ὑδροῤῥύη orta videtur, ut Anecd. Bekk. p. 434. ἀποῤῥύη, ἀπόῤῥυσις. Simplex ἡ ῥύα (τοῦ αἵματος) Aelian. H. An. VII. 37. pro quo Schneiderus Abreschii suasu ῥοή edidit.

Substantiva autem actionem infinitam significantia a nominibus compositis derivantur adsumto jota formativo: οἰνοχόος, οἰνοχοΐα, αἱμόῤῥοος, αἱμόῤῥοια, δραματοποιός, δραματοποιΐα. Quando jota illud insiticium cum praecedente vocali colliquescat, non difficilis est plerumque praeceptio; colliquescit enim cum litera ο, si nomen, unde ducitur, contractionem subit, ut, quae a ῥοῦς, πνοῦς, νοῦς, componuntur, semper diphthon-

gum recipiunt. Non colliquescit, si extremae nominis syllabae insociabiles sunt, v. c. εὐζοΐα, δυςηχοΐα, μελοποιΐα. Similiter a πολύθεος, πολυθεΐα, ἀθεΐα, formantur. Neque dubito, quin Graeci, si a πολύναος, λουτροχόος, χρυσοχόος, substantiva primae declinationis derivarunt, πολυναΐα (ut + πολυλαΐα Eusiath. 760. et 1104. 1. et δεκαναΐα), χρυσοχοΐα, οἰνοχοΐα Heliod. VIII. 1. 511. Schol. Ven. Β. 212., scripserint divisis vocalibus. Sic etiam in neutro genere dicitur οὐλοχόϊον, χρυσοχόϊον, de quo v. Hemsterh. ad Lucian. Contempl. p. 592. T. III. Sed muneris significationem proprio flexu notat οἰνοχοεία, ut Pseudo-Basilius praescribit Gramm. p. 608. D. quod librariis οἰνοχοΐα scribere consuetum est. Ex adjectivis in ης constat substantiva in εια duci, ἀληθής ἀλήθεια; si terminationem illam vocalis antegreditur, modo colliquescit, si est natura liquabilis, ἄδεια, δύςκλεια, σιτόδεια, †) modo literam ε in formatione substantivi adscitam expellit, ἡλιοκαΐα, εὐφυΐα, ††) modo expellitur, ὕγεια, ἀλεία, ταμεῖον, ut nonnullis scribere placitum; cujus elisionis exempla legitima praebet temenicorum genus universum, Ἀπολλώνειον, Ἴσειον, superiore quodam loco illustratum. Etym. M. p. 599. 37. εὐφυΐα ὤφειλε διὰ διφθόγγου, ὡς γίνεται ἀπὸ τῶν εἰς ης, ὡς εὐσεβής, εὐσέβεια. ἀλλὰ τὰ παρὰ τὸ φύω καὶ δύς (leg. ωδης) σύνθετα διὰ τοῦ ι γράφεται. Alio loco s. Θυσία

---

†) Quod passim σιτοδεΐα, ὀλιγοδεΐα etc. puncta diaeretica habent, Grammaticorum quorundam decretis prave inservitum est. Zonaras p. 1443. Ὀλιγοδεΐα ἀπὸ (leg. ἐπὶ) τῆς ἐνδείας, ὀλιγοδίαιτα δὲ ἐπὶ φόβου δίφθογγον. Distinctio oppido quam inutilis.

††) Hanc scripturam nunc ab omnibus receptam ut ab antiquitate traditam esse confiteamur, cogit nos Gregorius Naz. in Carm. de Vita sua p. 4. D. εὐφυΐαν pro quadrisyllabo usus; nec defuerunt, qui ναυΐα, αἰθυΐα, + δικτυΐα Aelian. H. An. XII. 43. scriberent, juste reprehensi ab Herodiano Herm. p. 307.

+ *μεταπνοή* Hesych. s. *Μετάψυξις*, + *περιπνοή* Galen. de Differ. Febr. II. 15. 148. B. *ἐπιχροά*, *συσσοή*, + *εἰςροή* Marcian. Peripl. pag. 5. + *καταῤῥοή* Aesop. Fab. CCCXLII. 466. Steph. Byz. s. *Διονυσόπολις*, subrepente tamen invicem diphthongo, *ἀντίπνοια*, *σύσσοια*, + *ἀντίῤῥοια* Theophrast. de Vent. p. 413. + *ἐπισύῤῥοια* Aelian. H. An. XII. 20. cujus utriusque formae summa est et in libris scriptis confusio et promiscuus, ut videtur, apud Graecos ipsos usus.

Una, si quaeris, hujus inaequalitatis causa in ipsa primitivorum inconstantia posita est, *ῥοιά*, *πνοιά*, *χροιά*, *στοιά* †): unde et verba nonnunquam colorem trahunt, *χροΐζω*, et saepissime adjectiva: *δεκάχοος*, + *δεκάχοιος* Hesych., *λιγύπνοιος*, *γονόῤῥοιος* ††), literis ō

---

†) Photius: *Στοάν καὶ σὺν τῷ ῑ στοιάν* (*στοίαν* paroxytone scribitur in Nott. ad Hesych.) *ἑκατέρως λέγουσι*. Apud Thucydidem VII. 90., Platonem (v. Fisch. ad Euthyphr. init.), Xenophontem et Aristophanem *στοά*, apud hunc etiam ternis locis *στωά* legitur, ubi spondei necessitas aut poetam ad mutandam scripturam impulit, aut librarios a mutatione prohibuit. Hinc et *πρόστωον* ducitur et *πρόστοον*. Hesychius: *Προδόμῳ*, *προστάδι*, *προστόῳ*. ubi Albertius *προστώῳ* malit., quam scripturam Grammatici et huic et ceteris adjectivis ab eadem origine profectis adserunt, v. Moschop. Sched. p. 89. sed et illud apud Platonem extat et *περίστοος* Diod. V. 40. Hesych. s. *Ὀρθόπτερος*, et *τετράστοος* Zosim. Hist. II. 31. 154. Caput est verbum *στέω*, unde ductum nomen et brevi et longa penultima et vero etiam cum diphthongo, ut *πνοιά*, *νεοίη*, prolatum et post Euclidem vario scriptum est. Sic *ὄα*, *ὦα* et *οἶα*, de quo multa Grammatici tradunt, *μνοία* et *μνώα*, quod apud Hesychium perperam *μνῶα* scribitur, ut *πτοῖα* in Annae Alex. VI. 188. B. Pro *πτοιά* s. *πτοά*, quod pro cetera hujus generis inconstantia modo acuitur Justin. Hist. p. 113. modo gravatur Etym. M. s. v., veteribus magis usitatum est *πτόησις* s. *πτοίησις*, v. Heindorf. ad Cratyl. p. 71. Schaefer. ad Greg. p. 923. Albert. ad Hesych. s. v. *Πτοιούμενος*. *Ἀκαταπτοήτως* ex Alex. III. 99. et *προσκαταπτοιεῖσθαι* V. 135. C. Lexicis addantur.

††) *Γονοῤῥοίης* ex *γονοῤῥύης* depravatum videtur; *τριχοῤῥύης*

lius Lex. T. III. 137. aliter Albertius ad Hesychium s. v. scribit. Ne igitur Lexicographi nostri *ἐπίῤῥοια*, *σύῤῥοια* etc. inter poetica numerare perstent, sed potius vulgaris Graecitatis licentiae adscribant, quae haec coeco impetu huc atque illuc versat. Sed quod paullo ante ostendimus, terminationem pro ratione significationis mutari, etiam hoc exemplo confirmabimus: quemadmodum *σύναψις* ipsam actionem, *συναφή* actionis perfectionem, *συνάφεια* autem statum ejus, qui *συναφής* dicitur, denotat, et tantumdem inter *συμφυή* (Maxim. Tyr. XXVI. 21. cf. Ast. ad Plat. Legg. p. 249.) et *συνύφεια* interest, similiter inter + *συμφυή* Aelian. H. An. XIV. 16. et *συμφυΐα* †) interesse quiddam ejusmodi, quod, quamvis lateat interdum et prematur, tamen naturaliter innatum esse sentiri possit.

§. V.

Exempla vitiosae compositionis ex I. declinatione.

Jam vero perspicuum est, quum hoc genus vocabulorum naturae sponte ad diphthongum propendeat, etiam illis instrumentorum et vasorum nominibus huc divertere jus esse. Sic *ὑδρόῤῥοια* pro *ὑδροῤῥοή* legitur apud Polyb. IV. 57. Polyaen. I. 57. et in MS. Poll. IX. 46. eamque scripturam graecus interpres Aristoph. Acharn. 922. exsignavit. Sed hoc non sic reciprocatur, ut pro + *ζαφόπνοια* Schol. Ven. Φ. 334. et *παλίμπνοια*, quod nunc de Brunckii sententia in Apoll. Rhod. I. 586.

†) Ut Latini fortasse nunquam *cohaesio* dixerunt, *cohaerentia* contenti, ita *προσφυΐα* non reperitur, sed + *προσφυή* Aristot. H. An. IV. 4. 145. et multo saepius *πρόσφυσις*. Indiscreta sunt apud Pollucem I. 232. VII. 75. *διαφυή* et *διάφυσις*. Hesychius: *Κρισσός, ἡ ἐν ταῖς δρυσὶ γενομένη διάφυσις*, pro *διαφυάς* usurpavit, unde aliquid auctoritatis acquirit lectio cod. Coisl. apud Diod. Sic. III. 11. et V. 22. *διαφυάδες* pro *διαφυαί*, a Wesselingio damnata. cf. Schaefer. ad Long. p. 12. Lexicis addo *συμφυές* Schol. Ven. X. 191. et *διχοφυΐα* Galen. Defin. Med. p. 267. B. T. II.

legitur, ut pro λευκόχροια, πολύχροια, + γαστρόῤῥοια Taget. Brontosc. in Rutgers. Varr. Lect. III. p. 254. etiam ea terminationis forma, qua simplicia utuntur, substitui possit. Hanc rationem Aristarchum habuisse crediderim, cur in 'Ιλ. Φ. 522. pro Cratetio τυμβοχόης, quo ἀναχωματισμός significatur, verbum τυμβοχοῆσαι reponeret. Apud Hesychium illud male τυμβοχοῆς scribunt; nam Grammatici haec nomina, si cum praepositione componuntur, acui, si cum alia orationis parte, gravari jubent, v. Schol. Ven. P.372. neque alia de causa Eustathius pag. 1238. 18. illo loco pro τυμβοχοῆς, quod Ruhnkenius negat se in ulla editione vidisse, verbum substitutum esse existimat. Λιθοβολή Bastius Append. Ep. Crit. 24. tanquam subditicium foetum familia submovit; ἱπποδρομή idem ad Greg. p. 31. corruptum esse demonstravit; + παλινδρομή Demetrio Pepag. de Podagr. 38. 80. fortasse condonari potest; hinc distat παλιμμεταβολή, quod cum παλίωξις, παλιμπλαγχθείς, παλιντροπάασθαι componendum videtur. 'Εναντιοτροπή, quod Diogenes in enarratione dogmatis Heraclitei pro ἐναντιοδρομία supposuit, nisi corruptum, certe scholae vocabulum est, in usu perquam recens. v. Schleiermacher. de Heracl. in Wolfii Museo T. I. p. 423. + δωρογραφή apud Suidan et Zonaran, μυραλοιφή Poll. VII. 117. etc. aut ex duobus in unum contracta, aut inexplanata syllabae finalis scriptura in pejus accepta sunt. Neque ut θηροφυγή Dioscoridae restituatur persuadet mihi, quamvis locuples auctor, Passowius de Lex. Gr. p. 89.

Positum ergo sit, vocabula magnae et illustris prosapiae, neque illa recens nata neque rursus exoleta et oblivia, sed in medio posita omnibusque tractando cognita, non potuisse sine gravi hominum offensione a generis sui similitudine, multis et claris exemplis insignita, abstrahi. Sed et illud ante oculos versari debet, nullam unam esse regulam, quae non consuetudinis intermissione de vigore suo aliquantulum remit-

tat, et proinde vocabula a communi usu remota et semel, si forte, per annum depromta, facillime ab exemplo proposito deficere. In hoc numero ducam δημόθοινα. Suidas: Δημόθοινα καὶ δημοθοινία, ἡ τοῦ δήμου εὐωχία. Hoc vulgi esse vocabulum terminationis insolentia probat ex secunda, quam veteres numerant, declinatione in primam traducta; antiquos enim scriptores θοίνη dixisse et Moeris affirmat p. 184. et nosmetipsi usu cognovimus. Exemplis a Piersono citatis adde Plat. Phaedr. 247. B. Xenoph. Cyr. IV. 2. 19. Eur. Ion. 1140. Philo Leg. ad Caj. 1041. C. Porphyr. de Abstin. II. 47. 190. Athen. XIII. 36. 81. Palaeph. c. I. Eunap. V. Aedes. p. 46. Poll. VI. 7. Sed apud Hesychium s. Βορεασμοί nulla ratio erat θοῖνα attentare, cujus aliud exemplum e versione Alexandrina Piersonus produxit. Quod ille cum hoc comparat πεῖνα, apud eosdem Atticos, si exemplaribus nostris fides habenda, etiam πείνη scribitur; illud apud Plat. Rep. IV. 363. T. VI. Aristot. de Anim. II. 3. 25. T. II. Porphyr. de Abst. IV. 7. 318. Plutarch. Symp. VI. Quaest. VIII. 5. 271. Liban. Ep. MCXCII. 568. ionica forma Platoni, nescio quo jure, quave injuria, insinuata est Lys. 221. A. servata etiam in Pollucis codd. VI. 31. Verum id nunc exquirere non vacat. Δαῖτα πανθοίνην, unde Lexicographi substantivum nequam et vitiosum, πανθοίνη, exsculpserunt, Suidas e Babria citat, πανθοινίαν vulgo dici notans. Σκοτομήνη item vitae quotidianae inventum et praeterea etiam Athenis alia forma vitium obtegente indutum est; σκοτόμαινα enim illi, ut ab Hesychio traditur, dixerunt, quo et Theologus saepissime Or. XXI. 395. B. XXII. 418. D. XXV. 473. et alii τῶν κοινῶν utuntur. Legitima forma gaudet σκοτομηνία Chrysipp. ap. Schol. Ven. Φ. 483. quod Alexandrini pariter cum illo usurpant, ut et ζοφομηνία, νεομηνία. Ita etiam homines elegantiores pro + σκοτοδίνη Nicet. Ann. VII. 5. 121. D. σκοτοδινία, pro γαστροκνήμη γαστροκνημία, et reliquis alia

est; ἀκατάπληξις, quod e Clemente affertur, ex Heinsii Menagiique conjectura fluxit; pro quo ἀκαταπληξία vel potius ἡ οὐ κατάπληξις requiritur; εὔπραξις, quod apud Aeschylum vulgatur, non magis graecum est quam εὐπράττω; ξηράλειψις librarii in Hesychium intulerunt. Neque δύςφυσις, quod Hesychius κακὴν φύσιν interpretatur, et δυςαποκατάστασις, quod non solum apud Erotianum, sed etiam in Galen. Introduct. XX. p. 397. legitur, geminumque habet illud portentosum αἱματοφλεβόστασις, mihi tuta videntur; apud Suidan certe Κακοῤῥαφίας, κακοσυνθέσεις, aut κακῶν συνθέσεις, quod Hesychius habet, aut κακοσυνθεσίας, ut in Schol. Homerico, legendum est. Quanquam devexa ad interitum Graecitas hoc quoque in genere a constantia majorum degeneravit, multaque vitia concepit, nunc quidem ita inveterata, ut ne animadvertantur quidem: δυςφήμισις, καλοπόρευσις, ξενοδούλευσις, τυροαπόθεσις etc., et jam prioribus seculis leviter delibata, velut illa medicorum vocabula αἱμόῤῥυσις, σαρκύθλασις, Lexicographis inobservatum, Nonn. Epit. c. 255. *cephalogenesis*, *pathogenesis*, et quae alia Galeni nostri, novorum verborum foecundissimi, quotidie pariunt.

§. VII.

Lege exemta sunt nomina a verbis in ζω derivata.

Ut ea, quae hactenus explicui, ex comparatione contrariorum apertiora fiant, non inutile erit illud quoque admonere, simplicia nonnunquam compositorum ritu ad formulam primae declinationis traduci. Quod ordinarium est et legitimum iis nominibus, quae a verbis in ζω oriuntur, εἰκασία, ἐργασία, ὁπλισία, ἀγορασία, γυμνασία, κολασία, ὀνομασία, χλευασία, ἑτοιμασία, ἱππασία, + κατασκευασία Suid. s. Κῦφι, + δικασία Aquil. Prov. 18, 16. nisi id pro διαδικασία venit. His plerisque adnexae sunt formae in ις, γύμνασις, κόλασις, ὅπλισις,

+ ἔργασις Schol. Eur. Med. 864. Pollux III. 127. Πλάτων τῆς ἀγοράσεως εἴρηκεν, ὡς Τηλεκλείδης τῆς ἀγοράσεως. Quum apud Platonem Soph. 219. B. τῶν ἀγοράσεων reperiatur (quod et in Theophil. Instt. I. 2. 16. legitur), Teleclidi ἀγορασία tribuendum videtur, quo Dio Cass. 68. 2. 1119. Heliod. IX. 23. et Hesych. s. Πρᾶσις utuntur. Ὁπλισία fortasse restituendum est in Philet. Ep. I.

ἅ τ' οὐ φωνητὰ πρὸς ἄνδρας
ἀλλ' ἐςορῇ, πάσης Κύπριδος ὀπτασίαν.

omnifariae Veneris instrumenta, viros celanda. + Ὀνόμασις in Platonis Symposio codd. ope restituit Bastius Krit. Vers. p. 157. idem nomen sed dorice scriptum + κατονόμαξις usurpat Archimed. Arenar. p. 460. Flur. pag. 125. Basil. Alia hanc unam formam habent, κιθάρισις, ἐξέτασις, alia illam nunquam deserunt. — Secundo verba in νω exeuntia substantiva duplicis terminationis progignunt, θέρμανσις et θερμασία, ξήρανσις et ξηράσια, + σήμανσις Nicom. Geras. L. II. 44. ed. Wechel. et σημασία etc. Ξήρασις non minus mihi vitiosum videtur quam verbum ξηράω, quod Schneiderus e Theophrasto affert, ubi ἐξηρᾶσθαι (Ed. Heinsiana ξηρᾶσθαι pag. 248.) pariter ut in Schol. Lucian. Dial. Mort. VII. 226. depravatum est, communi fere verborum liquidorum fortuna, modo accentus sui partem modo literam characteristicam amittentium: παραβεβᾶσθαι ap. Suid. s. v. codd. Appian. Pun. VIII. 79. 409. Sopat. Διαιρ. Ζητ. p. 424. ξηραθέν Theophr. Caus. Pl. IV. 318. ἐξήραται V. 20. 345. ἐξήραται Actuar. de Act. et Pass. L. II. pag. 127. ubi sana lectio in cod. servata, ἐξήρανται, Fischero sordet.

§. VIII.

Sunt etiam quaedam dissoluta. Ἱκεσία, ἱκετεία, ἱκετία.

Secundo nomina quaedam crebri et vagi usus consuetudo, vocabulorum domina, utroque versus incli-

navit, θύσις (ἔκθυσις) et θυσία (ἐκθυσία), ἵκεσις (ἵξις) et ἱκεσία, Tragicis poetis familiare, neque oratoribus incelebratum, quod ostendunt Aeschines c. Ctesiph. pag. 512. et Isocrates pluribus locis, quorum uni Corayus hoc impertiit pro ἱκετηρία p. 144. falsa opinione ductus, quam veteres Glossographi sparserunt. Suidas: Ἱκετεία ἱκετηρίας διαφέρει· ἱκετεία γὰρ, ἣν τις ποιεῖται διὰ λόγων· ἱκετηρία δὲ, ἣν οἱ δεόμενοι κατατίθενταί που ἢ μετὰ χεῖρας ἔχουσιν. Recte et hic et auctor Lexici Nomici Bekk. pag. 190. (e Lex. Rhet. p. 267. redintegrandus), si ad ipsorum rationem intelligas. Nam proprio sensu dicitur ἱκετηρίαν θεῖναι Demosth. c. Timocr. p. 703. Aeschin. c. Timarch. 152. Apollod. III. 7. 1. Long. Past. II. 13. καταθεῖναι Andoc. de Myster. p. 54. unde translatum ἱκετηρίαν τίθεσθαι, *suppliciter rogare*, Philostr. V. Apoll. IV. 16. 155. Himer. Or. II. 594. ἱκετηρίαν ἐδεόμην (leg. ἐθέμην) τοῖς νεύμασι Achill. Tat. V. 9. 428. Bod. ut et εὐχὰς τίθεσθαι ὑπέρ τινος Appian. Bell. Civ. II. 106. 321. et μαρτυρίην τιθέμεσθα λιτήσιον ἠδὲ πρόςευξιν Orph. H. XV. 2. quod mihi ille scripsisse videtur pro λυτήριον. In his omnibus propriae significationis vis adjecto verbo obscure cernitur, quae plane latet in his: ἱκετηρίαι καὶ λιταί Dion. Hal. VIII. 50. 1624. ἱκετηρίαν καὶ παράκλησιν Aristid. Or. in Sar. p. 59. T. I. (κλῆσιν καὶ ἱκετείαν Or. Sacr. IV. 325. T. I.) similibusve, v. Phil. Legat. ad Caj. 1025. B. Synes. Ep. LXI. 204. C. Schol. Soph. Aj. 1194. pro πρόςκλησις s. ἱκετεία. Par interpretum error Polyb. XV. 8. μεθ' ἱκετηρίας τυχόντες ὧν παρεκάλουν *cum vittis et infulis* reddentium. v. Irmisch. Exc. ad Herodian. VII. 893.

Haec de significatione. De scripturae ratione inter ipsos duces nostros controversia est. Phrynichus in principio Eclogarum et in App. Soph. pag. 44. ἱκεσία damnans ἱκετεία dici jubet. Thomas vero, hoc omisso, ἱκεσία et ἱκέτευμα in ordinem recipit. Re utrinque cognita nec Pauwio obtemperandum puto, qui Phryni-

της, ὡς ἱκετία, καὶ τροπῇ ἰωνικῇ τοῦ τ εἰς σ. Hac trope, quam idem Grammaticus p. 139. adjectivis ἱκέσιος (unde ἱκεσιάζω, ut τελεσιάζω, θυσιάζω), δεσπόσιος, συμπόσιος, adhibet, non utimur, sed sigma ex primitiva forma eademque verbali in σις retentum dicimus et in hoc et similibus νουθεσία, ἡγεσία; quo apparet, falso οἰκεσία scribi, v. Schneider. in Lex. Gr. et Coccej. Antiqq. XII. 2. 587. Nam sigma hactenus recipitur, si in congeneribus substantivis inest. Ad ἱκετία quod attinet, ita ab antiquis magistris accepimus, substantiva feminina in ια retinere τ formativum nominum verbalium †) in της et τος: quod quale sit, paulo diligentius scrutari et vacat et libet.

§. IX.

Egressio de attica terminatione τια pro σια. In transcursu substantiva in μος ad Atticistarum rationem exiguntur.

Phrynichus in App. Soph. p. 20. magnam turbam vocabulorum congregavit hoc veluti signo percussorum: Ἀνοητία, ὡς νουθετία, μοιχολητία, φιλοποτία, λυχνοκαυτία, ἀθλοθετία, ἀκρατία, quae omnia eorundem vocabulorum formis σιγματιζομέναις praeferre videtur. Rationem autem, cur ita esset, non reddidit, quo etiam timidius ad hunc locum accedo, nullis adhuc artium praeceptis perpolitum. Nam quae Fischerus adnotavit ad Vell. T. I. 201. perexigua sunt. Illud autem confusum incompositumque verborum agmen in duas partes dividamus. Notissimum genus est, quum ab adjectivis, quae a perfecto passivo ducuntur sive usitato

---

†) Apparet, nomen οἰκετία Joseph. Antiqq. VIII. 6. 436. Euseb. H. Eccl. VIII. 11. 432. Lucian. Merc. Cond. XV. 233. in varr. Lectt. et Suid. s. h. v. hinc excludi.

Prov. XI. 14., non videtur dubitari posse, quin Aristophanes ἀνοητία scripserit, ἀνοησία autem a Polluce prorsus removeri debeat. Alterum hujus scripturae exemplum est θερμολουτία Hippocr. de Insomn. VII. p. 87. T. II. pro quo cod. θερμολουσίη praebet. Hoc et infra recurrit VIII. 88. et apud alios frequentissimum est: Theophr. de Sudor. p. 457. Aretaeus de Morb. Diut. I. 5. 120. et in vetere proverbio Anecd. Bekk. T. I. p. 415. Et similiter ἀλουσία Hipp. de Vict. San. II. 10. 51. T. II. Herodo. II. 86. Alexis Athen. IV. 52. 128. (unde Eustathius citat pag. 1560. 60.) et Comicus nescio quis in Scholio Eurip. quod Valckenarius edidit Diatr. p. 229. Tzetz. Chil. III. 180. v. Nott. ad Hesych. s. h. v. Sic etiam ψυχρολουσία ap. Theophr. l. c. et Dion. Cass. LIII. 30. 725. Sed alterius scripturae, Grammaticis haud dubie probatae, vestigia cernuntur minime obscura in Poll. VII. 168. ubi pro verbo ἀλουτιᾷ (i. e. ἀλουτία) nunc ἀλουσία legitur. Tertium est, sed illis intutius, nomen actionis ψευδοκλητίας ap. Andocid. pag. 55. Lex. Nom. Bekk. p. 194. et Poll. I. 154. pro quo cod. ψευδοκλητείας, quod legitur in Demosth. c. Nicostr. p. 125. Poll. VIII. 44. denique ψευδοκλησίας Anecd. Bekk. p. 517. et Harpocr. Quartum ἰχνηλατία in Poll. V. 11. relictum.

Ad hoc genus adscribamus etiam ea, quae ab adjectivis nascuntur puris, neque verbalibus vel ab ortu verbi remotioribus, ἀθανασία, ἀκηρασία, ἀσυνεσία, ἀδυνασία, ἀχρημασία. De postremo non mediocris haesitatio est. Id enim vulgo ἀχρηματία scribitur Dion. Hal. VI. 24. 1566. Dio Cass. XLVI. 31. 471. Alciphr. I. 5. Euseb. ap. Stob. Tit. CV. Poll. VI. 197. eaque forma tum in ceteris compositis apparet, πολυχρηματία, φιλοχρηματία, ἀφιλοχρηματία, tum omnibus, quae cum substantivis in μα affinitatem habent, communis est, ἀγραμματία, φιλοσωματία etc. Sed Scholiastes Thucyd. I. 11. etiam ἀχρημασία inveniri notat, cujus nulla est apud

Transeatur nunc ad ea adjectiva, quorum syllabam finalem praecedit consonans. Quae πτ habent, in ψ mutant, ἀθρυψία, δυςπεψία, ὀξυβλεψία, πατροτυψία. Quae κτ, in ξ, δυςεντευξία, καλλιλεξία, δακτυλοδειξία, et, quae Etymologus s. Δεξιός exempli causa proponit: ἀνορεξία, εὐθιξία, quo ipso patet, apud Platon. Phileb. c. 28. δυςαπαλλακτία contra regulam factum esse, quod ostendit etiam ἀπαραλλαξία et εὐσυναλλαξία. Quare ἀγαλακτία et εὐρυπρωκτία et ἀελπτία scribatur, non magis explicare opus videtur, quam cur σκληροκοιτία diversum a superioribus flexum subierit. Nonnulla duplicem flexionem habent, unam verbalem, alteram nominalem, sed suis utramque finibus circumscriptam, ἀφυλαξία et νομοφυλακία, ἀτριψία et ξηροτριβία, ἀνηλειψία et μυραλοιφία. Paronyma enim literam verbi thematicam, quae eadem est utplurimum in genitivo substantivi principalis expressa, repetunt, οἰνοφλυγία. Vix operae est monere, a πολυμιγής πολυμιγία, a πολύμικτος πολυμιξία duci.

Tempus est jam de semivocalibus aliquid dicere. In quo genere λ fere nunquam apparet, ν plerumque abjicitur, ἀκρισία, ἀπλυσία, retentum adsciscit literam τ, ἀναισχυντία; literam caninam sequitur ς, ἀφθαρσία. Sigma quae habent sive insitum et innatum, sive arcessitum, adjectivi, unde declinantur, terminationem servant, ἀγελαστία, ἀκομιστία, ἀγευστία, ἀλογιστία, δυςχρηστία, + πιθυπλαστία Eustath. p. 1363. 39., + εὐποριστία Porphyr. de Abst. I. 51. 86., + ἀθεμιστία Appian. Bell. Civ. II. 77. 281. 86. 293. Ita eductis in aciem copiis circumspiciamus ecquid e contrario occurrat.

Primum occurrit apud Lexicographos ἀθαυμασία nescio unde susceptum, quod rectius ἀθαυμαστία scribitur ap. Strab. p. 57. et 61. (152. et 163. Siebenk.). Potest tamen et illud excusari, si θαύμασις vel θαυμασία in usu fuit, quod Lexicographis indictum apud Galenum legitur Theriac. I. 10. 943. B. T. XII. θαυμασίας ἄξιον for-

tasse pro θαυμάσαι. Ἀγυμνασία vero apud Aristophanem et Porphyr. de Abst. I. 35. 59. indubitatum, neque φιλογυμνασία Platonis ad adjectivi similitudinem traduci necesse est. Ac nonnunquam ipso significationis colore, unde quidque ortum sit, agnoscere licet. Velut ἡ ἀχρησία, juris vocabulum, significat τὴν οὐ χρῆσιν, sed ἀχρηστία idem valet ac τὸ ἄχρηστον εἶναι, quae Lexicographi modo temere confundebant. Sed κοινοχρηστία et κοινοχρησία indiscreta sunt. Ἀπταισία ap. Plat. Legg. II. 11. 669. intellectu caret, neque cuiquam adhuc successit germanam lectionem restituere, quae mihi a perturbationis (πτοήσεως) significatione proxime abesse videtur. Paronymis ἀκολασία, ἀγνωσία et similibus nihil est quod jure objici possit. His partim profligatis partim ad rationem revocatis, unum superest ἀφροντισία apud Suid. et Annam Comn. III. 97., quod recentioribus Graecis relinquendum est, stipatum scilicet cohorte parilium flexionum, ἀβασανισία, ἀγραμματισία, ἀγελασία, ἀγνωρισία, ἀγεμισία, quibus libri et Lexica novellae Graecitatis scaturiunt. Apud Clementem autem Alexandrinum ἀφροντιστία scribendum esse, quo Zacharias de Mund. Opif. p. 222. et Hesychius s. h. v. utuntur, nuper mihi Schneiderus assensus est. Ἀφροντησία Anna Comn. II. 54. A.

Quoniam satis ostendisse videmur, quae sit adjectivorum declinatio, nunc ad alterum genus veniamus, quod substantivis personalibus in ης congeneratum est, cujus generis Phrynichus duo posuit exempla, νουθετία et ἀθλοθετία. De hoc consentit Pollux III. 140. ἀθλοθεσία ἤ, ὡς Ἀριστοφάνης, ἀθλοθετία. Hoc nuper demum nostro admonitu a Schneidero receptum, ceterum nullo exemplo probatum est. Sed ἀθλοθεσία legitur ap. Dion. Areop. II. 226. et Hesych. s. v. eaque forma in omnibus affinibus cernitur, ἀστροθεσία, χειρεπιθεσία, ✝ ἁρματοθεσία Eustath. ad Ἰλ. β. v. 266. De altero idem Onomatologus IX. 139. νουθεσία καί, ὡς Πλάτων, νουθετία· φαῦλον γὰρ ὁ Μενάνδρου νουθετισμός· quo errore passim

κνυζισμός, κροτισμός, λοιδορισμός, μαχισμός oggeruntur, Lexica usque adhuc dedecorant ἀγαπισμός et σκορδινισμός, pro quo Kuehnius ad Poll. V. 168. minus prospere σκορδινιασμός emendat. Ionica forma ὀρχηθμός Panyasi Athen. II. 4. 141. A. et fortasse etiam Charoni Lampsaceno XII. 19. 435. redhibenda est. Epicos certe poetas formam ab Homero praeceptam δινηθμός, εἰληθμός, ἰνηθμός, κνυζηθμός, ἀρδηθμός, μηνιθμός, in exemplum sumsisse videmus; qualia multa ex ultimis tenebris repetita recentior sermo usurpat, mixtus ille e variarum dialectorum ratione, ut ἑλκηθμός Euseb. Hist. Eccl. V. 1. 106. κνηθμός Hesych. s. Κνύθα, + ἐκμυζηθμός Alex. Trall. III. 3. 185. Galen. de Comp. Med. p. Locc. III. 1. 408. T. XIII. nonnulla etiam vulgo retenta sunt, βαθμός, ῥυθμός, πευθμός, de quibus alio loco monitum. Ex utraque forma conflatum est ἰσθμός. v. Tzschuck. ad Strab. T. III. p. 323. De nomine νουθετησμός in contrariam partem disputat Photius: Νουθεσίαν καὶ νουθετισμόν λέγουσι, nisi hic quoque librariis oscitantibus οὐ aut omissum aut in καί mutatum est. Namque haec verbalia in μος, quae substantivis in ια et ις omnino aequiparata sunt, deflorata demum antiquae Atthidis gratia, tanquam novella suboles succreverunt, haud sane tacentibus Grammaticis. Georgius Lecapenus in Matthaei Lectt. Mosq. p. 72. βάδισις, inquit, καὶ ὅπλισις παρ' Ἀττικοῖς, βαδισμός καὶ ὁπλισμός κοινῶς. Λοιδορησμός et ὑβρισμός Thomas rejicit, a claris auctoribus prodita, sed tamen oratoribus parum concessa. Βιασμός ex Eupolide Antiatt. Bekk. p. 84. ἀγαπησμός e Menandro ib. 524. στασιασμός ex eodem Photius, ἐθισμός e Posidippo Antiatt. p. 93. ἐξετασμός e Demosthene id. p. 94. tanquam minus probata aut alienae significationis enotarunt. Pollux διαμερισμός VIII. 136. κατενεχυρασμός ib. 148. ἀθροισμός IX. 143. ab oratoribus segregat, quorum postremo Theophr. Causs. Pl. I. 11. V. 2. Polyb. IV. 22. Diod. Sic. V. 77. Max. Tyr. V. 95. Diog. La. II.

(1) in Thucyd.

comparata sint, clarum erit, si ἀναριστία et ἀναρίστησις, θεοφορία et θεοφόρησις, εὐδοκία, εὐδόκησις, ὀξυθυμία, ὀξυθύμησις, ὁμολογία, ὁμολόγησις, παιδαγωγία, παιδαγώγησις, ante oculos posuero, quae apud Atticistas non eodem loco et honore fuisse e Thomae judicio de αὐτομολία et αὐτομόλησις latenter intelligas. Ex altero genere ἀδελφοποίησις Athanas. Or. II. c. Arian. 62. 530. οὐλοποίησις (τριχῶν) Galen. de Comp. Med. p. Loc. I. 3. 341. B. μεσολάβησις Eustath. p. 664. μυθοποίησις Sext. c. Phys. p. 593. ὑδροφόρησις Eustath. p. 1325. 5. παρανόμησις Appian. H. R. VI. p. 175. πειθάρχησις Eustrat. in I. Nicom. 51. a. ναυπήγησις Hesych. s. Ξυλοδωνίη, τεκνοποίησις Schol. Ven. *Λ.* 243. Lexicis accedant. Hic inprimis custodiendum est, ne substantiva a verbis derivata cum iis confundantur, quae ex adjectivis procrescunt; quibus Graeci communem sui generis terminationem dederunt, ἀναμαρτησία, εὐοργησία, ἀοργησία, ab Aristotele κεκαινοτομημένον, ut Aspasius tradit in II. Nicom. pag. 37. a. quorum nonnullis adhaerent formae pariter paronymae, sed breviores, δυςοργία et δυςοργησία, ἀχορηγία et ἀχορηγησία, intervenientibus nonnunquam etiam verbalibus, περιεργία et περιεργασία, v. Weisk. ad Longin. pag. 637. In tempore mihi hic in mentem venit Valckenarii, qui ad Hipp. pag. 275. commemorata Glossa Sangermanensi (Bekk. p. 96.): *Εὐοργησία Εὐριπίδης Βάκχαις, εὐορκησία Ἀλέξανδρος Ἑλένῃ, absque hac nota,* inquit, *vox videri posset suspecta, neque ex analogia sermonis commendabilis. Ἀλειτουργησία, ἀκοινωνησία, ἀτιμωρησία, εὐσυμπτωσία, et similia non legerentur, nisi adjectiva ἀλειτούργητος etc. in usum fuissent recepta. Sed quum neque εὐόρκητος, neque quidquam simile fuerit in usu, videri quoque possit εὐορκησία prorsus fuisse inusitatum.* Adeo fortuitum est his in rebus errare! Valckenario enim, hoc est ei, qui Graecae linguae opes et copias, si quisquam alius, pertractatas habebat, paucorum exemplorum defectu via

ad veritatem interclusa est. Qui si forte, quum illa tractaret, ad ἀμεριμνία et ἀμεριμνησία, ἀμέλεια et ἀμελησία, †) αὐτάρκεια et + αὐταρκησία Symm. Eccl. VI. 2. ἀτρεμία et ἀτρεμησία Cyrill. c. Iulian. III. 97. E. ἀπορία et + ἀπορησία Suid. et Anecd. Bekk. pag. 433. haec, inquam, si respexisset Valckenarius, primore adspectu promptam hujus generis facilitatem agnovisset, quod proclivi lapsu ab adjectivis usitatis inusitatisque ac nonnunquam etiam ad usum non satis aptis profluit. Quis enim ἀπόρητος, ἀτρέμητος, ἀμερίμνητος usurpavit? Itaque nihil praeter morem fecit poeta, quum pro εὐορκία, id quod ad numeros complendos satius esset, εὐορκησία fingeret, praesertim quum nulla lex prohiberet εὐόρκητος dicere et esset fortasse exemplum alicubi proditum. Nam summam fuisse in hoc genere fingendi, quod quisque vellet, libertatem, quotidie experimur novis speciminibus in lucem prolatis. Sic v. c. in Anecdotis Bekk. p. 330. ἀγάμετος, sive potius, ut Brunckius e Lex. SG. edidit, ἀγάμητος Sophoclem usurpasse docemur, ἀμάθητος Phrynichum; ἀναρίστητος adeo, ut Suidae judicium est, plus auctoritatis habet, quam ἀνάριστος, ex quo ἀναριστία ortum. Hinc ad πανοικία et πανοικησία deducimur, quae constat adverbiorum vices implere. Ac si Grammaticis aures praebemus, utique non idem utrique pretium statuendum est. Breviter, sed distincte, Scholiastes Thucyd. II. 16. πανοικησίᾳ καὶ οὐ πανοικίᾳ λέγεται· quippe illud Thucydideum est, hoc Herodoti proprium, sed hoc velut syngrapho sumto mox etiam in Atticam immigravit. Testis est Antiatticicta Bekk. p. 112. πανοικίᾳ ἀντὶ τοῦ πανοικί ††)

---

†) Ἀμελητής Galen. de Art. Med. X. 205. T. II. de Usu Part. IV. 17. 390. A. Eustath. p. 660. etsi nonnunquam ex μελλητής depravatum videri potest, Lexicis cum ἐμμέριμνος Niceph. Greg. IX. 5. 252. et ἔμφροντις Socrat. Hist. Eccl. VII. 24. 372. addendum.

††) Similiter variant αὐτοποδί et αὐτοποδίς, cujus nominativum

Φιλήμων· idque postea pro ingenuo valuit, v. Athen. XII. 59. 515. Justin. Excc. Legg. p. 158. A. Nominativum usurpavit exemplo novo, nec satis recepto, Philo de Migrat. Abrah. p. 412. E. *πᾶσα ἡ πανοικία αὐτοῦ*, cui simile est illud Thucyd. IV. 94. *πανστρατιᾶς γενομένης*, non animadversum a Lexicographis. †)

---

non puto in usu fuisse, *αὐτοχειρίᾳ* et *αὐτοχειρί* s. *αὐτοχερί* Maneth. III. 200. quod cum *αὐτοχείρως* Schol. Phoen. 887. *θηλυχειρί* Eustath. 550. *βραχυχειρί* ib. p. 610. *οἰκειόχειρος* Niceph. Greg. XXI. 5. 644. *οἰκειοχείρως* Anna Alex. XIII. 416. B. *πανοικί* Aeschin. Dial. II. 2. Himer. Or. II. 388. Joseph. Antt. IV. 4. 204. seu *πανοικεί* Philo de Abrah. pag. 357. E. apud Atticos minus receptum, neque a Polluce VI. 162., quum censum ageret vocabulorum similium, nominatum est. Item illos primarios graeci sermonis auctores *πανστρατιᾷ* magis quam *πανστρατί* usurpasse, et Photius significare videtur: *Πανστρατιᾷ· οὕτω λέγει Θουκυδίδης καὶ οἱ ἄλλοι*, et exempla probant; nam hoc praeter Thucyd. II. 168. Lysias Apol. Timol. p. 162. Paus. IV. 11. Joseph. Antt. V. 1. 273. *πανστρατί* autem Suid. s. h. v. Nicet. Ann. XXI. 8. 406. Anna Comn. V. 139. D. IV. 109. D. *Πασσυρεί* (a *σύρη* i. q. *πλῆθος*) Pollux rejicit IX. 143. perpauca ex hoc genere admittens; in hoc numero *παγγενῆ*, quod et hoc loco Hemsterhusius et apud Hesychium s. *Κρίσαμις* alii in *παγγενεί* mutatum volunt, satis contestatum est, v. Euseb. H. Eccl. VI. 9. 267. VII. 23. 348. V. 21. 239. Cyrill. c. Jul. 184. E. Nicet. Ann. IV. 6. 82. XV. 7. 306. quo accedit testis luculentus Etymologus M. p. 647. *παγγενῆ ἐπίῤῥημα μεσότητος· μετεβλήθη δὲ ἐξ αἰτιατικῆς πτώσεως εἰς ἐπίῤῥημα*, et exemplum geminum *παμμιγῆ*, quod et ipsum Lexica praetermittunt, Euseb. H. Eccl. VIII. 8. 412. *τοὺς παμμιγῆ περιεστῶτας*. Suidae locus ab Hemsterhusio allatus ad *πανσυδεί* pertinet (v. Phot.); neque id quaerit Grammaticus, utrum *πασσυδί* an *πασσυδεί* scribendum sit, sed eos culpat, qui in Thucydide *πασσυδί* corrigebant pro *πανσυδί*, ut *συνστρατεύειν*, *συνστάδην*, in codd. Thucydidis passim obvia.

†) Apud eundem Philonem *Quod Det. pot. insid.* p. 177. E. *πανοικείας τυχὼν δικαιοσύνης* manifesto scribendum est *πανοίκιος τυχών*, ut *πανοίκειοι* (l. *πανοίκιοι*) *ἱέρευτο* de Legat. ad Cai. p. 1000. E. *πανοίκιοι παραπολέσθαι* ib. p. 1010. C. *ἐμβάντες πανοίκιοι* Strabo VI. p. 214. T. II. *πανοίκιοι κατέδυνον* IV. 3. 5. 51. ex quo verisimile fit L. III. 438. pro *πανοικεὶ χορεύειν* rectius in Veneta legi.

45. 159. Basil. M. Epist. ad Amphil. p. 30. B. Niceph. Greg. VI. 9. 125. A. Constant. Porphyrog. Adm. XIII. 67. B. Schol. Aristoph. Eqq. 399. *Κατοικεσία*, quod pro dubio habitum, legitur in versione Alexandrina Ps. CVI. 36. Nicet. Ann. XIX. 5. 372.

Sed ut in hujusmodi tractatione una quaestio ex altera nexa et suspensa est, ita ex hoc mihi alius suboritur sermo de duplici substantivorum terminatione in *ειᾰ* et *ιον*, quem perstringam breviter, ut hoc quoque documento appareat, quam modica declinatione quantum ab exemplo suo deflexerit Graecitas inferior. Sunt apud veteres illos, qui perpetua seculorum admiratione celebrantur, non rara hujus generis exempla, *θεοπροπία* et *θεοπρόπιον*, *παραμυθία* et *παραμύθιον*, *γυμνασία* et *γυμνάσιον*, *συμποσία* Pind. P. IV. 425. et *συμπόσιον*, *ἐπωνυμία* et *ἐπωνύμιον* †), *κυνηγεσία* et *κυνηγέσιον* ††), natura quidem disjuncta, sed adeo propinqua vicinitate, ut eam discernere non sit in promtu. Quorum ad exemplum innumera alia accommodavit senescens Grae-

---

†) Dio Cass. LVII. 14. 860. *ὥστε καὶ Κάστωρ ἐπωνύμιον λαβεῖν.* Pausan. IX. 25. 76. *Ῥινοκολούστης ἐπωνυμίαν ἔχων.* Id. VIII. 41. 479. *ἐπωνυμίαν ἔλαβεν Ἀλεξίκακος.* Aeschin. de fals. legat. p. 275. *προσειλήφε τὴν τῶν πονηρῶν ἐπωνυμίαν συκοφάντης.* Plutarch. de Garrul. XXII. 127. T. X. *Ἐπαμινώνδας παρωνύμιον ἔσχεν.* Phot. Bibl. LXXX. pag. 192. *ᾧ κλῆσιν ἔθεντο Φαλεντινιανός.* Dio Cass. XLIII. 13. 349. *βιβλίον γράψας ὃ Ἀντικάτων ἐκάλεσε.* Apparet igitur nominativum in hac constructione legitimum esse.

††) Diog. La. VI. 31. p. 330. *ἐξῆγεν αὐτοὺς ἐπὶ κυνηγεσίᾳ.* Stephanus emendat *ἐπὶ κυνηγέσια;* et sic Joseph. Ant. I. 18. 48. XVI. 10. 815. *ἐξελθὼν ἐπὶ κυνηγέσιον.* Sed nihil opus est emendatione. *Κυνηγέσιον* utroque numero maxime veteribus placuit: Plat. de Rep. III. 314. T. VI. de Legg. VI. 273. Laches p. 194. B. v. Zeun. ad Xenoph. Cyneg. I. 2. Polyb. XV. 31. *ἐκχωροῦσι τῆς ἐπιτροπίας καὶ τῆς ἄλλης ἐξουσίας καὶ τῶν τιμῶν, ἔτι δὲ τῶν χορηγιῶν, ὧν ἔχουσι, πάντων.* Scribendum est *χορηγίων.* Demosth. de fals. legat. p. 403. *ἐν ἀλλοτρίοις χορηγίοις.* Schol. *σημείωσαι τὸ χορήγιον. χορηγία δὲ ἡ δόσις.* Plerique nunc *χορηγεῖα* scribunt.

v. Thom. M. p. 622. sed temporis diuturnitate termini convulsi et tum hoc retentum, tum illud ad eundem intellectum detortum est. Sic ναυάγιον pro naufragio dixerunt Strabo L. IV. p. 21. T. II. Plutarch. Symp. L. I. Quaest. IX. 4. p. 19. T. XI. Lucian. Bis accus. pag. 77. T. VII. Philostrat. V. Apoll. IV. 38. 179. Id. Epp. XLIX. 937. Appian. H. R. III. 8. 59. Longus I. p. 114. Synes. Ep. IV. 165. B. quam significationem miror a Schneidero praetermitti. (Apud Paus. V. 25. 110. ὡς σωτηρίας γε μηδὲ ἐλπίδος τι ὑπολείπεσθαι ναυαγίῳ leg. ναυαγῷ.) — Suidas: Λέγουσι καὶ ἀβελτήριον τὴν ἀβελτηρίαν. Ἀναξανδρίδης Ἑλένῃ — Ὦ Ἡράκλεις ἀβελτηρίου τεμενικοῦ. in quo emendando nulli pepercerunt operae viri doctissimi. Mihi in τεμενικοῦ potius δηλουμένου latere, pro ἀβελτηρίου autem ἀβελτερίου scribendum videtur. Ut compendio dicam, magna pars horum substantivorum, διαβούλιον, προβούλιον †), συμβούλιον, καταφύγιον, θεώριον †), ὑποσχέσιον et id genus alia a veteris Atthidis plurimum abhorrere videntur ingenio. Veruntamen intelligi debet, duo vocabulorum genera hanc velut propriam terminationem habere, primum illa judicialia, λειποστράτιον, ἀγάμιον, ἀνδρολήψιον etc. Grammaticus Bekk. p. 436. Ἀποστάσιον καὶ λειποστράτιον καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα οὐδετέρως σχηματίζουσι. Secundo ea, quae stationem et instrumentum significant: βουστάσιον, κοπροθέσιον, ὁροθέσιον Menand. Prot. pag. 120. B. ab ὁροθεσία differens, ὁρκωμόσιον, ὑδραλέσιον. Pro θεσμοθέσιον apud Plutarchum, si locum significat, ubi nomothetae consessus habent, nescio an θεσμοθέτιον (θεσμοθετεῖον) scribi debeat, ut Schol. Bav. ad Dem. pag. 76. πρυτανεῖον τὸ θεσμοθέτιον, quam glossam cum iis, quae sequuntur, Suidas in Lexicon suum transtulit.

---

†) Προβούλιον Cyrill. c. Julian. II. 53. E. Schol. Venet. B. 194. Eustath. p. 232. θεώριον τὸ ἱπποδρόμιον Basil. Gramm. p. 597. †. Du Cang. s. h. v. Utrique sua auctoritas adhuc deerat.

Comm. II. in Hipp. Epid. p. 74. B. T. XI. καταφρονικοὶ τῶν μικρῶν πραγμάτων, amplius tolerandum est.

Νουθέτημα, quod Thomas commendat, apud Platonem Gorg. 525. D. et Tragicos reperitur; νουθετεία autem, quod Porsonus Adv. p. 271. Euripidi reddi volebat, vereor ne a Graecitate abhorreat. Quodsi quis ex eo, quod ab ἱκέτης ἱκετεία et ab iisdem fontibus δεσποτεία, δραπετεία, φυλετεία, πελατεία ducuntur, argumentum peti posse existimet, longe errat, neque videt haec nomina muneris ordinisve παραστατικὰ formam sibi privatim assignatam habere neque posse cum verbalibus νομοθεσία, μισθοδοσία, βελοστασία congruere. Et ut brevi finiam, eadem ratione inflectuntur omnia reliqua, quae subnexa sunt brachycatalectis, ἱππηλασία, ὁρκωμοσία, ἀρχαιρεσία, οἰνοποσία, ὀρειβασία, εὐεργεσία, δικαιοκρισία, quorum tam frequens est usus tamque constans scriptura, ut omnia ex altera parte collocata vix minimi momenti instar habeant. Ea videlicet dico, quae cum νουθετία et ἀθλοθετία congruunt. Talia sunt illa apud Hippocratem de Vict. San. III. 2. 61. Mack. νυκτοβατίαι καὶ κονιβατίαι, in codd. varie scripta; προστατία Dio Cass. LXXIX. 4. 1353. ex προστατεία depravatum videtur. Tale est ἐνωμοτία, laconicum vocabulum vulgo retentum, Arrian. Tact. pag. 20. Blanc. Niceph. Schol. in Syn. pag. 404. C. pro quo ap. Thucyd. V. 68. cod. ἐνωμοσία praebet, eadem scriptura, qua συνωμοσία et id genus reliqua. Raro fortunae beneficio in Platonis Polit. c. 8. γερανοβοτία καὶ χηνοβοτία a librariorum corruptione integra servata sunt, quo loco Pollux et, ut videtur, Moeris Hesychiusque γερανοβοσία et χηνοβοσία scriptum invenere; eaque forma in εὐβοσία Aristot. Hist. An. III. 10. 109. de Gen. An. IV. 6. 687. F. Theophr. Caus. Pl. I. 2. p. 199. Posidon. Athen. XII. 35. 460. reliquisque impressa est, sic ut unicum Atticistarum propugnaculum relictum sit ὀρφοβοτία (ὀρφανοβοτία) apud Hesychium. Apud Pollucem II. 14. ridicule

depravata est lectio: γηροβοσκνῖαν Ἄλεξις εἶπε, eodem errore, quo Heinsianae operae in Theophrasto ναρθηκνῖα scripserunt. Χηνοβοσκία Moeris Atticis abjudicat, κοψιχοβοσκία Aeschin. c. Ctesiph. p. 610. et γηροβοσκία Plutarch. Consol. ad Apoll. p. 345. T. VII. ne si cuperet quidem erepturus, utpote adjectivis usitatis firmiter fundata. Quartum est φιλοποτία a Phrynicho ipso allatum, cujus scripturae unicum vestigium superest in Hipp. de Morb. II. 28. 579. E. T. VII. p. 244. Mack. eo gratius aestimandum, quod contagio communis consuetudinis totam subolem corripuit: γαλακτοποσίη de Intern. Aff. c. XVII. 650. F. T. VII. ὀλιγοποσίη Epid. VII. 555. T. IX. οἰνοποσίη Vict. Ac. XVIII. 282. φαρμακοποσίαι de Morb. II. 29. 581. Plato Soph. p. 227. A. ἀκρητοποσίη Herodo. VI. 84. nec in Poll. VI. 20. quamvis longa vocabulorum hujuscemodi serie exposita ulla antiquae scripturae memoria in codd. servata est.

Haec legentibus non dubium obscurumve esse potest, quorsum haec mea disputatio tendat. Nimirum ut prisca et attica scribendi ratio vetustate obruta et jam per multa secula in profundo abdita in lucem et aërem proferatur, atque Atticistarum judicia diu contemta tandem aliquando fidem et auctoritatem acquirant. Νουθετία igitur et ἀνοητία et reliqua hujus scripturae monimenta non arbitror operarum erroribus adscribi posse, neque intelligi omnino, unde in exemplaria nostra manaverint, nisi ex prisco more et instituto una cum interitu veteris Atthidis abolito; qua autem effluxerint rursus, facillime intelligi potest.

§. XI.

De nominibus πυρκαΐα et similibus, tum de ἀκρατία, ἀκρασία et ἀκράτεια.

Postremo loco illud genus explicetur, quod ab adjectivis in τος derivatum est, λυχνοκαυτία et ἀκρατία, quo

etiam nonnulla ex superioribus revocari possunt. Ac notabile est, quemadmodum sermo graecus ex Attica tanquam e domo migrans sibi in his quasi rutis et caesis paternum solium receperit. *Λυχνοκαυτία* enim vulgo fuisse usurpatum et Athenaeus refert XV. 61. 568. v. Eustath. p. 1571. 22. et nosmet ipsi videmus. Photius: *Λυχνοκαυτία*, *λυχνοκαΐα*. Hoc, quo post Herodotum Josephus usus est c. Apion. II. 9. 478. et Tzetz. Chil. III. 60., Abreschius etiam Themistio restituit pro *λυχνοκομία*, vera haud dubie emendatione, sed jam ab Hemsterhusio praecepta ad Poll. X. 115. Hujus et conterminorum scriptura triplex: a *πολυκαής*, ut Leonidas in Epigr., et *πυρικαής*, ut Manetho scripsit I. 146. alpha tertiae syllabae uterque porrigens, proficiscuntur *πυρκαΐα*, *ἡλιοκαΐα*, *λιβανοκαΐα*, vulgo usitata, eadem syllabarum mensura, qua *ἰπνοκήιον* Hesychii. Sed et *ἡλιοκαιία* qui scripserunt (Ammon. in Categ. C. de Qualit. DD. 8. b.) habuerunt aliquid, e quo similitudinem ducerent: *πυρικαιής*, quod apud alios reperitur. Denique brevitatem aoristi *ἐκάην* respicientibus occurrit *πυρκαής*, unde interpositu iota formativi *πυρκαία* oritur, ab Euripide proditum. Haec raptim transcurrentibus moram objicit verbum Hesychianum: *Λυχνοκῶσα*, *λυχνοκαυστοῦσα*, quod apud Photium iisdem literis sed retracto in tertiam accentu scribitur. *Λυχνοκῶσα* Schleusnerus, *λυχνοκόωσα* Salmasius probat, quid hoc verbi sit, dicere obliti. Neque res ita patitur, ut *λυχνοκόωσα* femininum nominale videri possit, simile illis, quae pro epithetis et propriis usurpantur: *εὐρυκόωσα*, *Λαοκόωσα*, quae non sunt participia, sed nomina masculinis vel usitatis vel cogitatis *παρεσχηματισμένα*, ut *πρόφρασσα*, *ἀμφίςβαινα*. Proclive fuerit *λυχνοκοοῦσα* corrigere, cui aequiparabile est, quod apud Hesychium reponunt, *θυοςκοεῖν* (a *κέω*, *κοέω*), fortasse etiam Aeschylo reddendum, anapaestica forma, *θυοςκοέεις*. Pro *λυχνοκαυστεῖν* apud Dion. Cass. LXIII. 20. 1041. Poll. VII. 178. *λυχνοκαυτεῖν* legitur, cui apposita

multo saepius ἀκράτεια ἡδονῶν Legg. I. 28. V. 118. X. 68. et 115. XI. 165. In ejusdem Rep. V. 27. T. VII. pro ἀκρασία cod. reg. ἀκράτεια, in Gorg. p. 525. A. pro ἀκρασία plurimi codd. ἀκρατία, Eusebius ἀκράτεια praebet. Idem in pluribus Xenophontis locis legitur Cyr. VIII. 1. 6. VI. 1. 25. pro quo Schneiderus ἀκρατία, priores ἀκρασία dederunt, longe lateque vulgatum, Dem. c. Aristog. II. 807. Olynth. II. 23. Aeschin. c. Tim. pag. 115. Aristot. Rhet. I. 10. Theophr. Char. VII. 59. Polyb. IV. 19. Plut. V. Cat. VIII. 395. Herodian. I. 5. Themist. Or. II. 59. C. Procop. Arc. XV. 44. D.

Sed conferamus potius reliqua composita verbi κρατέω, ut tum summa librariorum negligentia tum etiam inexsuperabilis antiqui moris vivacitas usquequaque perspiciatur. Γυναικοκρασία Strabo III. 442. Plutarch. V. Cleom. XXXII. 194. T. IV. Anton. X. 77. T. VI. de Aud. Poet. IV. 74. T. VII. Apophth. p. 147. T. VIII. Hoc loco Petavius γυναικοκράτεια reponit, huic proximo Meziriacus γυναικοκρασία reddit, hic optimo consilio, ille nullo. De Atticorum voluntate nos certos facit elogium fabulae Alexideae Γυναικοκρατία ab Athenaeo et Polluce saepius laudatae, v. Schweigh. Animm. ad Athen. T. IV. p. 509. cf. T. II. 372., et conspirans totius familiae consensus: ἀριστοκρατία, δημοκρατία, ἰσοκρατία, θαλασσοκρατία, ἱπποκρατία etc. quibus si quae adversum nituntur, ut non dicam opprimenda, ad Atticos certe ne adspirare audeant, reprimenda sunt. Et plerumque etiam editores sollertes et frugi veluti olfactu, quid optimum sit, explorare solent. Ita apud Plutarchum de Fort. Alex. XI. p. 46. T. IX. Reiskius, apud Diod. XXXVI. p. 158. T. X. Wesselingius χειροκρατία vulgato χειροκρασία praestare judicant, et apud Suidan Θεατροκρασία, ὀχλοκρασία, Portus θεατροκρατία, ὀχλοκρατία optat elegantiora fortasse quam pro Suidae ingenio et pariter Etymologo ac Photio remittenda, sed Platonem certe, unde hoc promtum est, unice decet θεατροκρατία

poetarum numeri liberiores haberent et ad subsiliendum et ad insistendum motus. Ita oratio ad illud tertium genus, quod in exitu tertiae paragraphi tanquam e longinquo demonstravimus, relabitur. Ac primum versificatoribus liberum fuit, ut protoclitis, ἀποτροπίη Apoll. Rh. IV. 1504. ὑποτροπίη I. 1052. ἐπιδρομίη III. 593., quae partim desunt Lexicis, partim in dubiis habentur, et notioribus ἀμβολίη, ἀντολίη, ἐπηλυσίη, μετατροπίη, ita etiam nominibus tertiae classis, ἐξεσίη, ἐκθεσίη Maneth. IV. 381. ὑποδεξίη, ὑποκρισίη, ὑποσχεσίη, compositorum formam, εἰς δακτυλικὸν ἀπαρτισμόν, inducere. Sed omittam haec, quae facilem habent cognitionem, et ad ea transgrediar, quae communior usus aut sponte recepit, aut adulta jam et in pravum indurata corrigere non potuit. Quae omnia sciendum est ab iis verbis duci, quae simplicissimas et maxime communes notiones continent, eundi, sistendi, movendi et existentiae. Primum est ἐσία Platonicum, ficticium quidem, sed regulae conveniens. Suidas: ἐσία, ἡ πρεσβεία· ubi recte Kuesterus ἑσία corrigit, firmaturque Aristarchi auctoritate, v. Schol. Ven. IV. 235. ἕσις Eustath. p. 1020. 16. Idem Suidas: Ἀνεσίαν, τὴν ἄνεσιν καὶ τὴν ἄδειαν, Κρατῖνος Βουκόλοις, quae eadem leguntur in Anecd. Bekk. p. 595. Hesychius: Ἀπεσίαν, τὴν ἄφεσιν. quorum omnium nihil susceperunt Lexicographi. (In Suida pro Δίεξιν, διέξοδον, leg. δίεσιν.) Συνθεσίη, pro quo συνθήκη obtinuit, adhuc in Herodoto radices habet. Sed maxime ea, quae cum praepositionibus composita sunt, si ab actionis definitae significatione ad rei attributae notionem traducuntur, productiorem formam, hujus notionis propriam, accipiunt. Sic v. c. ἐπίστασις et ἐπιστασία, πρόστασις et προστασία, exiguo quidem et saepe confuso nec tamen plane nullo discrimine discernuntur. Nolo exempla digerere in digitos; sed si quis mecum rationes putare velit, communiter de mentis in aliqua re defixae intentione ἐπίστασιν, de rerum administratione

Sed et hoc, ut incertum, et reliqua, ut ad rem praesentem parum necessaria, omitto, ut ad προστασία veniam, quod notum est *curationem*, *praefecturam* et conjunctam cum his rebus *dignitatem* significare. Πρόστασις an hoc sensu usurpetur praeter Plat. Polit. IX. 504. D. dubito, neque aliud exemplum Ruhnkenius expeditum habuit ad Tim. p. 246. ἀπροστασία Basil. Ep. 183. 197. B. Lexicis deest. Huic vero alia forma accrevit, parvulo scripturae et significationis discrimine disjuncta, quod Suidas notavit: Προστατεία; προστασία δέ. Apud Thucydidem II. 80. nunc pro προστασία e pluribus codd. receptum est προστατεία ἐτήσιος, quod confirmatur Dionis exemplo προστατεῖαι ἐτήσιοι Hist. Rom. L. II. 9. 606. XLI. 34. 285. LXV. 8. 1065. Apparebit autem cominus adspicientibus, haec tria nomina, πρόστασις, προστασία et προστατεία, neque ita mistos colores habere, ut non discerni possint, neque ita diductos, ut non interdum confundantur. Sic idem Thucydides II. 65. ἡ τοῦ δήμου προστασία. Demosth. Fals. Leg. p. 435. προστασίαι καὶ στρατηγίαι, cf. Philipp. IV. 145. ἀρχαὶ καὶ προστασίαι Liban. Ep. 1584. 638. Pompae et magnificentiae regalis significatio huic formae fere solemnis est; atque haud scio an cum προστατεία nunquam communicata; ex Polybio certe V. 45. id jam sublatum, e Dione Cass. LXXII. 2. 1005. ut exterminetur, Leunclavius auctor est; cui quae Reimarus exempla opponit, e diverso genere sunt. Et ut appareat, horum generum differentias sensu experientissimi cujusque internosci, Reiskii sententiam in medio ponam, qui in Dion. Hal.

λεκα restituit, relinquitur Artemid. V. 10. 403. τὰ δικαιώματα ἀπολωλέναι, *formula excidisse*, ubi cod. unus activam formam servat, Niceph. Bryenn. IV. 37. D. μικροῦ καὶ τὰς φρένας ἀπόλωλε, et simili modo συμφθείρειν τῇ κακίᾳ Niceph. Greg. XVIII. 4. 559. ac forta se etiam διαφθείρειν Eur. Hipp. 389. quem poetam altero, ἀνάπτειν, sic usum esse, Matthias notavit Gramm. p. 688.

Quemadmodum autem parasyntheta (θεοπληξία, + ἰσοπραξία Eustath. 662.) necessario in ια terminantur, ita haec terminatio synthetis parasynthetorum significationem tribuit.

§. XIII.

Cinnus vocabulorum bifariam declinatorum.

Ut in pauca conferam: συμβουλή, διαβολή, ἐκλογή, ἐπῳδή syntheta sunt, συμβουλία, διαβολία, ἀντιβολία, ἀντιλογία, καταῤῥοπία, συντομία, ἐπαοιδία, parasyntheta. Neque omnium eorum, quae nos, externam speciem intuentes, a compositis derivata dicimus, composita extare necesse est, ut ne illorum quidem omnium simplicia extant. Ita v. c. ἐντροπία, ἀντιβολία, συστροφία nullum habent nomen, quo referri possint, sed tamen ea significatione praedita sunt, quae cum ortu a nomine accepto conjuncta est. Quae autem neque ab usitatis fontibus ducuntur neque ad discriminandas notiones quidquam utilitatis afferunt, neque iis exemplis munita sunt, quorum etiam sine ratione valeat auctoritas, haec si in suspicione ponimus, jure nostro uti videmur. Itaque Sylburgius ad Dion. Hal. Cens. Auct. I. 417. cur ἐκλογία pro suspecto notaret, sat justam causam habebat, quod et principio, unde derivari possit, et testibus et ea ratione destituitur, quae syntheta et parasyntheta propriis coloribus distinguit. Si quae sunt, quae quadam parte deficiantur, quadam superent, his advocatio dabitur, ut aut testes aut rationes suas expediant. Hoc valeat de διαφορία, quod uno mihi loco lectum est, de ὑπερβολία, quod Latini suum fecere; iidem etiam *anatomiam* vocabulo graeco, sed a Graecis ipsis, quos legimus, praetermisso, appellantes, amissarum copiarum indicium faciunt.

Illud amplius adjiciendum, quod et Corayus significavit ad Heliod. p.516., inclinata ad interitum Graeci-

CAP. II.

DE ADIECTIVORVM QVORVNDAM COMPOSITORVM TERMINATIONE.

§. I.

De adjectivis in $\overline{υς}$.

Memorabilis est Grammaticorum veterum praeceptio in Schol. Ven. ad Catal. v. 271. ubi de accentu accusativi ποδώκεας disceptatur. *Τινές*, inquit, *ὡς εὐσεβής· καὶ οὕτως ε ρ ε ι (αἱρεῖ) ὁ λόγος, εἴ γε καὶ τὸ ποδωκής ὀφείλει ὀξύνεσθαι, καθ᾽ ὅ τὰ εἰς $\overline{υς}$ ὀξύτονα φυλάσσοντα ἐν τῇ συνθέσει τὴν κατάληξιν, ἀναδίδωσι τὸν τόνον, δριμύς, ἄδριμυς, (τραχύς, ἄτραχυς* addit Eustathius p. 340. 21.) *οὐχ οὕτω δὲ ἔχοντα, ἀλλὰ τρέποντα τὸ τέλος, ἵσταται ἐπὶ τῆς ὀξείας, ἡδύς, ἀηδής, βαρύς, ἀβαρής, ἠύς, ἐνηής. (βαθύς, ἀβαθής* idem addit Eustath.) *Οὕτως οὖν ὤφειλε καὶ τὸ ποδώκης ὀξυτονεῖσθαι γενόμενον ἀπὸ τοῦ ὠκύς, ἀλλά φασιν εἰς ἰδιότητα τοῦ Ἀχιλλέως βεβαρυτονῆσθαι τὸ ποδώκης. παρά γ᾽ οὖν* †) *τῷ Ἡσιόδῳ ἀνεγνώκασι τὸ π ο δ ω κ η ς* (i. e. *ποδωκής*) *δ ῖ Ἀ τ α λ ά ν τ η. Τί οὖν ἐπὶ Δόλωνος κατὰ βαρεῖαν τάσιν ἀνεγνώκασι καὶ* (fort. *ὡς*) *ἐπὶ τούτου· ε ἶ δ ο ς μ ὲ ν ἔ η ν κ α κ ὸ ς, ἀ λ λ ὰ π ο δ ώ κ η ς.* Haec ex Apionis et Herodori,

†) *Παρά γ᾽ οὖν·* sic scribendum duxi eadem ratione, qua *ὅ γ᾽ ὦν Μενέλαος* et similia scribuntur. v. Schaefer. ad Dion. p. 271.

quae jam pridem Victoriano μελαμβαθύς Aesch. Prom. 219. adhibita est.

Latius patet pluresque stirpes habet βαρύς, unde nascitur primum ἀβαρής centenis locis firmatum, γυιοβαρής, θυμοβαρής, ἑτεροβαρής, (+ ἑτεροβαρῶς Schol. Ven. Ψ. 574.) ἰσοβαρής, καρηβαρής Schol. Arat. Dios. 54. κεφαλοβαρής Aristot. de Long. et Brev. Vit. VI. 129. A. Theophr. II. Pl. VII. 3. κεντροβαρής Nicet. Ann. VI. 5. 78. D. φλοιοβαρής Schol. Ven. N. 590. Eust. 959. 3. χειροβαρής Philetaer. Athen. X. 12. 29. Haec et alia, quae, quum primo haec ederem, a Schneidero praetermissa erant, summa constantia regulam servant.

Eadem sententia est de θρασύς s. θαρσύς, unde ἀθαρσής, δοριθαρσής, μεγαθαρσής, πολυθαρσής, κυνοθαρσής, λυκοθαρσής s. λυκοθρασής ap. Hesych., cui Aeschyleum κυνοθρασής fidem facit. Hac judicii norma usi pro εὐθαρσύς Etym. M. s. Ἀτρεκής potius εὐθαρσής scribemus, quo plurimi utuntur. Apud Nonnum non δορύθρασυς legitur, ut in Lexicis traditum, sed genitivus δοριθρασέος a δοριθρασής. Cum παχύς quae cognata sunt, ἰσοπαχής Theophr. H. Pl. III. 7. Aristot. H. An. IV. 2. 141. Archimed. Aren. p. 121. Basil. Philo de Tel. Constr. p. 57. κνημοπαχής (male apud Phot. s. Κνημία κνημιοπαχής scriptum), + ἀνισοπαχής Galen. de Comp. Med. p. Gen. II. 19. 699. C. + ἀπαχής Eustath. 1317. 54. γουνοπαχής, εὐπαχής, perspicuum faciunt, neque νευροπαχύς, neque quidquam huic simile ferri posse. In Hipp. de Ven. c. 22. 502. T. I. Lind. c. IX. 6. F. T. IV. Charter., unde Schneiderus hoc adjectivum accepit, legitur: ἡ κοίλη καὶ νευροπαχύς, non, ut ille ait, νευροπάχεια. Ἑτεροπαχύς in Vett. Mech. extare tradunt; quod non est ita, sed τὰ ἑτεροπαχῆ a nominativo legitimo. Eodem errore Sturzius in Lex. Xenoph. plurale δορατοπαχεῖς s. v. δορατοπαχύς posuit. Similiter ἀπλατής, εὐπλατής, ἰσοπλατής, ἑτεροπλατής ab adjectivi simplicis terminatione abeunt.

Quid igitur illis faciendum, quae Grammatici proferunt [illegible] et ἀτραχύς, quorum secundum Eustathius a Photio accepisse videtur, neutrum autem veterum scriptorum usu et exemplo comprobari potest? Quid de φιλόθηλυς et φιλόγλυκυς statuendum et de Me[illegible] vocabulis δίβραχυς, τρίβραχυς, πολυβραχύς Eustath. p. 422.? Ego sic judico et statuo, Graecos sub hac conditione terminationem mutasse, si nomen substantivum subjaceret aptum fingendo adjectivo; sin, adjectivi simplicis exitum reliquisse. Hinc ἄθηλυς Damasc. Phot. 565. Plutarch. Quaest. Rom. c. 87. 365. Aelian. H. An. X. 15. 561. Nonn. XLVIII. 856. 12. Suid. s. Σπάδων, tanto illud acceptius, quod ἀθηλής Tryphiod. v. 54. aliud quiddam, τὸν ἄθηλον, significat. Sic et ἀρσενόθηλυς Maneth. V. 140. Theolog. Arithm. p. 7. + φιλόθηλυς Phile de Anim. c. XI. Aelian. H. An. II. 43. + ἀνδρόθηλυς Tzetz. ad Lyc. 212. ut recte nuper e cod. correctum pro ἀνδρόθηλος, + πάνθηλυς Etym. s. Διονῦς, + μιξόθηλυς Philostr. V. Soph. II. 30. 622. Ad substantivum, si quod esset, recursum esse clarissime apparet ex eo, quod veteres ἀγλευκής quam ἀγλυκής dicere maluerunt, (v. Weisk. ad Longin. Fr. VIII. 8. et Nott. ad Xenophontis locum ab eo citatum) quorum hoc in Schol. Nicand. Alex. v. 171. prioris interpretamentum et a librariis saepe substitutum est. v. Steph. Thes. T. I. 851.

Hoc si ita est, consequens videtur, ut nomen βράχος, a quo διβραχής duceretur, aut non in usu fuisse apud veteres, aut propter similitudinem verbi βρέχω non idoneum habitum credamus, a quo adjectiva componerentur, aut denique (quod mihi quidem veri simillimum videtur) in ea significatione inclusum esse, quae cum pedum mensuris nihil commune habet. Non antiquum esse vocabulum Schneiderus censet. „*Veteres scriptores*, inquit, *βραχέα ὕδατα dixerunt vada, sequiores contraxerunt βραχῆ, et fuerunt, qui hinc singulare*

βράχος efficerent, veluti Procopius. Falsi igitur sunt, qui βράχεα scribunt, quod in Polybio fecit Schweighaeuserus" ad Aristot. H. An. Adn. T. II. p. 345. Τὰ βράχη τοῖς βάθεσιν opponuntur ap. Diod. XIII. 78. 569. eodemque accentu Dio Cass. XLII. 4. 507. XLIX. 4. 572. Aelian. H. An. I. 23. Poll. I. 115. Anon. Suid. s. Εἰκός. Apud Strabonem contra et Aelian. H. An. IX. 49. X. 17. hoc sensu βραχέα scribitur, in Periplis utroque modo; quae ambiguitas ipsius Thucydidis codices invasit, in cujus L. II. 91. ἐς βραχέα ὤκειλαν mirabilis est lectionum discrepantia; βράχη cod. Steph., βράχεα, ut semel ap. Dion. Chr. Or. V. 190. et in Arriani Indicis saepissime scribitur, tres alii cum vett. Edd., quod accentum substantivi, adjectivi terminationem habet. Singulare τὸ βράχος nemo magis frequentat Procopio Bell. Goth. I. 309. B. Hist. Temp. I. 19. 58. C. sed idem etiam alii, auctor Peripli in Bibl. Matrit. p. 486. Steph. Byz. s. Βραχία p. 181. διὰ τὸ ἐν αὐτῇ βράχη εἶναι πλεῖστα· ἔστιν οὖν παρὰ τὸ βράχος. Sed quid multa colligam, qua de re nemo dubitare potest? Sive novitiorum Graecorum error, ut Schneidero placebat, adjectivum in substantivum transmutavit, sive iidem, qui τὸ βάθος, τὸ δάσος, τὸ τάρφος, τὸ τάχος etc. usurparunt, etiam τὸ βράχος asciverunt, nunquam certe alia quam vadi significatione hoc nomen venit.

Ποδῶκυς, quod codd. aliquot Ἰλ. Κ. 316. offerunt, occurrit quidem in libris scriptis editisve, ut Geopp. XV. 1. 1037., ubi cod. Guelpherb. ποδώκης exhibet, bis item ποδῶκυν in Palaeph. de Incred. c. VII., pro quo pariter unus MS. ποδώκη tenet; ποδῶκυν legimus etiam in Pollucis prooemio libri quinti, ποδωκύτατος Philo Leg. ad Caj. p. 1005. ποδωκηέστατος Apoll. Rhod. I. 179. ut θαρσηέστατος: Sed multo celebrius est ποδώκης, quod usurpant omnes, qui proxime Homerum, quique longiore intervallo sequuti sunt, Hesiod. Theog. 302. Aesch. S. c. Th. 625. Scolion VII. Plato Rep. V. 41. T. VII. Alcidam. περὶ

lent: εὐρυόδεια, τριφάλεια. v. Chr. Fr. Graefe Epist. Crit. p. 84. Ex hoc genere est κουροθάλεια et illud, quod ex Aeschylo refert Pollux VI. 80. ὀξυγλύκειαν τ' ἄρα κοκκιεῖς ῥόαν, quod minus recte ὀξυγλυκεῖαν scribitur; ὀξυγλυκὲς et ὀξύγλυκυ e Medicorum scriptis protulit Foesius Oecon. p. 456. quorum secundum non ex communi genere compositorum est, quorum una pars alteram definit, sed duas et perfectas inconfusas notiones in unum componit, ut ὠχρόλευκος, Διονυσαλέξανδρος, Ἰαμβλιχοπορφύριος etc. Apud Oppianum Cyn. III. 26. disjunctis nominibus ὀφρύας ὕψι βαθείας scribendum videtur. Si vero adjectiva in υς exeuntia cum praepositionibus componuntur, terminatio immota manet, genera moventur. Ὑπέρβαρυς nunc in Aeschyl. Agam. 1186. recte legitur pro ὑπερβαρής, ὑπέρβαρυ Hippocr. de Artic. 586. C. T. XII. Galen. Comm. I. in L. III. Epid. p. 204. A. περίβαρυ Aesch. Eum. 156. Ἀμφιβαρὲς tamen apud Hesychium legitur s. Ἀμφικέλεμνον, et φακὴ ἐπωκεστέρη ap. Hippocr. de Intern. Affect. c. XXII. 551. XXIII. 552. Mack. quam φακὴν ὀξεῖαν vocat de Morb. Mul. I. 55. 759. C. T. VII. ut ὀξὺς et ὠκὺς saepe in eundem intellectum feruntur, v. Schweighaeus. ad Appian. T. III. 497. Pertinet haec dubitatio etiam ad L. de Offic. Med. II. 48. B. T. XII. 4. 618. T. I. Lind. ubi τὰ ἀπόξη, si ἀπόξεα scribitur, ab ἄποξυς derivatur, sin ἀποξέα, tam ab hoc nominativo quam ab ἀποξὺς derivari potest. + Ὑπαμβλὲς Philo de Belop. p. 65. ubi in margine ὑπαμβλὺ notatum. Sed usitatius utique est terminationem simplicis servari: + πάροξυς Comicus nescio quis ap. Eustath. p. 863. τὸ κατοξὺ Heliod. I. 42. Cor. ἐπίπλατυ, nuper omissum, Archimed. de Conoid. et Sphaer. Prooem. p. 48. et c. XV. 60. ed. Basil. p. 294. ed. Rivalt. τὰ ἐπιπλατέα Prooem. p. 47. ὑποπλατὺς Dioscor. II. 186. 121. b. Galen. de Semin. L. II. 1. 211. D. T. III, (ὑποπλατεῖς) Id. Introd. XII. 376. C. T. II. accentu circa alias atque alias syllabas fluctuante. Sed rursus ξύλον ἐπίπλα-

τις (hoc tenore) Apollod. Poliorc. p. 44. et 45. ὑπέρπαχυς Appian. H. R. VI. p. 177. Hipp. de Vict. Acut. I. 19. E. T. XI. Plutarch. V. Cat. IX. 599. T. II. ὑπόπαχυς Lucian. Bacch. V. 504. T. VII. Dioscor. II. 207. 151. b. ἔντραχυς Dioscor. V. 180. 315. b. Sext. c. Mus. VI. 360. ὑπόδριμυς Galen. de Temperam. L. II. 2. 59. A. ἐπίδασυς — ἐπίγλυκυς Theophr. H. Pl. III. 18. ὑπότραχυς Eustath. p. 900. Καταβραχύς agnoscere videtur Schol. Thucyd. VII. 2. 170. Sed prius verba Thucydidis ponam ipsa: ἤδη ἐπετετέλεστο τοῖς Ἀθηναίοις ἐς τὸν μέγαν λιμένα διπλοῦν τεῖχος πλὴν κατὰ βραχύ τι τὸ πρὸς τὴν θάλασσαν· ad quae haec annotat Scholiographus: κατὰ βραχύ τι βαρυτόνως τινὲς ἀναγιγνώσκουσι, ὡς μὴ τὸ ὀλίγον, ἀλλὰ τὸ πετρῶδες ἀκούηται· de quo quae Bauerus scripsit, nugatoria sunt. Mihi illud significari videtur, aliquos, utroque conjuncto, πλὴν κατάβραχύ τι scripsisse, *excepto loco quodam vadoso eodemque scruposo*, (nisi pro πετρῶδες ille πηλῶδες scripsit,) quae res fere conjunctae esse solent; πηλοῦ καταβραχέος Plato Tim. p. 297. Apud Strabonem V. 4. §. 5. p. 190. nunc e cod Vat. legitur: κόλπον προςβραχῆ καὶ πολύν, cod. Venet. προβραχῆ. Edd. vett. προβραχύ. Sed προςβραχής VI. §. 6. 298. et saepius legitur, et videtur haec forma significationem nominis τὸ βράχος clarius ostendere. Καταβαρής Schneiderus e Dionis Cassii loco non indicato affert, sumtum haud dubie e L. XXXIX. 42. 1253. ubi πλοῖα καταβαρῆ ὄντα reperimus, eodem fortasse errore, quo πρᾳῆ in Rescripto Athanasii MS. ap. Bandur. Antiqq. Constplt. p. 971. et βραχῆ Olympiod. ad II. Meteor. p. 29. a. et γλυκῆ atque alia hoc modo scripta passim occurrunt. Dubitanter loquor; nam res ita se habet, ut dijudicari vera a falsis non satis possint. Sed καταβαρεῖς ὄντες in Xiphilini Severo p. 318. A. Steph. a κατάβαρυς, et περιθαρσέες Apoll. Rhod. I. 195. ὑπεροξέες Hipp. de Fract. II. 201. D. a simili principio repetere malim.

Eadem est inconstantia in motu. Ὑποβαρεῖα Theophr. H. Pl. III. 15. τῆς κατοξείας βοῆς Aristoph. Vesp. 471. νῆες καταβαρεῖαι Poll. I. 105. perspicuum faciunt, in quam partem usus et ratio propendeat. Neque tamen ἡ σύνοξυς Theophr. H. Pl. I. 10. ἡ ὑποξύς Dioscor. II. 98. 95. ἡ ὑπότρηχυς Archestr. Athen. VII. 159. 215. mutare opus est. Tzetzes ad Lys. 641. τράφηξ κυρίως ἡ ὑπόπλατυς σανίς· ubi superest veteris lectionis vestigium ὑπόπλατος, cujus formam ἰσόπλατος, μεσόπλατος, ὁμόταχος et similia testantur. Praeterea etiam haec adjectiva a recentioribus in ωεις, εὐρώεις Nonn. XXV. 471., et ωδης, τραχώδης Theophr. de Lap. p. 400., traducuntur. Apud Basilium quidem Ep. ad Monach. Laps. p. 13. A. χαμαίζηλον καὶ γλυκώδη ἡδονήν sententiae convenit ἁλυκώδη, sed εὐρώδης Passowius de Lex. Gr. pag. 122. βραχώδης nos ipsi idoneis Suidae, Hesychii et Gloss. Steph. testimoniis confirmavimus. Sed eadem etiam in ιος terminari, γλυκύς, γλύκιος, nullo exemplo demonstrari potest; de Lycio fonte Soph. Philoct. 1459. si qui Scholiastae credere nolent, (v. Diar. Crit. Angl. T. II. p. 548.) his γλυκόεν τε ποτόν plene satisfaciet.

§. II.

De adjectivis in αιος.

Quemadmodum igitur omnis graeci sermonis cursus eo dirigitur, ut composita a simplicibus propria quadam nota distinguantur, vicissim ab omnibus emendate scribentibus laboratum est, ne a principiis longius, quam necessitas exigeret, abiretur. Recte enim mihi animadvertisse videor, formas paragogicas, quibus nomina substantiva in adjectivorum naturam vertuntur, ωδης, ιμος, ειος, αιος, deseri rursus, si nomen cum alio componitur, eoque ipso adjectivi habitum induit. De ceteris nondum mihi omnia collecta et meditata

stato quidem, sed plane ad regulam accommodato. Sic a κληρονομία ductum est + κληρονομιαῖος Eust. p. 1425. 55. a προγάμια (non προγάμεια) προγαμιαῖος, Graecis Ictis frequentissimum. Verum, si quaeris, quaenam vocabula jota illud non a stirpe tractum, neque declinamenti causa adscitum, sed tanquam propriam et necessariam sui generis notam, infixum habeant, illa sunt quantitatis significativa. De quorum forma et varietate priusquam accuratius exponam, contra eos mihi dicendum est, qui σπιθαμαῖος et id generis alia defendere conantur. Hi fere omnes ad adjectivum πυγμαῖος tanquam ad sacram anchoram confugere solent; quod nomen an vulgo ụtitatum, anne potius ad Pygmaeorum interpretationem assumtum fuerit, magnopere ambigo. Hos qui tradiderunt a staturae brevitate nomen accepisse, satis quidem indicii dederunt, posse aliquem, qui longitudinem πυγμῆς aequet, bene graece πυγμαῖον dici, sed usitatam fuisse hanc flexuram, haudquaquam efficiunt. Si autem multitudinem omnem perlustramus vocabulorum ponderalium et mensuralium, longe praevalet contraria ratio. Πλεθραῖον legitur in interpr. Συνοψ. βασιλ. s. Σόσσον, πλεθριαῖον apud Xenoph., Aelian. H. A. V. 9. et alios, ταλαντιαῖος Aristoph. Demosth. Alcaeus com. Poll. IX. 53. ταλανταῖος Athen. IV. 148. B. δραχμιαῖος Aristoph. Plato, Galen. de Antid. L. II. 7. 972. B. δραχμαῖος sine teste Stephanus, et ex duobus illis, de quorum scriptura disceptatum est, στιγμιαῖος Galeni auctoritate munitur de Vict. Acut. III. 186. B. σπιθαμιαῖος Hippocr. de Artic. IV. 457. T. XII. Aristot. H. An. X. 52. 481. Polit. VII. 4. 6. Theophrast. H. Pl. II. c. 7. Polyb. VI. 22. Galen. de Qualit. Corp. I. 61. T. II. Dioscor. II. 169. p. 116. b. Geoponn. II. 6. 103. qui haud scio an Strabonem IV. 10. p. 90. et Heliod. IX. 15. 369. σπιθαμαῖος scribentes in suas partes tracturi sint. Similiter δακτυλιαῖος Aristot. H. A. V. 15. non δακτυλαῖος Galen. de Admin. Anat. VII. 166. B. T. IV.

v. Schweigh. ad Athen. T. II. p. 5. λιτριαῖος Dion. Hal. IX. 27. 1818. non λιτραῖος; κοτυλιαῖος Athen. X. 15. 54. non κοτυλαῖος Diog. La. II. §. 159. Graecis placuisse judico, idque non solum exemplorum multitudine, sed etiam rationibus quibusdam mihi confirmare posse videor. Nam quum etiam adjectiva ποιότητος quae dicuntur, ad hanc terminationem propendeant, quis non fateatur, plurimum interfuisse, ut ab his vocabula ποσότητος, quoad liceret, notabili quodam discrimine distinguerentur? quo neglecto fieri non potest, quin τοναῖος cum τονιαῖος, μοιραῖος cum μοιριαῖος, σταδαῖος cum σταδιαῖος, ὡραῖος cum ὡριαῖος, alia cum aliis confundantur †). Poetas autem huic legi non adstringam, neque recusabo, quin forma vocabulorum per se minus legitima, saepe tamen numeris rationibusque poetarum aptissima reperiatur. Sic comparatum est λιτραῖον Palladae, δραχμαῖον Nicandri, διδραχμαῖον Eudemi ap. Galen. de Antid. L. II. 17. p. 927. cf. 14. 922. quod in Lexica recipiendum.

In hac quidem curriculi nostri parte duces habuimus nonnullos, quanquam discordes illos, viaeque incertos; quod reliquum est itineris, in summa solitudine emetiendum erit. Reliquum autem est, ut quaeramus, si ultra unitatem procedatur, utrum Graeci numeralia cum ipsis substantivis copulaverint, an simplicium formam etiam ad composita transtulerint, et ubi appareat, tum hoc reperiri, tum illud, porro quaerendum videtur, utra ratio iis, qui sermone scito et attico usi sunt, maxime placuerit. Ad quam rem indagandam tres habemus vias, Grammaticorum interrogationem, exemplorum dinumerationem, analogiae explorationem. Harum viarum nulla est, quae non aliquando

†) Desunt Lexicis μοιριαῖος, μοιριαῖον διάστημα Ptolem. Geogr. L. II. p. 30. Synes. Ep. ad Paeon. p. 311. Simpl. in Aristot. de Coel. p. 134. διμοιριαῖος Apollod. Poliorc. p. 26. τριμοιριαῖον ib.

fallat; sed si omnes eodem ducunt, si id quod rationi convenientissimum, maximeque secundum naturam est, etiam Grammaticorum suffragiis probatur, idemque maximam habet antiquitatis auctoritatem, erit jam profecto illud nobis atticum. Grammaticorum autem sententia nobis pertenui argumento patefacta est. Primum J. Pollux eo loco, quo vocabula cum τρις composita recenset VI. 165. nullum parasyntheton, sed omnia syntheta apponit; deinde apertius Suidas: Τετρώβολον — οὕτω γὰρ λέγουσι τὸ τετρωβολιαῖον, quod deest Lexicis. Idem vero etiam scriptorum praestantissimorum usu comprobatur, qui vocabula unitatis flexura, multitudinis compositione efficiunt. Herodotus I. 50. ἑξαπάλαστα, τριπάλαστα καὶ παλαστιαῖα. Plato Theaet. p. 147. C. τῆς ποδιαίας, τῆς τε τετράποδος καὶ πεντέποδος, μέχρι ἑπτακαιδεκάποδος. Idemque in Menone catervatim δίπους, τρίπους, τετράπους, ἑπτάπους, ποσάπους, nullum contrario modo scripsit. Adde his Xenophontis Oecon. XIX. 4. 5. ποδιαίου, διπόδου, τριπόδου †), etc. ubi insignis lectionum varietas διποδιαίου, πενθημιποδίου (leg.

†) Xenophontea illa genitivi forma τῆς ἑξαπόδου, Herodoto II. 149. nunc ablata, quae in Lexicis ad δίπους, τρίπους refertur, nihil obstat, quominus a propiore fonte δίποδος, τρίποδος derivetur, quo exemplo Homerus πυρῇ ἑκατόμπεδος, Attici veteres νεὼν ἑκατόμπεδον dixere Thucyd. III. 68. λίθοι τετράποδες Arrian. Alex. VI. 408. Utroque loco Homeri et Thucydidis subrepsit forma vulgarior ἑκατόμπεδος, quae etiam in Ctesiae loco ap. Athen. XII. 58. 465. cum illa commutatur. Doricam eam esse conjicias ex Pindari usu Isthm. VI. 52. et monumentis doriensibus, quae in alia quaestione commemorat Koenius ad Gregor. p. 270. Similiter variant λίθοι τετράποδοι et τετράπεδοι in pluribus versionis Alexandrinae locis (v. Biel. s. l.) et Dion. Cass. In Nicarchi Epigr. XXVIII. pag. 65. T. III. nulla erat ratio cur pro τετραπέδους quadros scriberetur τετράποδας; in vulgari dialecto τετράπεδον dicitur et quod quatuor pedum est et quod in quadram formatum, v. Polyb. VIII. 6. Gregor. Naz. Or. XVIII. 359. D. T. I. Proprie atticum est δίπους, ἕξπους, δεκάπους etc.

πενθημιποδιαίου) et πενθημιπόδου librariorum haesitationem prodit. Sic denique Aristoteles Polit. IV. 13. 2. δραχμιαῖον καὶ πεντάδραχμον, et Theophrast. de Caus. plant. VI. 2. 354. τὸ ποδιαῖον καὶ τὸ μυριόπουν.

Hactenus de Grammaticorum praeceptis, deque usu scriptorum dictum est; rationi quid maxime consentaneum, hoc est, quid naturae proximum, simplicissimum, temperatissimumque sit, hinc pro se quisque, etiam me tacente, statuere poterit. Nam ut a τάλαντον adjectivum ταλαντιαῖος, a παλαστή παλαστιαῖος duceretur, necessitas cogebat; cui non ultra, quam opus erat, inservierunt, neque porro διταλαντιαῖος, τριπαλαστιαῖος, sed ad substantivum regressi, minima molitione διτάλαντος, τριπάλαστος dixere, flexuram autem operosiorem iis reservandam putarunt, quorum primitiva jam ad id praeformata et praestructa essent, velut ἡμιωβόλιον, ἡμιωβολιαῖος, τριημιωβολιαῖος, ἡμιτόνιον, ἡμιτονιαῖος, τεταρτημοίριον, τεταρτημοιριαῖος. Eamque rationem Atticos per omnia sequutos esse, singulos viritim citando, demonstrabo. Διτάλαντος Demosth. c. Aphob. I. 853. de Cor. 329. Herodo. II. 195. τριτάλαντος Arist. Lys. 538. Isaeus de Hered. Pyrrh. p. 24. p. 34. T. VII. πεντετάλαντος Nub. 758. Dem. c. Aph. I. 833. δεκατάλαντος Aeschin. fals. leg. p. 273. πεντεκαιδεκατάλαντος Dem. II. c. Aph. 838. ὀγδοηκοντατάλαντος Lysias de Euandr. p. 805. ἑκατοντάλαντος Arist. Eqq. 442. A drachma δίδραχμος Arist. Pac. 1202. Thucyd. III. 17. πεντάδραχμος Herodo. VI. 89. ἑξάδραχμος Arist. Oecon. II. 6. πεντηκοντάδραχμος celeberrima illa Prodici oratio ap. Platonem et Aristot. Rhet. III. 14. 375. Πωλῶν τὰς κριθὰς ὀκτωκαιδεκαδράχμους καὶ τὸν οἶνον δωδεκάδραχμον Demosth. c. Phaenipp. 1045. Adde Lexicis ἑκατοντάδραχμος Galen. de Comp. Medic. p. Gen. II. 2. 681. D. A cotyla δικότυλος Comicus Athen. VII. 71. τρικότυλος Aristoph. Thesm. 743. Menand. XI. 52. 229. τετρακότυλος Alexis XI. 66. 292. ἑπτακότυλος Aristoph. Poll. X. 67. Nihil

F. τριμηνιαῖος Theophr. de Caus. Pl. III. 10. Cleom ed Cycl. Theor. I. p. 25. τετραμηνιαῖος Diod. Sic. XI. 80 XII. 78. ἑξαμηνιαῖος Apollod. III. 4. 5. ἑπταμηνιαῖος Plut. Plac. Phil. V. 18. 481. Lucian. Dial. Deor. c. IX. ὀκταμηνιαῖος Galen. Hist. Phil. XXXIV. 54. ὀκτωμηνιαῖος (quam formam negligunt Lexica) Philo de Opif. Mund. p. 28. B. Schol. Arat. 455. δεκαμηνιαῖος Apollod. III. 14. 4. Sap. VII. 2. Joh. Lyd. de Mens. I. Horum omnium nullus est tam sui similis, ut non aliquando ad veterem consuetudinem ex improviso relabatur. In Hippocratis scriptis, quae nomine vetusta, multis autem partibus recentissima sunt, usitatissimum est δίμηνος cum ceteris ejusdem generis, τρίμηνος Herodo. II. 124. Plutarch. V. Crass. XII. 420. A. T. III. Ptolem. Geogr. L. I. 8. pag. 8. τετράμηνος Thucyd. V. 63. Appian. Maced. IX. 1. 514. etc. Ac sunt etiam vocabula quaedam, quae ne inter recentiores quidem colorem facile mutent, ut δίπηχυς (Plato Phaedon. c. 114. pag. 195. Xenoph. Cyr. VI. 1. 17.) Aristot. H. An. IV. 1. 132. Plutarch. de Fort. Alex. Or. II. 9. p. 72. T. IX. τρίπηχυς Hesiod. Opp. 423. Aristot. de Anim. I. 5. p. 8. T. II. Eur. Cycl. 234. Polyb. V. 88. τετράπηχυς Plato Rep. IV. 340. Arist. Vesp. 553. Aristot. de Sens. VII. 80. C. T. II. Itaque non erat, quod Theophrastus H. Pl. IV. 5. 347. διπηχυιαῖος, Apollodorus τετραπηχυιαῖος II. 4. 10. velut e longinquo quaereret; πεντηκονταπηχυιαῖος Tzetz. Chil. I. 817. infer Lexicis. Sed jam rationem concludam: Si paret, et plerosque et praestantissimos auctores vocabulis simplicibus terminationem sui generis propriam, compositis communem tribuisse, et est perspicuum, hanc rationem simpliciorem naturaeque conjunctiorem esse, licet jam intelligamus, veteres Grammaticos, quum τετρωβολιαῖον reprehenderent, obscuro quodam analogiae sensu ductos, eadem sententia hoc totum genus damnasse.

Sed, quoniam, quae maxime erant necessaria, ab-

solvimus, nunc, si quid in via nobis occurrebat observatione dignum, quod tum ad exitum properantes praetervolavimus, id per otium repetamus. Et, ut ordine primum quidque replicetur, initium sumam rursus ab omissione jota copulativi, cujus etiam in hoc genere numerorum multiplicatorum exempla reperiuntur. Ita διςπιθαμαῖον Dioscor. II. 172. 117. b. quod aliis ejusdem auctoris locis rectius διςπιθαμιαῖον scribitur. Attici politiores quomodo dixerint, quaerere supervacaneum, quum ipsum σπιθαμή apud hos non satis sit receptum, v. Thomam et Moerin; sed qui minus delicati fuerunt, διςπίθαμον dixere, ut Hesiod. Opp. 426. et Dioscorides ipse III. 95. 169. b. τρισπίθαμον Xenoph. Cyu. IX. 15. Lexicis adde ἡμισπίθαμος Philo de Constr. Tel. p. 55. πενθημισπίθαμος ibid. p. 59. et ἡμισπιθαμιαῖος Hippocr. de Fract. p. 241. T. XII. Τριμηναῖος, quod olim a quibusdam editum Polyb. V. 1., nunc cessit meliori τρίμηνος. Ut Harmenopulo + τριμηναῖος Man. Legg. L. I. 2. 20. sic Tzetzae suum + τετραμηναῖος Chiliad. V. 576. et πεντηκονταμηναῖος I. 21. 581. non eripiam. Διμοιρίτην Hesychius non + διμοιραῖον, sed διμοιριαῖον interpretari debebat. Pro διδακτυλαῖον Heliod. de Fasc. IX. 522. B. rectius legitur διδακτυλιαῖον c. XXXI. pag. 529. D. et Galen. de Fasc. 97. 495. D. + τριδακτυλιαῖον Sext. Emp. adv. Phys. I. pag. 660. Geoponn. VII. 15. 500. Lexicorum causa etiam illud notandum, Graecos hoc in genere Latinis adstrictiores esse binasque significationes una flexura concludere, tam bipedem quam bipedaneum s. bipedalem δίπουν dicentes.

Hinc paullum progressi ad eum locum, quo de ὀβολιαῖος et similibus expositum est, in formam secundariam incidimus ὀβολιμαῖος. An igitur Graeci veteres (id quod Lexicographi nostri tradunt) utrumque vocabulum eodem sensu usurparunt? Si quidem licet ex paucis exemplis, quae ad manum habeo, conjecturam ducere, ὀβολιμαῖος longe alio spectat, quam ὀβολιαῖος,

neque tam quantitatis quam aestimationis est appellatio. Sic in Theanus loco (Ep. III. 39. Orell.) κέρδη ὀβολιμαῖα dicitur lucellum sordidum. Eustathius p. 1405. 28. τριοβολιμαῖος ὁ εὐτελής. Photius Bibl. c. 59. pag. 53. τοὺς κληρικοὺς ἀτίμους καὶ διεφθαρμένους καὶ αὐτοπαρακλήτους καὶ τριοβολιμαίους ὑβρίζει. Quis vel ex eo, quod a nullo majoris moduli nummo ejusmodi adjectivum ducitur, non intelligat, hac terminatione non certi mercipretii, sed vilitatis notionem comprehendi? Itaque hoc contendo: quod exiguo pretio sed justo et suo emitur, ὀβολιαῖον dicitur, quod extra pretium est, ὀβολιμαῖον. Similiter etiam τόκον ὀβολιμαῖον apud Eustath. l. c. per ignominiam dici puto foenusculum tocullionum; nam certas usuras et menstruas et annuas non solent Graeci hoc modo appellare.

Ceterum τριοβολιμαῖος etiam apud Etymologum et Suidan legitur brevi ο̆ scriptum, vitiosa illa scribendi consuetudine, qua hoc totum genus laborat. διοβολιαῖος Galen. de Comp. Med. p. Locc. VII. 5. 551. F. IX. 3. 607. B. 615. D. 616. B. (ubi bis terve δυοβ.) et τριοβολιαῖος Dioscor. I. 152. 51. b. Galen. l. c. VII. 5. 544. adhibita necessaria emendatione addantur Lexicis.

Multa mihi hujus generis necessario praetermittenda sunt, ut diutius in uno reliquo genere, prae ceteris variabili, commorari possim, eorum dico, quae cum μνᾶ componuntur. Quod vocabulum quum sua sponte tam sit curtum, ut nulla sui parte privari possit, quin totum evanescat, †) quumque etiam hoc prae ceteris praecipuum habeat, quod ad propagationem adjectivi vocalem affert propriam, primo veluti partu μναιαῖος ex se protulit, in quo terminatio huic generi

†) Τὰ ἀπὸ μονοσυλλάβων λέξεων παραγόμενα φυλακτικά ἐστι τῶν ἰδίων φωνηέντων ὑπὲρ τοῦ μὴ παραναλίσκεσθαι εἰς τὰς παραγωγὰς αὐτὰς τὰς πρωτοτύπους λέξεις — τὸ γήδιον ἐφύλαξε τὸ η̄ τοῦ γῆ — καὶ τὸ μναιαῖος ἐφύλαξε τὸ ᾱ. Apollon. de Adverb. p. 586.

λαντιαῖος καὶ ἐν ἄλλοις. A nominativo μνᾶ recte κτητικῷ quidem τύπῳ derivari possit μναῖος, ut ab Ἀθηνᾶ Ἀθηναῖος, sed ponderis et mensurae significatio in nullam aliam formam cadere potest, quam in μναιαῖος, vel cum superpondio illo Aristotelico μναϊαῖος, ut altero Eustathii loco p. 1905. 34. perspicue expressum est. Μναιαῖος autem ut scribatur ternis syllabis, minime placet, quod ea ratione scripturae proprietas, quam dedita opera quaesiverunt, rursus obscuratur, jota illo, quod est mensuralium veluti proprium signaculum, in diphthongum diffluente. Verum librarii et editores principes, apud quos nulla erat harum rerum suspicio, tantum non omnibus locis diaeresin sustulerunt; ita nunc μναιαῖον legitur Xenoph. Hipparch. I. 16. Polyb. XIII. 2. Athen. III. 56. 347. Mechann. Vett. pag. 69. Suidas: Μναιαῖον καὶ δεκαμναῖον. In Xen. Equest. IV. 4. Edd. vett. exhibent λίθους μναιαίους, quod et in Hort. Adon. p. 103. et cod. Paris. apparet; Pollux vero in hoc Xenophontis loco μναιαίους scriptum reperit, cui ad summam nihil deest praeter punctula. Verum quod praeterea in Lexicis circumfertur μναῖος, ac multo magis, quod Schneiderus Aristoteli II. An. V. 13. 206. et Athenaeo l. c. restituere cupiebat, et huic ex membranis suis restituit Schweighaeuserus T. II. p. 100., μνάϊος, in totum improbandum. Composita, ut lex praescribit, ad similitudinem prototypi, utcunque possunt, relabuntur, διμναῖος Xenoph. Oecon. II. 5. Lucian. Dial. Meretr. XIV. 267. T. 8. τετραμναῖον, Diod. Sic. L. III.

---

rit Hippocrates id quod inter tonitrua decidit (Epidem. VII. 494. E. T. IX. et Galen. Comm. p. 495. E. 496. E. 497. B. Lexicis omissum), ratio in promptu est, alteri formae βρονταῖος alia notione subjecta. Verum tamen hanc rationem voluntariam magis esse quam necessariam, patet ex eo, quod aquae, quae inter fulgura cadunt, ἀστραπαῖα dicuntur ὕδατα Plutarch. Symp. L. IV. Quaest. II. v. 171. T. XI. Adde Lexicis ἁμαρτήματα συμποσιαῖα Eustath. p. 770.

15. 212. quod Lexicis addendum cum ἑπταμναῖον (Hesych. s. Μολυβίς et Μολυβδίς) et δωδεκαμναῖον Philo de Belop. p. 98. et πεντεκαιδεκαμναῖον ib. Τριακονταμναῖον Polyb. IX. 41. 178. Haec, si jota hic necessario adhibitum subtraxeris, superioribus illis δικότυλος, τρίπλεθρος etc. perfecte respondent. Altera scriptura magis vertebrata, ἑξαμνιαῖος, δεκαμνιαῖος, hoc est, ἑξαμναϊαῖος, δεκαμναϊαῖος, tenet adhuc in Hesychii v. Πέλεκυς, pro quo Is. Vossius ἑξαμναῖον, δεκαμναῖον suasit.

Sed nondum omnem hujus vocabuli varietatem exhausimus; quod quum natura sua ad adjectivi formationem inhabilius sit, tum etiam compositionem habet minus expeditam, nisi si in sua resolvatur elementa; quam viam nonnulli ingressi protulerunt δίμνουν Mechan. vett. p. 69., quod Lexicis deest, τετράμνουν Athen. XI. 15. 209. πεντάμνουν Athen. IV. 31. 82. T. II. δεκάμνουν Hesych. s. Ἡμιπέλεκκος. Hoc Iones et Attici veteres in δίμνως sive potius δίμνεως (non διμνέως, ut vulgo scribitur) verterunt, ut a γέα εὔγεως. Pro εἰκόσιμνος, quod probari nequit, †) quum Pollucis codices paroxytonum εἰκοσίμνος praebeant, credibile est Lysian εἰκοσίμνεως scripsisse, quo etiam revocandum est Aristophanis δεκάμνῳ θώρακος κύτει et Suidae τρίμνων. Quemadmodum autem in Herodo. V. 77. pro διμνέως (δίμνεως) codices quidam διμναίας praebent, Schweighaeusero probatum, ita Plutarch. V. Pomp. XXXIII. 181. T. IV. pro ἡμιμναῖον in Ms. est ἡμίμνεον. Ἡμίμνουν Galen. de Comp. Med. p. Gen. IV. 13. 704. ἡμίμνεα πέντε Porphyr. de Abstin. IV. 4. ἡμιμναῖον Plato Legg. VI. 774. Demosth. c. Theocr. 1353. Xenoph. de Vectig. IV.

†) Etiam nomen proprium Ἑκάτομνος (v. Harpocr.) Isocratis codd. p. 57. Ἑκατόμνως scribunt; quanquam in hoc nominum genere correptio extremae syllabae tolerabilior est. Δεκάμνοοι Athen. V. 40. 297., quod uterque cod. pro δεκαμναῖοι praebuit, leniter inclinatum eodem concedet.

15. Memm. II. 5. 2. Hesych. s. Τριώδελον. Libris editis quam parum fidei in hoc genere habendum sit, existimari licet Schweighaeuseri exemplo, qui quum binis Suidae locis e Polybio excerptis δεκαμναιαῖον (h. e. δεκαμναϊαῖον) scriptum reperisset, nulla ad lectores mentione facta δεκαμναῖον edidit, adhibita emendatione, ut ipsi videbatur, certissima, si ad manum intueris, futilissima. Ita qui superioribus seculis forum typographicum calefecerunt, quum meras maculas sibi e tabulis veterum expurgare viderentur, sinceros colores atque ipsa lineamenta diluerunt, nobisque viam ad multarum rerum inventionem praecluserunt.

Explicata hujus generis vi et ratione, paucis nunc ostendam, in judicandis scripturae vitiis quem haec doctrina sit habitura usum. Librarios constat nulla in re tam saepe lapsos esse, quam in adjectivis in ιαιος et ιδιος terminantibus. Ita βλωμίδιος ap. Athenaeum III. 30. pro βλωμιαῖος invectum esse vidit Salmasius, δακτυλίδιος in Damocriti versibus ap. Galen. Comp. Med. p. Gen. VII. c. 10. p. 847. D. pro δακτυλιαῖος, Ἑρμάδιον apud Zonaram Lex. T. I. p. 870. pro Ἑρμαῖον, et ἀνεμίδιος pluribus locis pro ἀνεμιαῖος subrepsit, v. Schaefer. ad Bosii Ellips. p. 244. Neque tamen ubique tam facilis est vitii exploratio. Nam et haec terminatio ιδιος late per sermonem graecum patet, pluresque habet fontes et cum multis aliis generibus cognationes. Partim enim adjectiva in αιος, ut aliquid a gravitate sua remittant, in hanc longitudinem extenuantur, μοιραῖος, μοιρίδιος, ἀμοιβαῖος, ἀμοιβάδιος; quod indiscretum est Quinto Cal. V. 65. χερσὶν ἀμοιβαδίῃς et VI. 176. νῆας ἀμοιβαίῃσι φυλασσέμεν. Sic et ὑπωμαῖος Arat. Phaenn. 144. ἐπωμάδιος 248. Primi tamen et tertii vocabuli forma crassior prosae, citatior poesi accommodata; secundo contrarius in utramque partem motus fuit. Partim nascuntur ex adjectivis in ιος, maxime localibus;

quo in numero usitatissima sunt composita cum θάλασσα: ἐπιθαλασσίδιος, παραθαλασσίδιος, quae ipsi Attici cum primitivis suis promiscue usurpant, ut in Plat. Legg. IV. p. 161. πόλις ἐπιθαλασσίδιος et p. 162. πόλις ἐπιθαλασσία. Verum de hoc jam Thomas M. admonuit. In Leonidae Tarent. Ep. XCIII. 1. p. 178. pro ἐπακταῖος, quod non improbem, Jacobsius ἐπακτίτης sibi placere profitetur; Vaticanus ἐπάκτειος exhibet, Planudes ἐπάκτιος, cujus secundaria forma ἐπακτίδιος hoc loco aptissima erit. Sic παράκτιος et παρακτίδιος, ἐπιτύμβιος et ἐπιτυμβίδιος, ἐνοίκιος et ἐνοικίδιος, ἐπιμάστιος et ἐπιμαστίδιος (adde Lexicis ὑπομαστίδιος, *subrunius*. Nicet. Ann. XXI. 8. 406.), ὑποκόλπια ξίφη Herodian. VII. 11. et ὑποκολπίδια ξίφη VII. 6. nullo significatus discrimine usurpantur. †) Confer ἐποχθίδιος, ἐποψίδιος, παροψίδιος.

Sed quo magis intelligatur, loci et situs significationem huic inclinamento propriam esse, magnum numerum vocabulorum, quibus singulae corporis partes appellantur, in unum congeram: ἐπινεφρίδιος, προστερνίδιος, ἐντοσθίδιος (nihil est ἐντοστηθίδιος), μετωπίδιος, ἐπωμίδιος, ἐπινωτίδιος, ἐπιβλεφαρίδιος, προγαστρίδιος (ὅπλισις Schol. Lucian. Deor. Conc. p. 181. T. IX.), περικνημίδιος, ὑποσαρκίδιος. Atque haec terminatio huic generi ita propria est, ut primitiva in ιος pleraque defecerint.

Sed hic me video in superioris disputationis vestigia incurrere. Nam a corporis partibus etiam adjectiva in αιος denominantur, νωτιαῖος, ὠμιαῖος, κραδιαῖος, atque alia plura nondum in Lexica relata, veluti ἡπατιαῖος Hippocr. de Oss. Nat. X. 7. E. T. IV. κνημιαῖος ib. κροταφιαία πληγή Synes. Ep. CXXII. 259. μετωπιαία ἐπίδεσις Galen. de Fasc. XII. 476. E. νεφριαῖον στέαρ Dioscor. II. 87. p. 87. b. Quum igitur ambo adjectivorum ge-

†) Eadem *viciniae* notio expressa est in adjectivis temporalibus, ἐπινυκτίδιος Procop. de Aedif. Justin. I. 7. p. 19. D. πλοῦς προαρεστίδιος Scylax Peripl. 25. et 55. quae ambo desunt Lexx.

nera de partibus corporis usurpentur, terminationis autem tanta sit similitudo, ut infirmiorem visum facillime fallat, illud peropportune accidit, quod adjectiva in *ιαιος* a solis substantivis ducuntur, neque recipiunt praepositiones; haec in *ιδιος* contra et adjectivis in *ιος* nituntur et praepositionibus lubentissime adnituntur; cujus rei ratio posita est in hoc, quod haec situm, illa partes ipsas, earumque substantiam significant. Ita mihi *ὑπομασθιαῖος*, quod in Lexicis affertur, ex *ὑπομασθίδιος* natum; in Hippocrate autem de Oss. Nat. VII. 5. D. T. IV. *φλὲψ ἐπωμιδία* pro *ἐπωμιαία* legendum videtur †); neque magnopere dubito, quin idem de Morb. Mul. II. 50. 827. C. *ἱδρὼς μετωπίδιος*, non *μετωπιδαῖος* (sic), et Pollux V. 63. *τὰ μηριαῖα* (sc. *μέρη*), non *μηρίδια*, scripserit. Ita patet, et *ἠτραῖον* et *ἠτρίδιον* recte in *ἠτριαῖον* mutatum esse, et porro *νεφρίδιον* in *νεφριαῖον* mutari debere. Apud eundem vero Pollucem I. 199. pro *μηραίαν* (*τρίχα*) necessario scribendum est *μηριαίαν*. Nam quum his adjectivis in *ιαιος* praecedant primitiva in *ιος*, adjaceant congenita in *ιδιος*, necesse est jota illud conjunctivum proprie adscribi. *Νωταῖος* et *νωτιαῖος*, quae in Lexicis pro iisdem habentur, ortu, usu et significatione differunt; *νωταῖον ἄχθος* recte dicitur, non item *νωταία φλέψ*, nisi in poetarum carminibus, quos supra significavimus sponte Musarum hanc habere prae caeteris mortalibus licentiam, ut exilia analogiae praecepta generose contemnere possint. ††)

---

†) In Strabonis L. VIII. 11. p. 60. T. 3. *τὸ τῆς Νεμιδίας Ἀρτέμιδος ἱερόν* legendum *Νεμεαίας*. Suidas: *Νέμεσος, ὁ ἐν τῇ Νεμέᾳ τῇ Λοκρικῇ, ὁ δὲ τῆς κατὰ τὴν Ἦλιν — Νεμεαῖος.* cf. Steph. Byz. s. *Νεμέα. Νεμειαῖος* (ut *βορειαῖος* Leonid. Ep. XXXIX.) Hesiod. Theog. 327. *Νεμεαῖος* Pind. Nem. II. 7. *Νεμέοιο λέοντος* Tzetz. Antehom. 104. v. nott. ad Paus. II. 15. 232. In Schol. Nov. Apoll. I. 989. male *Νεμεείου*, recte *Νεμεαῖος* 498.

††) Licet cum his comparare quodammodo latina *abiegnus*, *fer-*

σιμος, quod ipsum in usu non occurrit, sed derivatum ἐνθνήσιμος. Lexicis adde φθορειμαῖος (φθορειμαῖοι λόγοι Euseb. Hist. Eccl. IV. 22. 183. ψευδοδοξία 28. 192.), τροφιμαῖος Philo de Nobil. p. 909. C. ἐξορισιμαῖος Hesych. s. Δηπόρτατος, ἀγχονιμαῖος Euseb. Pr. Ev. p. 227. Phot. s. 'Οξυθυμία, Eustath. p. 1934. 3. Haec et pleraque alia, quae Bastius in Ep. Crit. l. c. contulit, recentiori Graecitati adscribenda sunt, veteribus hoc genere parce et verecunde, tanquam condimento, usis. Εὐχωλιμαῖος Pollux probat; ἁρπαγιμαῖος Phrynichus App. Soph. p. 5. idem ὀνυχιμαῖος et συλλογιμαῖος p. 160. ἐνεχυριμαῖος improbat Ecl. Att. p. 160. Herodoti. est ὑποβολιμαῖος, Aristophanis ἀποβολιμαῖος, Demosthenis ἐπιστολιμαῖος †), quibus adhaerent ἐκβολιμαῖος, ἐμβολιμαῖος, ἀποστολιμαῖος, latina *ejecticius*, *subjecticius*, *projecticius*, *missicius*. Quis haec non videt non terminatione solum sed et ortu et potestate inter se congruere? quis non idem animadvertit in νεκριμαῖος, θνησιμαῖος et φθοριμαῖος, tum in ἁρπαγιμαῖος, κλοπιμαῖος, κλεψιμαῖος, κρυφιμαῖος et λαθριμαῖος? quorum unum ex altero, disparibus saepe principiis, ortum est.

---

†) Δυνάμεις ἐπιστολιμαίας Phil. I. 45. de quibus nuper exposuit Edm. Barkerus in Diario Classico T. III. p. 590. 'Επιστολιμαίους, quod hic codex praebet, confirmat Lex. Rhetor. p. 253. Sed Libanius Ep. MDXCIII. 725. οἱ δι' ἐπιστολιμαίας δυνάμεως ἀποχαρακούμενοι. v. nott. 'Επιστολιμαίας συνουσίας Philostr. V. Apoll. IV. 45. 187. ἐπιστολιμαῖα συνθήματα Gregor. Naz. Or. IV. 139. A. γράμματα Philo in Flacc. p. 980. Euseb. Hist. Eccl. VII. 21. 345. unde Eustathius p. 1682. Αἰσχίνου ἐν τῷ ἐπιστολιμαίῳ, scil. συγγράμματι. Χαρακτὴρ ἐπιστολιμαῖος Suid. s. Ναύσων.

CAP. III.
DE VERBORUM COMPOSITIONE AD PHRYN. P. 266.

§. I.

Technicorum praejudicia. Ἀτίω, ἀνήδομαι. Participiorum libertas; recentioris Graecitatis licentia.

Explicatis substantivorum et adjectivorum rationibus, pleno gradu in tertium locum ingrediendum erit, qui est de compositione verborum. Haec enim eadem lege implicata tenentur, neque possunt nisi per flexuram quandam cum aliis orationis partibus praeter praepositiones consociari. Qua de re idem ille Phrynichi locus primam nobis injecit suspicionem, confirmatam postea Scaligeri adnotatione ad Phryn. Ecl. s. Εὐαγγελίζομαι, qua ipsa hujus doctrinae fundamenta continentur. Nam apud antiquos artis scriptores nullum hujusmodi praeceptum invenitur, neque videtur vulgo notum fuisse. Latuit quidem certe eos, qui Homerum βάσκιθι, πανέστησαν, κακοσσόμενος, et (quae sunt ex eodem fere seminario) πρυμνοςπαχύς, χορωκάλη, ῥοδανοδονακῆα scripsisse rebantur, quique ἀέσαι, ut Apollonius tradit Lex. p. 50., κατὰ στέρησιν τοῦ ἕσαι intelligebant. Neque Apio et Herodorus, quum eorum errorem refellerent, qui ὀϋνεδύων hyphen scribi mallent, ratio-

nemque subjicerent: *εἰ γὰρ ἦν σύνθετον, διὰ τοῦ ι ἐγράφετο ἄν, ὡς τὸ ὀψιμαθής, ὀψίτευκτος* Eustath. p. 1235. 3. Schol.Ven. Φ. 252., quidquam de hac suprema graeci sermonis lege suspicati videntur. Cuius inscitiae etiam Macrobius reus est de Differ. Gr. et Lat. Verb. p. 706. haec scribens: „*Graeca verba quando componuntur cum praepositione, eundem accentum servant; cum vero eis alia pars orationis adjungitur, modo mutant priorem modo tuentur accentum. Servant in his: τίω, ἀτίω, ὄσσω, κακόσσω, unde κακοσσόμενος, νίπτω, χερνίπτω, κιθαρίζω, χοροκιθαρίζω.*" Riemerus igitur, quum in Lexico Graeco s. *Δύς* et *Εὖ*, Scaligeri sententiam impugnans, hoc totum ex veterum Grammaticorum insomniis ductum et conflatum esse affirmat, nimis liberaliter facit. Hi si quid de hac tanta re suspicati sunt, in variis istis de analogia et anomalia disputationibus (inter quas principes illi velut Scyllam inter et Charybdin diu jactati sunt) in his igitur propriam hujus quaestionis regionem fuisse credendum est.

Regium Scaligeri praeceptum vel sequutus est vel pro se ipse invenit F. Sylburgius, qui, ut ille Nunnesii, sic hic Clenardi errorem de verbo εὐαγγέλλω castigavit, v. Gramm. Scot. p. 296. Idemque in Nott. ad Clenard. et Antesign. p. 548. haec scribit: „*Χαλκοκεκαυμένος legitur etiam in vulgaribus Lexicis et quidem e Galeno citatum; quam compositionem tueri videtur ἱλυσκᾶσθαι, καμφαίνειν, χερνίπτειν et similia, praesertim quum apud Lysiam quoque legatur ἐχερνίψατο ἐκ τῆς ἱερᾶς χέρνιβος* (c. Andoc. p. 255. Reisk.). *Quia tamen rarae sunt ejusmodi compositiones e nominibus et verbis integris, vereor ne occasionem huic compositioni dederit compendium scripturae non intellectum, nimirum ō dextro humero consonantis impositum pro ος.*" Post ea tempora usque ad Corayum ad Heliod. p. 7. et Schaeferum Melet. p. 6. neminem hujus regulae mentionem inje-

cisse invenio †), ac ne ii quidem, qui de universa graeci sermonis conformatione scripsere, velut Cattierus et Abreschius, tum inter nostrates Trendelenburgius et Kistemaker ††) ullam ejus notitiam habuisse videntur. Neque rem vulgo pernotuisse ostendunt crebrae emendatorum offensationes: δυςκράπτειν, quod D. Heinsius Menandro restituere tentabat ap. Rutgers. Varr. Lectt. IV. 12. 424. κηροχυθέντα, quod Hesychio Sopingius tribuebat s. Κηριοῦσθαι, ἀκαλλύνω Meursii figmentum ad Lycophr. 1402. κομπαγαγεῖ Albertii ad Hesych. T. II. p. 1004. Atque hi, quos Libitina sacravit, sine ulla invidia ac sine ulla offensione reprehenduntur; in viventium et agnoscentium errores inquirere, nisi cum instituto conjunctum est, inhumanum est.

Jam tempus videtur ad rem ipsam accedere. Ac primum nobis cum Grammaticis illis certamen erit, qui, quae nunquam fando audierant, et fortasse ne intellexissent quidem ab aliis oblata, ea Homero affingere prisci sermonis obtentu conati sunt. Nec id mirum sit, quum etiam nostri Grammatici, sermonem patrium dum ditare student, non raro pervertant, sive partibus intentos operis summa fefellit, sive mendax quaedam analogiae species ex obliquo objecta a destinato itinere digredi coegit. Verum illi eo excusatius peccarunt, quod in ipso sermone graeco apparent quaedam huius vitiosae consuetudinis indicia, tanquam pristinae infantiae monimenta. Vnum est χερνίπτεσθαι †††), ver-

†) De Jungermanno, ejusdem laudis consorte, commode nos admonent docti editores Stephani p. 547.

††) Trendelenburg: *Vergleichung der Vorzüge der deutschen Sprache mit den Vorzügen der lateinischen und griechischen.* Mannheim 1788. J. H. Kistemaker: *Kritik der griechischen, lateinischen und deutschen Sprache.* Münster 1793.

†††) Quae de χέρνιψ et χερνίπτεσθαι apud Suidam et Harpocrationem leguntur, hausta sunt e Scholiis in Demosthenem, quo-

bum sacrificale eoque immunius. Alterum ἀτίω in Theognidis versu 621. πᾶς τις πλούσιον ἄνδρα τίει, ἀτίει δὲ πενιχρόν, quem Aelius Dionysius περὶ ἀκλίτων ῥημάτων in Hort. Adon. his ipsis verbis scriptum, Etymologus s. Τιμή leviter immutatum exhibet: hinc novitii poetae Orpheus Lith. 62. et Tzetzes Hom. 159. arripuerunt. Manifesto autem apparet, in illo proverbio verbum ἀτίω, pro quo in Drac. Strat. p. 23. mendose ἀτιῶ scribitur, per antimetabolen quandam, ut contraria contrariis opponerentur, introductum esse. Cetero, hibridarum instar, progenerandae soboli inhabile neque ultra praesens, ut Aelius docet, declinatum est. Antithetum hoc etiam occurrit apud Platonem Parm. p. 156. B. ὁμοιοῦσθαι καὶ ἀνομοιοῦσθαι, imitatum Porphyrio de Abst. I. 57. 65. τῷ μὲν ὁμοιώσεται, τῷ δὲ ἀνομοιώσεται. Verum in perispomenis vitium compositionis delitescit, extat autem et apparet in barytonis. Tale est illud Hermippi ap. Phrynichum App. p. 25.

Ἃ γὰρ τόθ' ἥσθην, ταῦτα νῦν ἀνήδομαι.

v. Valcken. ad Hipp. p. 259. quod cum ἀνεύχομαι, verbo transitivae significationis, non videtur recte componi posse. Sed ille fortasse ἀφήδομαι scripsit. In Alexidis versibus Athen. XIV. c. 50.

Τούτοισι χαίρω. τοῖς δὲ κεκαρυκευμένοις
ὄψοισι καὶ ζωμοῖσιν ἥδομ', ὦ θεοί.

Schweighaeuserus ne tentamenti quidem causa ἀήδομ' afferre debebat. Molliore manu Jacobsius Emendd. p. 541. οὐδάμ', ὦ θεοί restituit. Tertium restat adhuc inexpertum: ἄχθομαι.

Praeterea ipsis illis graeci sermonis fabricatoribus

---

rum particulam hic ibi mutilatam codex Bavaricus redemit p. 81. Vol. II. Reisk. Eoque exemplo intelligi volo, quantos usus hi commentarii vulgo neglecti ad complenda Lexica graeca afferant, quorum glossas rhetoricas plerasque ex his fontibus manasse, facile, si ad hujus libri institutum pertineret, probarem.

hac in re non plus concessum fuisse arbitror, quam ut participia quasi a verbis compositis derivata inducerent: εὐρυρέοντα, θεμιςκρέων, πασιμέλουσα, σαλασσομέδοισα Alcman Hephaest. p. 81. Gaisf., δαϊκτάμενος, v. Wolf. Praef. Nov. Hom. Ed. LXIII. et id genus alia, quibus Riemerus Scaligeranum canonem funditus everti credidit, non ignarus, opinor, participiorum *altisonans*, *armipotens*, *omnimedens*, *intolerans*, nullum extare aut praesens aut aliud tempus, deinde linguam graecam in hoc genere paullum aliquid ausam subito defecisse et neque nova amplius finxisse neque veteribus, praeterquam in Homericis imitamentis, uti perrexisse. Hinc τρωγλοδύοντα in Batrachomyomachia, cui cum homerico illo ὀψεδύοντα proxima cognatio est, haud moleste patimur in vetere possessione permanere, non cessuri, si quis hodie viventium conjecturam sequens hoc vel simile quiddam introducere tentet. Quod F. Graefius facere conatus est, Meleagro Ep. XCII. οὐρεσιφύντα κρίνα tribuens, cujus nihil simile apud veteres epicos reperitur. Sed novitia Graecitas, barbarorum commerciis efferata, his vinculis se exuit, neque solum in participiorum compositione recentiorum linguarum libertatem imitata est, πορφυροβεβαμμένος †), νεοκομμένος, μισογεμισμένος, ξενοβασανισμένος, κρυφοκλεμμένος, sed etiam his paria praesentia composuit: νυκτοφυλάσσω, στραβοβλέπω, κακοφημίζω, καλοφαίνομαι etc. v. Leake Research. in Greece p. 48. Quando haec stribligo inoleverit, adhuc inexploratum fuit. Πατρακουσθεὶς reperio in Ioann. Damasc. de Pentecost. v. 108. Ἀκαταστήσει ter legitur in Hephaestionis Excerpt. Apotelesm. p. 7. 9. 17. (ἀκαταστήσει πρὸς γυναῖκα καὶ + βραδυγαμήσει) et ἀκαταστῆσαι p. 8. sed hoc ad ἀκαταστατῶ pertinere videtur, quo interpretes Alexandrini, Hesych. v. Βράσσων,

---

†) Tzetz. ad Lyc. 864. ubi Muellerus: „Verbum πορφυροβάπτειν Lexica adhuc ignorant.“ Utinamque in aeternum ignorent.

Etym. M. s. *Σκοτόμαινα* utuntur; nisi forte ab adjectivo *ἀκάθιστος*, serioribus usitato pro *vagus*, *instabilis*, verbum *ἀκαθιστῶ* extitisse sumendum est. Neque probabilem dixerim Wakefieldii emendationem Astrampsycho *ὁλοκαθαίρειν* tribuentis Sylv. Crit. T. II. p. 11.

Denique vacationem habent vocabula scholae: *ὁ ψευδαποφάσκων λόγος* et *τὸ αὐτοφαινόμενον ἀγαθόν* Aristot. Top. VII. p. 579. (quod cum *αὐτοβούλησις* et *αὐτοεπιθυμία* Lexicis addendum) et si quae similiter dicuntur, tum participia pro nominibus propriis recepta, *Λαομέδων*, *Πολυσπέρχων*. cf. Bast. ad Gregor. p. 594. †) Quidquid extra eum cardinem est, vergit in vitium.

§. II.

Ἀδύναμαι abjicitur; *ἀξιοπιστεύομαι* suspicione liberatur. Verba paronyma et paragoga compositorum similia.

Ἀδύναμαι. Hesychius: *Ἀμένηνος*, *ἀδυνάμενος*. ubi quum alii *ἀδύναμος*, alii *ἀδύνατος* correxissent, Albertius neutrum improbans tamen *ἀδυνάμενος* ex Hippocrate defendi posse dicit. Verum id non apud Hippocratem legerat, sed H. Stephano, *ἀδύνανται λύεσθαι* ex L. de Vict. Acut. citanti T. IV. f. 277. fidem habebat; quod neque in hoc libro neque in alio Hippocratis com-

---

†) Hic quod tractatur Callimachi epigramma: *Τίν με, λεοντάγχωνε, συοκτόνε*, sic mihi scribendum videtur: *Τίν με, λεοντάγχ', ὦνα, συοκτόνε*. quae conjectura, sive vera sive falsa, ad Platonis me cogitationem traducit Euthyd. 271. E. *θαυμάσι' ὦ Κρίτων*. Haec enim positura, ab Heindorfio in suspicionem adducta, mihi argumento est, Graecos haec epiphonemata libere variasse. *Δαίμονες, ὦ καλαί* Apoll. Argon. IV. 1411. *Ἥρως,' ὦ 'Ιόλαε* Hesiod. Scut. Herc. v. 78. *Μάκαρ ὦ Στρεψιάδες* Aristoph. Nubb. 1208. *Ποιμὴν ὦ μάκαρ* Crinagor. Epigr. XXXIX. Ex propinquo genere; *ὦ παῖ φίλε* Plato Soph. 230. C. *ὦ Πὰν φίλε* Theocrit. VII. 106. *ὦ δαῖμον ἀγαθέ* Arist. Eqq. 108. hodie non opus est plura afferri. Bastii emendationi *λεοντόχλαινε* momentum adjicit *θηρόχλαινος* Lycophr. 871. ejusdem dei cognomentum.

dem pellexi. Verbum enim ἀξιοπιστεύομαι minime sollicitare debebam, quod ab ἀξιόπιστος proficiscitur, ascita ea terminatione, quae cum habitus significatu proprie conjuncta est: *talis sum, qui fidem mercam, fidem mihi arrogo.* Ad hanc sententiam hoc verbum est apud Polybium XII. 17. ἵνα μὴ δόξωμεν τῶν τηλικούτων ἀνδρῶν καταξιοπιστεύεσθαι, *ne videamur nobis plus quam illis fidei et auctoritatis adsumere*, ubi si Schweighaeuserus καταξιοπιστοῦσθαι scribendum putat, fallitur. Quoniam autem, qui sibi aliquid e vestigio credi et judicium suum pro ratione valere volunt, arroganter facere et persaepe etiam scientiam rei, quam nullam habent, simulare videntur, hinc fit, ut ἀξιοπιστεύεσθαι etiam de arrogantia et specie fictae gravitatis dicatur. Hoc intuens Hesychius verbum βρενθύεσθαι interpretatur ἀξιοπιστεύεσθαι, et similiter Manetho IV. 505. de mulieribus famam pudicitiae affectantibus:

> Ἀξιοπιστοσύνῃ μεμελημέναι, ἀλλὰ πρὸς ἄνδρας
> παγκοίνως ζήσουσι.

Idem locum habet in hac Suidae Glossa s. Ἀναπιστηρίαν· Ἀξιοπιστεύονται οἱ διδάσκαλοι λέγοντες, ἔλαττον τοῦδε οὐ λαμβάνω ἐπὶ τούτῳ τῷ ἀναγνώσματι· *magistri, quo majorem sapientiae suae opinionem excitent, amplam lectionum suarum mercedem exigere solent.*

Eadem cautio est circa terminationes αινω, et ιζω, quae verbis in εω adjacent. Primum ἀκολασταίνω et ἀκολαστέω, ἀοριστaίνω et ἀοριστέω, δυςθυμαίνω et δυςθυμέω, παλιγκοταίνω et παλιγκοτέω (utrumque eadem pagina Hippocr. de Fract. p. 203. T. I.) eodem inclinant. A nomine ἀρχιτέκτων tria manant ejusdem potestatis verba, perquam tenui limite divisa: ἀρχιτεκτονέω, + ἀρχιτεκταίνω Max. Planud. Interpr. Rhetor. ad Herenn. III. 19. et + ἀρχιτεκτονεύω Mechann. Vett. p. 105. 110. 113. + ἀρχιτεκτόνευμα p. 111. Non magis, quam haec, verba in ιζω et αζω, compositis similia, regulae nostrae ad-

mentario, ut a C
me memini et P
Rat. p. 19. ex v
ῥημάτων ἰσοδυν
alia vitia und

'Αμνημο
ad Charit.
Schneider
scrib. Hi
ad h. l.
quo eti
et mu
leger
men
tiva
tio
qu
ta
d
5

+ χρυσανθίζω (v. φιλοσυνουσιάζω etc. Et- in ἴω sibi adjecta habent: Schol. Eur. Orest. Phryn. App. p. 56. Theophylact. Hist. p. 184. et κακοτεχνίζειν, v. Schaef. ad Gregor. p. 545. et ex altero genere ὑποτοπέω et e grege compositorum exi- Harum omnium summa est in libris edi- confusio, discrimen modo nullum, modo ad perspiciendum apertum. In haec rursus verba in ευομαι, ἀγροικίζομαι et ἀγροι- ζομαι, κακοηθεύομαι, et his denique af- sunt alia in εω, ἀχρηστέω, + ἀχρηστεύω Schol. in Gramm. p. 793. ἀναισθητέω, ἀναισθητεύω, βωμολο- χεύομαι, κακοτροπέω, κακοτροπεύομαι, ὑπερη- φανεύομαι.

Has regulas persequendo non quidem omnes con- suetudinis graecae flexus et anfractus explicabimus, quorum causae interiores saepe in scribentium animis tanquam in penetrabili, abditae sunt, sed tamen multas librariorum fraudes detegemus, multas interpo- latorum injurias rescindemus, saepe etiam vitia suble- stae Graecitatis recens infusa odorabimur. Ita verba ἀπομυθεύειν, ἀλληλοκτονεύειν, λιθοβολεύειν, v. Schaef. ad Greg. p. 535., tanquam neutri illorum generum sub- jecta, ab emendatis ἐχεμυθεῖν, ἀλληλοκτονεῖν, discernun- tur. Μισθαρνεύειν Hipp. Ep. ad Abd. p. 14. et μισθαρ- νευτικός, ab Heindorfio ad Plat. Soph. p. 294. exagi- tata, speciem quandam recti habent in significationis proprietate positam (cf. μισθωτεύω) neque tamen indu- bitabilem. Εὐκλεΐζειν contra, quod non ab εὖ et κλεΐζω compositum, sed ab εὐκλεής derivatum est, ab Abreschio ad Cattier. p. 15. injuria attentatum esse judicamus.

'*Ἀλογίζομαι*, quod a Stephano memoratum rursus expunxit Schneiderus, apud Eustathium p. 1656. 44. *ἐκθηριοῦνται καὶ ἀλογίζονται*, i. e. *ἀλογεύονται*, *κατὰ τρόπον τῶν ἀλόγων βιοῦσιν*, hac sensu inculpatum est. At si idem pro *ἀλογεῖν* dixeris, barbarismus erit. '*Ἀλογίζω τὸ ὁμωμοσμένα* Procop. Hist. Temp. L. I. 4. 11. A. *ἠλογικὼς τὰ ξυγκείμενα* Id. Bell. Gotth. IV. 20. 623. et similia quin medicinam expectent et unde, neminem dubitaturum scio. Simile Bastii judicium ad Plut. p. 533. de verbo *πολυλογίζειν*, quod Scholiastae illi condonandum censet, ab antiquis segregat, quibus nec *ἰδιολογίζεσθαι*, nec *ὑμνολογίζειν*, neque quidquam aliud his aequiparatum concedi potest. *Εὐλογίζειν*, *λιθουργίζειν*, *ἀσιτίζειν*, *μακροχρονίζειν*, *πολυχρονίζειν*, una litura ex versione Bibliorum Alexandrina expurganda, eaque scriptura restituenda est, quam passim Codd. et Edd. veteres exhibent et ratio exigit. v. Biel. Thes. s. hh. vv. Neotericis Graecis *ἀσχημονεῖν ἐξέστω*. Haec strictim trangressi sumus. Restant tria verba, quae longiorem sermonem desiderant.

§. III.

Δυςελπίζω et εὐελπίζω damnantur. 'Ἀελπῶ atque alia verba a praesentibus antiquis derivata.

Gregem ducat *δυςελπίζω*, quod tres Polybii locos obturbat, ubi Scaligero *δυςελπιστεῖν* corrigenti frustra obloquitur Schweighaeuserus. Viam monstrant *ἀνελπιστεῖν*, *κακελπιστεῖν* et + *εὐελπιστεῖν* Nicet. Ann. XXI. 11. 415. *Εὐελπίζειν* Dorvillius e Charit. V. p. 176. Lips. recte sustulit; neque tolerari potest *ἀελπίζοντες*, quod in Didymi Scholiis ad Il. VII. 310. legitur, quodque etiam Hesychio pro '*Ἀελλόποντες* obtrudere conantur. Admodum perplexa est Heynii de illa lectione adnotatio: '*Ἀελπτίοντες emendavi pro ἀέλποντες. Hoc analogiae repugnat, quum ἀελπής quidem sit et ἀελπίζω, at ab ἄελπτος sit ἀελπτέω.* Verum non hoc quaeritur, de quo

nunquam laboratum est, sed an contrarium τοῦ ἔλπειν ἀέλπειν dici possit, quod ab illis, qui ὀψεδύων et κακοσσόμενος invexerunt, non potuit non asseverari. Alia quaestio hoc loco a Valckenario mota est, qui licet post juvenilem illam operam, in investigandis graecae linguae originibus consumtam, nihil in hanc partem contulerit, tamen nunquam videtur mirificam verborum graecorum fabricam ex animo dimisisse. *„In Hesychio*, inquit, *fluctuant incerti, ἀελπτέοντες scribi debeat an ἀελπέοντες. In his judices desidero, qui linguam graecam tractarunt in sua amplitudine. Hi negabunt ἀελπεῖν graecum esse, fatebuntur ἀελπτεῦντες scribendum esse in Hom. l. c. Ab ἄελπτος ἀελπτεῖν, ut ἄβλεπτος, ἀβλεπτεῖν, ἄσεπτος, ἀσεπτεῖν. Λοξοβλεπτοῦντες Thomae M. in Διάστροφοι restitui debebat ex MSS.“* ad Herodo. VII. p. 583. cujus sententiae Schaeferus et docti Lexicographi ad Steph. Thes. Vol. I. 346. subscripserunt. Hic mihi, si fieri posset, Valckenarium ipsum tanquam arbitrum ad dextram adsidere vellem,

ὥς κε τὸ μέν τ' εἴποιμι, τὸ δ' ἐκ φαμένοιο πυθοίμην.

Sunt enim haud pauca, quae me ab ejus partibus abstrahant, atque eo animum inclinent, ut ἀελπεῖν non minus recte quam ἀελπτεῖν dici existimem. Non jam Reiskium Brunckiumque praescribam, Theocrito XX. 15. λοξοβλεποῖσα tribuentes, neque minimum repugnabo, quominus apud Hesychium sub Κιχμώττειν, δυςβλέπειν, hoc in δυςβλεπτεῖν mutetur, apud Arrianum vero Epict. II. 11. 22. ὀξυβλεπτεῖν e cod. pro ὀξυβλεπεῖν substituatur; immo ἀβλεπτεῖν solum exemplorum auctoritate constare scio Hipp. de Decent. Hab. V. 255. B. T. II. Euseb. H. Eccl. X. 8. 489. Hoc scire pervelim, cur ab ἀσεβής Graecis licuerit ἀσεβεῖν ducere, ab ἀβλεπής, quod Grammatici regulae convenienter finxerunt, ἀβλεπεῖν non liceat propagare, neque ab ἀελπής ἀελπεῖν. Quod quo facilius minus docti intelligant, quae ratio sit et quam varia nominum derivandorum, quique eorum flexus et

transitus, breviter uniuscujusque generis exempla percensebo. A praesenti quae nascuntur nomina in ος, ἀρχός, ἀγός, et in ετης, εὐχέτης, λαμπέτης, †) non adeo multa ex se progenerant, ἀρχεύειν, λαμπετᾶν, communi usu exemta. Quae a perfecto passivo originem et formam trahunt simplicia, non plus difficultatis habent, τιμητής, τιμητεύω; compositorum mira foecunditas est, ψηφοπαικτεῖν, φιλαναγνωστεῖν. Non admodum multis ortum dedit perfectum secundum, ξηραλοιφεῖν, quod verbum non uno modo corruptum est. Galen. de Med. Simpl. II. 25. 55. B. ἦν γε ἐπίπλεον ἐξ ἀμφοῖν (ὑδρελαίου) ἀνατρίψηταί τις — ὅπερ ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ χυτλοῦσθαι καὶ ἀντετίθεσαν αὐτῷ τὸ ξηραλείφειν. Hanc vocem sua aetate in desuetudinem venisse significat etiam Lucianus, dum Lexiphanem verbo ξηραλοιφῆσαι utentem facit §. 4. p. 182. T. V. Eodem errore Hemsterhusius ad Poll. VII. 177. μυραλείφειν et μυραλείφουσα induxit pro vulgato μυραλειφεῖν, quod et cod. Meadii praebet in Aeschin. Or. c. Timarch. p. 147. 11. Recte μυραλοιφῆσαι scribitur Clement. Paedag. II. 210. Synes. Enc. Calv. 85. C. non recte ξηραλειφεῖν apud Eustath. ad Ἰλ. π. 764. et in Schneideri Lexico. Pro ἀναλειφίη Hipp. de Vict. San. L. II. 10. 51. T. II. Mack. ἀνηλειψίη scribendum, ut ἀφυλαξία, convenienter adjectivo ἀνήλειπτος; contra pro μυραλειφία Plutarcho IV. Symp. I. 2. 164.

---

†) Utrumque, ne quis dubitet amplius, extat ap. Etym. p. 135. et ducuntur hinc verba εὐχετᾶν, λαμπετᾶν, (ut ναιέτης, ναιετᾶν) et λαμπέτις, ἐριλαμπέτις. Sic ἐχέτης, ἀρχέτης, ἐπέτης, πανδερκέτης, πανδακέτης, ἱκέτης, εὐεργέτης, multaque alia a praesentibus obsoletis: γενέτης, κραγέτης, ἐρέτης, ἑκατηβελέτης, θηραγρέτης, in quorum similitudinem incurrunt paragomena κυαναυγέτις, εὐμενέτης, quod Eustathius p. 1454. 44. a verbo derivat, τοξαλκέτης, ναυπηγέτης. Eadem terminatione nomina omnium generum formantur, ἀρετή, μελέτη, ἐμετός, ὑετός, ἑρπετόν, et adjectiva ἀπευχετος, ἀμάχετος, ἀλάμπετος, quod Piersonus Veris. p. 165. re non satis deliberata analogiae repugnare pronunciavit.

bes quin uno adspectu vitiatum sentiat; σιαλοχοέει idem de Vict. Sanor. II. 5. 52. et aliis locis, neque aliter μολυβδοχοεῖν, οἰκτοχοεῖν, χρυσοχοεῖν formantur, quibus objacent ex perfecto derivata, κηροχυτεῖν, οὐλοχυτεῖν. Eodem errore Aldus in Oppian. Cyn. IV. 231. οἰνοχεόντων pro οἰνοχοούντων edidit, et passim δακρυχέει junctis syllabis scriptum invenitur, Nonn. XIX. 165. et saepius, quod si propter Homeridarum quorundum dissensiones de v. καταδακρυχέουσα subortas in recentioribus epicis quodammodo excusari potest, tamen ut Aeschylum δακρυχέω scripsisse putemus, quod vir doctus in Diario Classico T. III. p. 564. proponebat, nunquam persuadebitur. De Hippocrate quoniam mentionem injecimus, non alienum fuerit monere, pro γαλακτοπιέτω, quod a Charterio editum de Intern. Affect. p. 675. A. T. VII., recte Lindenum c. 51. 261. T. II. et Mackium c. 50. 583. T. II. e cod. γαλακτοποτεέτω emendasse, eosdemque pro θερμολούσθω de Morb. II. 5. 555. B. T. VII. Lindenum quidem θερμολουτεέτω c. 70. p. 93., hunc autem c. 29. 245. θερμῷ λούσθω edidisse, ut θερμῷ λούεται Polyaen. IV. 2. 110. — In Leonidae Tar. Epigr. XIV. p. 157. T. I. Brunckius φιλευλείχῳ τε λαφυγμῷ edidit pro φιλευχείλῳ, quod nescio quo modo Schneiderus tueatur; sed magis probarem φιλευλοίχῳ. Sic ἀμείβω, ἀμοιβός, φείδομαι, φοιδός, cf. Eustath. p. 716. λείχω, λοιχός, κνισσολοιχός, τραπεζολοιχός etc. Eustath. p. 518. ὁ κωμικός, φασί, βροτολοιγὸν ἰδίως που ἔφη τὸν καὶ αἰσχρολοιχὸν λεγόμενον κατὰ ἀναλογίαν τοῦ ματυολοιχοῦ διὰ τὸ τοὺς τοιούτους παραιτίους γίνεσθαι τοῦ μὴ κύειν τὰς γυναῖκας. Credo equidem, Comicum βροτολοιχόν (fellatorem), ut intelligi voluisse, ita scripsisse. Ab hac communi terminatione non videtur Aeschylus recessisse, neque αἱματόλειχος scripsisse, quod Burneius ex Ed. Stanlejana receptum malit in Diar. Class. T. XXIV. p. 348. quodque cum κωμῳδολειχεῖν apud Aristophanem nullam societatem habet. Plurima verba a substantivis propagantur, ex secundo

glossam, e rhetorico, ut videtur, Lexico transscriptam, retulit Eustathius p. 1335. 19.) + θαλασσοφυλακεῖν Nicet. Ann. III. 7. 64. B. καιροφυλακεῖν Philo de Abrah. 383. C. de Nom. Mutat. p. 1073. D. de Praem. et Poen. p. 923. D. Sopater Διαιρ. Ζητημ. p. 314. et 332. Olympiod. Hist. pag. 149. Schol. Thucyd. V. 54. ναυφυλακεῖν Eustath. 1562. 36. + νομοφυλακεῖν Phot. Bibl. CCXXII. 601. Liban. Declam. p. 801. T. IV. + ὁδοφυλακεῖν Phot. Lex. s. Ὁδωρεῖν, τειχοφυλακεῖν Plutarch. V. Crass. XXVII. 450. Dion. Hal. Antt. IV. 16. 678. Appian. Bell. Hisp. 92. 215. Etym. M. s. Διεκωδώνισε, multaque alia: εἱρκτοφυλακεῖν, ἱματιοφυλακεῖν, οἰκοφυλακεῖν, σιτοφυλακεῖν, ᾠοφυλακεῖν, quibus omnibus substantiva in φύλαξ, a verbi stirpe propagata, ortum dederunt. E contrario, quae ab adjectivis descendunt, nativam generis sui notam servant, ἀφυλακτεῖν, δυςφυλακτεῖν. Itaque neque in Aristotele Edd. quarundam καιροφυλακτεῖν exhibentium rationem habendam et apud Josephum Antt. XVI. 5. 792. id quod cod. Busb. offert, καιροφυλακούμενα, vulgato καιροφυλακτούμενα haud dubie praeponendum duco. Nullo autem ejusmodi indicio prodito mihi religio est novitios praesertim scriptores in hanc regulam concludere, ut Schol. Eur. Or. 702. καιροφυλακτεῖν, et Hesychium Νεοφυλακτεῖν exhibentes. Persaepe enim animadvertere licet, Graecos, duabus viis ad ingrediendum propositis, quae a diversis principiis vix adspectabili obliquitate in unum competerent, non tam unde ortae essent, quam quo tenderent, considerandum duxisse. Argumentum sumatur ab altero genere eorum, quae ex verborum inclinamentis existunt. Ab aoristo verbi δέρκομαι Sophocles, et legi et mori inserviens, ἀδρακής derivavit; alii praesenti assimilarunt, ἀδερκής (Hesych.), γλυκυδερκής, + θεοδερκής Synes. Hy. III. 584. 531. + δυςδέρκετος Oppian. Cyn. II. 607. (quod cum ἀλάμπετος, ἀμάχετος, ἀδαίετος, ἀπεύχετος communem ortum habet), ὀξυδερκής Herodo. II. 68. Philo Legg. Alleg. II. 92. C.

Lucian. Contempl. c. VII. 59. Themist. Or. XIII. 170. D. Athen. II. 25. 176. Dioscor. V. 6. 261. a. (utroque loco significat τὸ ὀξυδορκίας ποιητικόν), unde ὀξυδερκία Apollod. III. 10. 2. Galen. de Theriac. I. 9. 942. D. T. XIII. Georg. Pis. Hex. 85. et ὀξυδερκεῖν Aristot. Ep. ad Alex. Rhet. p. 20. T. IV. Buhl. Philo de Agricult. p. 195. D. de Conf. Ling. pag. 324. C. de Decal. p. 756. A. de Vit. Cont. pag. 898. Lucian. Philops. XV. 265. T. VII. Eunap. Prooem. pag. 12. Suid. s. Ἐκ δυεῖν, cf. Suicer. Thes. T. II. 495. Rursus alii a perfecto secundo ὀξύδορκος, cui testis, non ratio deest, hinc ὀξυδορκεῖν derivarunt: Comicus ap. Plutarch. de Tranq. An. VIII. 11. de quo v. Blomfield. ad Aesch. S. c. Th. v. 54. Strabo VI. 2. 255. Tzsch. Lucian. Bis Accus. 54. 97. T. VII. atque idem, qui formam praesenti assimilatam tot locis reposuit, Philo de Decal. p. 754. A. de Joseph. p. 541. D. Quod somn. a deo mitt. p. 567. B. de Temul. p. 252. D. de Migr. Abr. p. 419. A. et saepius. Veteribus neutrum in usu fuit, sed potius ὀξὺ ὁρᾶν Plato Euthyd. 281. D. Rep. VI. 70. Hipp. de Locc. in Hom. VI. 147. T. II. Mack. Themist. Or. IX. 127. B. seu ὀξὺ βλέπειν Plato de Legg. I. 18. VII. 363. XI. 151. T. 8. Rep. II. 228. T. 6. Aristot. de Part. An. II. 15. 505. A. de Gener. An. V. 1. 696. E. T. II. Zonaras: Ὀξυδέρκεια; ὀξυδορκία δέ· quo permulti utuntur, Eunap. V. Max. pag. 77. Dioscor. III. 80. 165. a. Geopp. XII. 13. 869. Tzetz. ad Lyc. 148.

In quanta porro varietate versantur adjectiva a verbis βρέχω, τρέφω, στρέφω, ducta, quantamque ea efficit verborum derivandorum dissimilitudinem! Pro εὐβρεχής Nicand. Alex. 298. cod. εὐβραχής repraesentat, quod non indignum est Lexicis inseri. Apud Theophrastum modo ἡμιβρεχής Hist. Pl. VIII. 6. modo ἡμιβραχής de Caus. Pl. III. 28. 293. et 294. neque solum ἐλαιοβραχής, sed etiam ἐλαιοβρεχής Galen. de Comp. Med. p. Gen. III. 2. 715. C. et Cyrill. Lex. Ms. ad Hesych. s. Λάγανα. Homericum ἀνεμοτρεφής quam varie scriptum

reperiatur in codd. et Grammaticorum allegationibus, notum est. *Εὐτρεφής* Homeri et ceterorum epicorum auctoritate, qui et *ἀλιτρεφής*, *ἁπαλοτρεφής*, *ἰαροτρεφής* Orph. Lith. 610. *ὀρειτρεφής*, *πεδοτρεφής*, + *πυριτρεφής* Nonn. II. p. 70. 11. I. p. 22. 24. *ὑδατοτρεφής* etc. scribunt, etiam Quinto Smyrnaeo V. 383. restituendum videtur pro forma communiore *εὐτραφής*, prosaicis scriptoribus usitata, Hipp. de Aer. et Locc. V. 65. 68. Plato Legg. VIII. 412. T. 8. Aristot. H. An. VIII. 1. 319. 11. 340. Joseph. Antt. X. 9. 532. Polyaen. VII. 36. 241. Callistr. Statt. XI. 904. Sic etiam his recepta sunt *πολυτραφής* Diod. Sic. II. 52. *μηροτραφής* apud Strabonem, quod injuria sollicitat Schneiderus, v. Hermann. ad Orph. Hy. LII. + *γυναικοτραφής* (al. *γυναικότροφος*) Incert. I. Reg. XX. 30. *μουσοτραφής* Eustath. 845. Itâque *οἰκοτραφής* in Poll. III. 76. vulgatum contra codd. quorundam *οἰκοτρεφής* praebentium dissensum vindicandum; illud ambiguum est, utrum Aeschylus Sept. c. Th. 310. sibi restitui malit *εὐτραφής*, cui Brunckius et codd. aliquot patrocinantur, an *εὐτρεφής*; illud Eur. Iph. T. 304. in diverbio legitur, hoc Barnesius in Cycl. 379. pro *ἐντρεφής* reposuit, Scaligero *εὐτραφής* praeferente; in canticis quidem Tragicorum *βυθοτρεφής*, *νεοτρεφής*, *χθονοτρεφής* suo munere funguntur. Antiatt. Bekk. p. 116. *Φιλοτραφής* — *Εὐριπίδης Αὐγῇ*. His deinde et tertia forma adjecta est perfecti passivi similis: + *οἰκόθρεπτος* Phot. p. 225. et quarta medii modi: *ἀνεμοτροφής* Philostr. Imagg. L. II. 5. 814. *διοτροφής* in Epigr. Ptolem. ap. Synes. Serm. ad Paeon. p. 311. D. *ὑδατοτροφής*, quod Athenaeus II. 5. 155. et Hesychius in Homero legerunt, denique *ἱεροτροφής*, *ἀτροφής* et *ἀκοροτροφής*, quibus non omnibus tantundem pretii est. Nihil autem attinet quaerere, a quonam potissimum trium genitalium temporum illa propagata sint adjectiva, quum eadem omnium olim fuerit forma, *τράφω*, *ἔτραφον*, *τέτραφα*, *τέτροφα*. Sed discentium causa ad id referimus quid-

que tempus, cujus communem notam et propriam reddit. Non multo minor est verborum hinc ductorum varietas. Apud Xenophontem Oec. IV. 2. et Pollucem VI. 185., qui σκιατροφεῖν improbat ut βίαιον, ab editis dissentiunt libri scripti, illic σκιατροφεῖν, hic σκιατραφεῖν tenentes, neque haec solum, sed et σκιατραφία et σκιατροφία, ἐσκιατραφῆσθαι et ἐνσκιατραφεῖσθαι (nisi id quoque vitio contactum est) difficilem habent distinctionem. Sed σκιατραφεῖν non injuria videtur, apud Atticos saltem, praeferre Brunckius ad Aristoph. Fragm. p. 285. cujus verbi plurima exempla commemorat Stephanus. Paucis illis, quae affert ex contrario genere, accedat σκιατροφεῖν Herodo. III. 12. Athen. XII. 11.416. Maxim. Tyr. XXVIII. 3. 58. XXX. 97. Synes. Encom. Calv. p. 76. C. Adde huc, quod hodieque apud Lucianum legitur, ἐν σκιᾷ τετραφημένα Abdicat. 28. 33. T. V. prorsus contra regulam et usum. Verum omnis haec scribendi diversitas, ex ambiguitate adjectivi orta, inter hujus verbi fines constitit; reliqua unius modi sunt: + γαλακτοτροφεῖν Philo de Vit. Mos. p. 604. + ὀλιγοτροφεῖν Aesop. Fab. 338. p. 233. Cor. + συντροφεῖν Galen. Comm. in Hipp. de Artic. p. 522. C. T. XII. νεοτροφεῖν, παρθενοτροφεῖν, et quae alia a nominibus in τροφος delabuntur. Ὁμοτροφία, quod Schneiderus addubitat, Josephus dixit Antiqq. XVIII. 6. 886.

Cum hoc vero verbo per omnia fere convenit στρέφω, de cujus perfecto quum videam Grammaticos nostros multa dixisse, his quoque aliquid in transcursu subjiciam. Ἀντέστροφε legitur in Theogneti versibus Athen. XV. 11. 444. et III. 63. 404. quo loco ἀνέστροφεν emendat Porsonus Advers. p. 55. Similiter apud Xen. Hier. IV. 4. τοῖς τυράννοις καὶ τοῦτο ἔμπαλιν ἀνέστραπται exquisitius est quam quod in margine Villois. legitur, ἀντέστραπται. Aliis placeat ἀνατέτροφεν. Plato Gorg. pag. 482. C. ὁ βίος ὑμῶν ἀνατετραμμένος ἐστί. Ἐπιτέτροφε An-

thol. T. I. Ep. 18. 241. Philo de Joseph. p. 533. C. Appian. H. R. VIII. 49. 160. Bell. Mithr. III. p. 176. Dio Cass. LXXIV. 6. 1248. M. Anton. IV. 31. 66. Hesych. s. Ἐπιτέτροφε et Ὑποτέτροφε, v. Bast. ad Longin. p. 645. πῇ τέτροφα in Arist. Nub. 858. legit etiam Scholiastes Aeschin. Or. c. Tim. p. 747., idque in exemplum sibi assumsit Anaxandrides Athen. IV. 176. D. ποῖ τέτροφας. Contra ἀνατέτραφε Philo de Joseph. p. 530. C. ἐπιτετραφώς de Judic. p. 729. B. Τέτροφε, *nutrivit*, Joseph. Antt. XIX. 2. 933. Μετεστρόφασι Aristid. Or. Leuctr. II. 435. ἀνεστροφότες, *reversi*, Appian. Bell. Pun. 34. 343. ὑπεστροφέναι Id. Civ. II. 46. 256. Hesychius: Ὑπότροπον, ὑπεστροφότα. Alternantibus igitur tum in hoc tempore tum in praesente et aoristo literis ᾱ et ῑ, non mirum est totam stirpem ultro citroque nutare, ἀμφιστρεφής, ἀμφιστραφής, εὐστρεφής, ἀστραφής, ἀστραβής, πολύστροβος, ἀνεπίστροφος, ἀνεπίστρεπτος. Quae quum omnia creberrime inter se non solum a librariis, sed ab auctoribus etiam ipsis permutari videamus, nemo erit tam Lynceus, qui e pluribus quid cuique loco, aetati, scriptori conveniat, distincte judicare possit. Sic ἐπιστρόφως pro *gnaviter* usurpavit Ephipp. Athen. IX. 10. 366. quod alibi rectius ἐπιστρεφῶς scribitur, ut Suidas: Ἐπιστρεφῶς ἀντὶ τοῦ ἐπιμελῶς. Ἀνεπιστρόφως ἄρξας Herodian. VII. p. 260. Stephanus ἐπιστρεφῶς emendat; alii aliter. Vulgata sanissima est. Ἀνεπίστροφος enim s. ἀνεπιστρεφής et ἀνεπίστρεπτος non solum is dicitur, qui aliquem, aliquid non animadvertit, non curat, Plutarch. de Plac. Phil. I. 7. 370. T. XII. Synes. de Insomn. p. 145. C., sed etiam qui neminem in se animadvertit, neminem offendit, id quod ab Herodiano significatum est, *sine cujusquam offensatione.* Verbi hinc manantis duplex species est, una usitatior, ἀνεπιστρεπτεῖν, altera parum usitata minusque certa, ἀνεπιστρεφεῖν, quam Reiffius ad Artem. p. 425. adversus Schneiderum tueri conatur, cf. Abresch. ad Cattier. Gazoph. p. 15. Tertia

πᾶσθαι in παλιντροπάασθαι mutatum est. Neque dissimulem, F. Thierschium mihi praeter causam pristinae inconstantiae patrocinium arripuisse videri in Act. Monac. T. I. Fasc. II. pag. 179. cujus singula exempla partim aliena, partim vitiose scripta, universa autem hanc ob causam improbanda sunt, quod haec species verborum desiderativorum, φονάω, τομάω, propria, neque cum alio genere communicanda est. Unum verbum πωτᾶσθαι constat praepositionibus compositum pro numerorum diversitate variare, ἐκποτέονται et ἀμφεποτῶντο, quod aliter versu dici non potuit; nam contractionem in ει et ου hoc verbum omnino respuisse videtur; eamque causam fuisse arbitror, cur lingua communis et attica ποτᾶσθαι in totum reciperet, Aesch. Ag. 587. Sept. 84. Suppl. 671. Eur. Iph. T. 394. Arist. Pac. 831. ἐπιποτᾶσθαι Philo de Gigant. pag. 286. A. Aelian. Hist. An. II. 39. Nicet. Ann. XVI. 2. 551. περιποτᾶσθαι Soph. Oed. T. 482. Aelian. I. 11. Itaque H. Stephano Thes. 1723. hactenus adstipulor, ut ποτᾶσθαι poetis quam oratoribus aptius esse putem, sed Dioscoridae ἐπιποτᾶσθαι suum non ereptum eam. Neque, si causa ad me deferatur, diiudicem, utrum Diodorus IV. 77. πετώμενος, quod vulgatum est (ut Arrian. Alex. III. 3. 153.), an id quod codex offert, ποτώμενος, an denique attice πετόμενος scripserit. Consimilis est de Aelian. H. An. II. 2. Dion. Chr. IV. 148. Aristot. de Part. An. L. II. 15. 505. D. multisque aliis dubitatio. „*Πέτεσθαι antiquum et atticum, posterioris aevi πέτασθαι et ἵπτασθαι, unde saepe librariorum error fecit πεπτάσθαι referendum ad πετάννυμι*“ Heindorfii verba sunt ad Plat. Theaet. p. 475. Primum in vulgari Graecitate non solum πέτασθαι sed etiam πετᾶσθαι occurrit Theophr. de Sign. Temp. p. 437. Lucian. Dial. Mar. XV. 126. cf. Struvii Lect. Luciann. p. 52. [et not. ad Schol. Apollon. Rhod. p. 326. sq. *G. H. S.*] πετᾶσαι, *volare*, falso accentu scriptum Aesop. Fab. LXI. περιπετᾶσαι Tzetz. ad Lyc. 704.,

pro quo nuper e cod. περιπετάσαι editum, sequente mox ὑπερπετᾶσθαι; πέτασον, *vola*, Nicet. Ann. IV. 5. 78. κατεπέτασα Eumath. Ism. IV. 160. ἀνεπέτασε Aesop. CXLVI. 348. quod Corayus barbarum vocat; προπετασθείς, *praevolans*, Athen. IX. 459. ἐξεπετάσθη Anna Comn. X. 291. C. Hesychius: Διαπτάντος, πετασθέντος. quorum novitatem ne quis despiciat, similiter Aratum Phaen. 512. παραπέπταται dixisse sciat, quod Festus *advolat*, Cicero *convolvitur* reddidit, prorsus ut appareat, volandi et extendendi significatus uni verbo subjectos fuisse. Sic ἱστία ἀναπεπετασμένα Appian. Bell. Pun. CXX. 475. ὀφθαλμοὶ ἀναπεπετασμένοι Adamant. Phys. II. 30. 434. quemadmodum etiam κεκερασμένος et κεκραμένος apud eosdem auctores permutantur. Verum haec obiter. Πωτᾶσθαι, πώτημα, + πωτήεις Nonn. V. 529. poetarum usui relicta sunt. De recentioribus epicis statuere difficile est; qui, Homerico texto nondum ad certum ordinem et aequabilitatem redacto, non potuerunt non in diversas trahi partes. Sic, ut apud Homerum περιτροπόωντες in περιτροπέοντες mutatum est, in Christodori Ἐκφρ. v. 302. ἐπιτροπόωντος in ἐπιτρωπῶντος cessit; ἀποτροπάασθαι Phocyl. Nuth. 125. fortasse inductum est compositorum licentia, Grammaticis nonnullis complacita. In Nonno quidem ista firmiter haerent, τροχόωσα Dion. VI. v. 12. XVIII. 2. XLV. p. 767. 20. τροχόωσι V. 449. Arat. Dios. 889. Sed ejusdem verbi exempla non contracta τροχάει Phaenn. 228. 309. Apollon. IV. 1265. τροχάοντα Ep. Ἀδεσπ. CXXXI. Maneth. VI. 75. (ἣν τροχάῃ III. 340. pro τροχάσῃ scribendum) τροχάοι VI. 86. Arat. 915. non a τροχάω derivata, sed eodem exemplo, quo σκεπάει, σταλάοι, ἰσκίαον, formata videntur, quorum formas paragogicas versus heroicus non admittit. Ac ne τροχάζειν quidem Atticorum auribus extra Scenam placuisse videtur. Antiatt. Bekk. p. 114. τροχάζειν οὔ φασι δεῖν λέγειν, ἀλλὰ τρέχειν· cujus sententiae auctores Xenophonti non multum tribuisse censendi sunt, saepius hac forma

ηlenti; ejusque exemplo recentiorum plurimi, Theophr. Char. XIV. Polyb. X. 20. Plut. Symp. II. 5. 2. quibus et + τροχασμὸς adscribendum Hesych. s. Ὑπὸ δρόμον.

Στροφάω olim lectum Il. IX. 459. Herodo. II. 85. nunc fere exsulat; haeret adhuc Aesch. Ag. 1235. Telest. Athen. XIV. 4. 310. (ἀναστρωφῶν hinc citat Eustath. p. 1108.) et compluribus Hippocratis locis; στροφάασθαι Tzetz. Anteh. v. 149. modo Bekkerus ad regulam accommodavit. In eadem causa est verbum δρομάω in Hesiodio δρομάασκε obvium, cujus emendandi non una via patet. Aut enim δρώμασκε scribendum, qua ratione ῥοίζασκε (ut οἰφάω) apud eundem Hesiodum fertur, et γόασκε Hom. H. in Ven. 210. †) et κωτάσκετο in Oraculo ap. Marin. V. Procl. c. 28. p. 23. (κωτάσκεται hic vulgatum nihili est). Hesychius: Δρωμᾷ, τρέχει. Aut pro δρομάασκε illic e Schol. Ven. XX. 227. φοίτασκε restitui debet. Unum restat ἐμπολᾶσθαι, quod cur regulae cedere recusaverit, hanc mihi videor invenisse rationem. Antiquum verbum πέλω duarum confinium notionum semina in se continet, unius *vertendi*, alterius *mercandi*, quae quomodo inter se cohaereant, ex latinis verbis venco, venio, ventito, vendito, i. e. *frequento*, perspici licet. Similiter graece ἔμπορος ab itando dicitur. Harum utrique suam reddere formam intenti, versandi significationem sub verbo πολεῖν, ἀμφιπολεῖν, ἀναπολεῖν concluserunt, quae et vetus Ias et cultior Atthis frequentat. Ab hoc distinctum est ἐμπολᾷν, *emere*, cui Homerus mediam formam assignavit. Simplex πολᾷν quum ei regulae adversari videretur, quae στροφᾷν, τροχᾷν exterminasset, ad πωλεῖν transire

---

†) Crebriora sunt primae classis exempla, τάρβεσκε, οἴχνεσκε, κάλεσκε, in quo haesit Brunckius Apoll. Rh. IV. 1514. καλέσκετο, μυθέσκετο homerica. Ναιετάεσκον plurimis locis revulsum, v. Spitzner. de Vers. Her. p. 215., in Musaeo v. 45. adhuc residet. [Cf. Ind. Verbor. et Rer. ad Homer. Odyss. T. III. p. 144. *G. H. S.*]

placuit. Hippocr. de Vict. San. I. 80. 20. T. II. Mack. *πωλέοντες καὶ ὠνεόμενοι*. Hesychius: *Ὀδεῖν, πωλεῖν, πρίασθαι, ἀποδόσθαι*. quem haec credo hyphen intelligi voluisse, *ὀδεῖν πωλεῖν*, ut romanum *emere vendere*. Sic *πωλεῖσθαι* primum occurrit in Solonis Tabulis, quod apud Homerum et Hesiodum adhuc versandi significationem retinet. Horum exemplo etiam Themistium *τὴν Ἰταλίαν καὶ τὸν Βόσπορον ἐπιπωλεῖται* Or. VI. 75. C. et XI. 152. B. non, ut vulgo legitur, *ἐπιπολεῖται*, scripsisse arbitror. Inest enim aperta loci homerici imitatio. Emendi autem significatio in qua forma semel insignita fuit, ab ea revelli amplius non passa est. *Ἐμπολεῖν* enim, *ἀπεμπολεῖν* (Hesych.), *διεμπολεῖν* an dixerint Graeci, valde dubium est. Negat Porsonus, gravissimus auctor, Advers. p. 188. quanquam non est haec Porsoni proprie sententia, sed Brunckii, v. ad Aristoph. Pac. 448. v. Lexic. Graec. Herm. p. 326. Verum hic dubitanter Atticos, ille Graecos complectitur ad unum omnes; nec diffidenter. De antiquioribus, nihil obsto; demtis enim, quae ob ipsam lectionum discrepantiam in suspicione sunt, quota pars relinquetur? Sed in recentissimos quosque hoc severius judicium exerceri indignum: *ἀπεμπολοῦντες* Procop. Anecd. XIX. 58. A. Niceph. Bryenn. I. 10. 24. C. *ἀπεμπολεῖν* Philo de Migr. Abr. pag. 420. A. Dion. Hal. Antiqq. VII. 63. Eumath. Ism. III. p. 110. Niceph. Greg. XVIII. 1. 550. F. *Ἀπεμπωλεῖν* longo *ω* Harmenop. Man. Legg. L. III. 3. 173. et 183. *ἀπεμπωλῆσαι* Apollod. II. 7. 4. Aesop. Fab. XVIII. 12. quorum ut quisque ab incorruptis Graecitatis fontibus propior abest, tanto majorem affert rectae voluntatis opinionem. Neque fas erat Apollodoro III. 5, 3. 6, 4. *ἀπεμπωλῆσαι* relinquere, melioris lectionis vestigiis in codd. apparentibus. cf. Schaefer. Melet. pag. 85. *Ἀναπωλεῖν* contra ne cum *ἀναπολεῖν* confundatur, longam syllabam retinet. Verbi *πυρπωλεῖν*, cui Etymologus adstupet, omnis fere memoria evanuit.

Si quis autem quaeret, quamobrem, semel aperta hac via novam a primitivis traducendi verborum stirpem, lingua maturata raro huc deflexerit, atque plerumque intra substantiva restiterit (ῥοπή, νομή etc.), sic respondebo: auribus satisfactum esse, producendo, quae literarum et paucitate et tenuitate sonum exiliorem efficerent, φέβω, φοβέω, a caeteris, quae poetae numerorum caussa induxissent, temperatum esse, nisi si qua incideret ratio significationis variandae, ἔχω, ὀχέω, φέρω, φορέω, placuisse tamen, ut ea, quae a nominibus in verba traducerentur, colorem stirpitus tractum servarent, τροφεύς, τροφεύω, νομεύς, νομεύω. Velut inter φέρω et φορέω hoc interesse constat, quod illud actionem simplicem et transitoriam, hoc autem actionis ejusdem continuationem significat, verbi causa ἀγγελίην φέρειν est alicujus rei nuncium afferre Herodo. III. 53. et 122. V. 14. ἀγγελίην φορέειν III. 34. nuncii munere apud aliquem fungi. Hinc et φορεῖν dicimur ea, quae nobiscum circumferimus, quibus amicti indutique sumus, ut ἱμάτιον, τριβώνιον, δακτύλιον φορεῖν, tum quae ad habitum corporis pertinent, sive universi, ut Cyclopem v. c. dicimus ὑπὲρ ἄνθρωπον τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἰσχὺν φορεῖν Crates Ep. X. ὑπόπτερον δέμας φορεῖν Eurip., sive singularum ejus partium: πολιὸν κρᾶτα φορεῖν Athen. I. 110. ἰσχυρὰς τὰς κεφαλὰς Herodo. III. 12. πλατὺν τράχηλον Plutarch. V. Mar. XXIX. 104. T. 3. γλυκύτατα κρέα Eur. Cycl. 126. γένειον διηλιφὲς Sophocl. Athen. XV. 25. 473. ἀστραγάλους Aelian. H. An. IV. 52. πώγωνας Diod. III. 30. Idem eadem ratione de iis, quae animi sunt propria: λῆμα θούριον φορεῖν Arist. Eqq. 757. φύσιν θείαν Eur. Sisyph. V. 19. ἓν ἦθος Soph. Ant. 697. ἀθάνατον νόον Theo Alex. IV. 7. ἀγλαΐας Ὀδ. Ρ. 245. Sed ut in aliis linguis, ita etiam in graeca persaepe usus terminos a se constitutos libere egreditur: δακτύλιον φέρειν Plato Rep. II. 211. T. VI. Dio Cass. XLVII. 41. 520. σφραγῖδα Paus. I. 17. 61. κρίκον Diod. II. 8. χιτῶνας Strabo

liorem habent duplices formae compositorum distinctionem: διαφέρειν et διαφορεῖν eadem nonnunquam significatione praedita, v. Schweighaeus. ad Athen. Animm. T. VII. p. 398. ὕλην συμφέρειν Aristid. Or. Sic. pag. 380. T. I. et συμφορεῖν λίθους Thucyd. VI. 156. Quorsum igitur spectat Wyttenbachii praeceptio: *Συμφέρειν conferre notat, συμφορεῖν acervatim congerere, et in reliquis similes est ratio*, ad. Plut. S. N. V. p. 12. Nempe ut intelligamus, aliquid natura interesse inter utrumque, idque etiam, si ratio fuerit, a scriptoribus expressum esse; ad dijudicationem verae et falsae lectionis raro aliquid momenti affert. Addam ad extremum hoc, in Porphyr. de Abst. I. 37. 64. βίον λιτὸν καὶ αὐτάρκη καὶ ἥκιστα τοῖς θνητοῖς ἐμφορούμενον, vulgatam scripturam varie tentatam sincerissimam esse. ἐμφορούμενον *implicatum* significat, ut Lycophr. v. 1015. πνοαὶ ἐμφορούμεναι λίνοις· Ὀδ. μ. 419. κύμασιν ἐμφορέοντο. Sequuntur mox §. 38. ἐάν τις περὶ βρωτῶν διαφορῆται καὶ συνηγορῇ, ὡς καὶ τόδε βρωτέον, ἀλλ' οὐκ, εἰ οἷόν τε ἦν, ἁπάσης τροφῆς ὅτι ἀφεκτέον διανοῆται, sic emendanda: καὶ συγχωρῇ, ὡς τόδε καὶ τόδε βρωτέον etc.

Quae fuerit causa verba barytona primitiva traductione quadam amplificandi, explicuisse mihi videor. Quod reliquum est sermonis, in iis consumetur verbis, quae quum eodem tendere coepissent, pervincere non potuerunt et aut primo progressu repressa aut aegre et repugnanter admissa sunt. Velut verbi δομέω (ut notiora omittam) auctoritas exigua et ab ipsis Grammaticis imminuta est. Macrobius de Differ. Verb. p. 703. *Sunt*, inquit, *apud Graecos admissa post compositionem, quum essent simplicia non recepta. Νομῶ nihil significat, tamen οἰκονομῶ dicitur; similiter δομῶ et δομεύω, οἰκοδομῶ et βυσσοδομεύω componuntur*. De νομῶ quid sentiendum sit, dicetur statim; δομῶ recentioribus scriptoribus innatat. Hesychius: Δομέοντι, οἰκοδομοῦντι. Alio loco: Βυσσοδομεύειν, δομεῖν, Albertius aut δέμειν

aut δεμεῖν scribendum censet. Prius restituendum s. Δέμει, οἰκοδομεῖ· nam δεμεῖν profecto nihil est; ceterum illic medicinae faciendae locus non erat. *Graeci*, inquit Priscianus Sup. Aen. L. X. 1273. δομήσασθαι *dicunt aedificare; inde et* δόμησις *et* δόμος. Δομήσασθαι Lycophr. 593. Procop. Bell. Vand. II. 20. 286. B. Nicet. Ann. XVII. 2. 531. Zonar. Ann. XII. c. 19. Suid. s. Ἀπατούρ. Δεδόμηται bis Allatius pro δεδώμηται in Philon. de Sept. Mirac. c. II. scripsit, v. Nott. p. 106. Δεδομημένος Arrian. Alex. VII. 22. Zosim. Hist. III. 17. Verum hujus temporis duplex forma est, difficili ad judicandum discrimine. Ἐδέδμητο homerica forma Herodo. VII. 59. cod. ἐδεδόμητο. Pro νεόδμητος Appian. Mithr. XL. 697. Schweighaeserus e cod. Aug. reposuit νεοδόμητος, quod est C. XXXVII. 694. Joseph. Antt. VIII. 4. 428. Quid? Aristides, qui modo δεδομημένη in Or. Rhod. p. 555. T. I. tum δέδμηται scripsit Encom. Rom. p. 219., nonne omne discrimen sustulisse videtur? Sic λιθόβλητος et λιθοβόλητος, quod Lexica ignorant, apud Hesych. s. Λιθόλευστος, ἀστρόβλητος Theophr. Causs. Pl. V. c. 10. Eustath. p. 1155. 42. ἀστροβόλητος Theophr. H. Pl. IV. 16. et Hesych. Quanquam haec multo rarior forma est et in paucis vocabulis recepta; neque dubito, quin multi, si Porsoni judicium de uno ex hac classe audierint, de toto genere conclamatum esse statuant. Is enim ad Hec. v. 210. Brunckii correctionem, qui pro λαιμότομον ex membranis λαιμοτόμητον intulit, Tenedia securi praecidit, λαιμοτόμητον graecum esse negans, sed aut λαιμότομον dici aut λαιμότμητον. Exemplo quidem id nullo redarguere possum; caetera videntur jus suum retinere posse. Quin etiam sunt, quae contractionem respuant, ut λατόμητος, quod saepius atque hac una forma reperitur apud interpretes Alexandrinos. Inter βέβλημαι et βεβόλημαι aliquid discriminis interesse Grammatici contendunt; et habet sane apud veteres poetas, Diascenastarum limam expertos, utrumque suas regiones; sed

recentiores versificatores, ut formam sonantiorem e manibus dimitterent, adduci non potuerunt †). Verum, quod instat. Ἐδομήθη Niceph. Greg. IX. 13. 282. E. Nicet. XXI. 5. 339. B. Synes. Hy. III. v. 449. Eust. p. 727. 28. + δόμημα Euseb. Hist. Eccl. L. X. 4. 473. A Graeco + δομάω Varro de L. L. V. p. 77. latinum *domare* repetit, nescio an brevitatem primae syllabae respiciens; repugnat certe sic scriptum communibus veterum Technicorum praeceptis; neque injuria nostri Lexicographi tempora obliqua δωμῆσαι, δωμήσουσι, quorum exempla memorat Hermannus ad Orph. p. 821., et adjectivum ἀδώμητος ad δωμάω referunt, quod ipsum quidem nunquam reperi. Atticam productionem somniat Tzetzes ad Lyc. v. 719.

De δομέω dictum est; minorem successum habuit τροφέω, quod Aristarchus Homero reddere conatus, non obtinuit, aperteque damnatur a Photio: Ἐπιθήνησε, οὐκ ἐτρόφησε· nisi lectio corrupta est. Hesychius certe pro Ἐπίθεσεν, ἐτρόφησε· potius ἐτρόφευσε scripsisse videtur, a recentioribus frequentatum, v. Phil. de Vit. Mos. p. 605. B. Exod. II. 7. Pro τροφησόμενα Galen. Comm. VI. in Epidem. 511. D. legendum esse τραφησόμενα, demonstrat id, quod sequitur pari vitio turpatum, τροφῆναι δεόμενα. Male Havercampius in Joseph. Antt. XIX. 1. 922, προνοίᾳ τοῦ ἐν αὐτοῖς εὐπρεπῶς ἀναστροφησομένου edidit pro ἀναστραφησομένου. Hic participii usus Josepho familiaris: ἐν περινοίᾳ τοῦ μεταστήσοντος αὐτόν XVIII. 6. 887. εἰς κίνδυνον τοῦ ἀπολουμένου αὐτὸν καθίσταισαν XVII. 9. 850. v. Ernestii Observv. in Joseph. p. 155.

†) Βεβλημένος ὦμον ὀϊστῷ Nonn. Dion. 32. p. 537. 7. 35. p. 584. 4. βεβλημένος ὀξέϊ θύρσῳ L. 44. p. 759. 17. (τετορημένος ὀξέϊ θύρσῳ L. 45. p. 770. 22.) Μήτηρ ἀμφ' αὐτὸν βεβολημένη Apoll. Rh. I. 351. Pro βεβοληότες Tryphiod. 592. Northmorus reposuit glossematicum βεβαρηότες. Dubitationem habet in auctore prosaico Procop. Bell. Goth. I. 18. 356. B. μήτε τετρῶσθαι μήτε βεβολῆσθαι.

In eadem alea positum est νομέω· nam apud Theocrit. XXVI. 24. τὰ περισσὰ κρέα νομέοντο γυναῖκες junctim κρεανομέοντο scribi oportet. In Long. Past. II. 16. 21. Bod. 24. 60. Pass. νεμήσετε καὶ συρίσετε rectius est νομεύσετε, deterius νομήσετε, quod utrumque in codd. proditum. Suidas: Κεφαλαίωσον, + συντόμησον· etiam hic + συντομεῦσαι, quod s. v. Ἀποσχεδιάσαι occurrit, restituendum esse puto. + Διεκτροχούσαις ap. Suid. et Phavor. s. Καθηκούσαις unius literulae mutatione nititur; ἐπέτρεχον ἡγεμονῆες — δίφρα περιτροχέοντες Nonn. Dion. XXXVII. 610. 3. Plant. in περιτροπέοντες mutandum videtur. Hae formae raritate sua, nullo intestino vitio suspicionem commovent; ἀμφιτροχάω autem, quod Schneiderus ex Apollod. I. 9. 11. affert, contra regulam est. Neque id isthic legitur, sed ἀμφιτροχώσας, *circumdandi* significatione praeditum, in qua perpetuatae circuitionis notio inest; unde τροχόω eum τροπόω, στροφόω, + συστροφοῦσθαι Hesych. s. Ἰλιγγιᾷν, componi debet. Διαφθορεῖν tum apud Herodotum pro διαφορεῖν subrepsit, tum in Procop. de Aedif. Just. VI. 5. 113. B. διαφθορεῖν αὐτὰ τῷ χρόνῳ ἀφῆκαν, indidem ortum videtur, cf. Boissonad. ad Philostr. p. 422. sq. + Ἐπιτροπῶ pro ἐπιτρέπω in Ep. Pisistrati ap. Diog. La. I. 53. ubi primitivum reduxit Casaubonus. Atticista Bekk. p. 93. + Ἐπιτροπεῖν ἀντὶ τοῦ ἐπιτροπεύειν Πλάτων Φαίδρῳ, quorum neutrum hic reperio, ἐπιτροπεύειν autem in aliis Platonis locis plurimis, paene ut suspicer, illum Ἐπιτροπίαν ἀντὶ τοῦ ἐπιτροπήν etc. scripsisse; nam ἐπιτροπία hoc sensu legitur Phaedr. c. 16. p. 239. Quanquam ἐπιτροπεῖν, si pro ἐπιτροπεύειν accipitur, eadem ratione defenditur, qua ἀντιλογεῖν; quod, ut rarius, a Grammatico Bekk. p. 78. enotatum, atque alia hujus generis denominativa. Δρομέω unde Schneiderus acceperit, mihi ignotum; quod ubi idoneis testimoniis septum fuerit, licebit etiam suspicari, Hesiodum l. c. δρομέεσκε scripsisse; ἀναδρομεῖν a Wernsdorfio in suspicione ponitur Himer. Or. IV. 456.

ἐνδρομεῖν prava emendatione illatum est. *Μή μοι τοσοῦτον ἐκδρομήσειε στόμα* in Gregorii Naz. carmine a J. Tollio edito Itinerar. p. 6. pro ἐνδρομήσειε restitutum; καταδρομεῖν intestatum; ἀντιδρομεῖν, a Schneidero expulsum, in Luciano de Astrol. XII. 221., ubi olim διαδρομέουσι vulgabatur, locum suum tueri posse videtur; quanquam et hoc loco aliquis paullo suspicacior sub istis dissentanearum lectionum involucris ἐναντιοδρομέουσι aut ἰθυδρομ. rimetur. Ὑποκλοπέοιτο homericum dubito an rivalem habeat; neque satis tuta videtur Jacobsii ratio Animadv. ad Anth. T. III. p. 25. Add. pro πῶμα κύκλῳ πιεῖν in Aristonis versu γλυκὺ κλοπέειν emendantis. Certiora sunt κλωπᾷν et κλοπεύειν s. κλωπεύειν, quorum utrumque pari auctoritate est; hoc posterius Lucian. Catapl. I. 175. T. III. 49. 112. T. VI. Themist. Or. X. 137. A. Suid. s. v. unde κλωπεία Plat. Legg. VII. 592. T. VIII. Plutarch. V. Philop. IV. 44 r. Diog. La. II. 136.; illud μικρογραφούμενον Appian. Illyr. XV. 850. Nicet. Ann. IV. 6. 81. C. Heliod. I. 48. ubi Corayus κλοτοπεύειν legi mavult, Eustath. ad Il. Γ. 149. et Hesychius: Ἀλοπεύει, ἀνιχνεύει· leg. κλοπεύει. idemque Schneiderus Xenophontis testimonio stabilivit; in quo tamen, mutata propter Porsoni dissensum sententia, ipse reposuit Suidae lectionem ἐκλώπευον. Quod addit: „*similiter in* Rep. Lac. II. 8. *scribendum, ubi sine varietate scriptum legitur* κλοπεύειν", prorsus contra est, ac dicit; κλωπεύειν enim et olim hic lectum et etiam nunc sic legitur. Neque κλοπεύω ex toto damnandum, quod cum κλοπεύς Cyrill. c. Jul. I. p. 6. B. et κλοπεία Plut. V. Arat. VI. 295. T. 6. Suid. s. Κλοποφορῶ, v. Coray ad Isocr. p. 211., proxime conjunctum et praeterea ad legem et regulam factum est, perinde ut σκοπεύειν, ut olim Herodo. I. 8. edebatur, cui tamen Atticistae ἀποσκοπεῖσθαι praetulerunt Lex. Bekk. p. 435. neque antiquus auctor praetexi potest, + ἀποσκοπεύειν Const. Porph. Adm. 49. 128. E. Basil. Epp. 592. 597. + ἐπισκοπεύειν Nicet. Annal. XXI. 6. 400.

+ προσκοκκύειν Symmach. Iob. XV. 22. + σκοπευτής Basil. Epp. 79. 142. Eustath. pag. 810. 1679. 6. + σκοπευτήριον Euseb. in Cantic. p. 11. ed. Meurs. Verborum βολέω et κτονέω miror adhuc in Lexicis mentionem fieri, quorum usus perfecti finibus inclusus est in locum primitivi succedentis, quod non in his solum verbis, sed in omni liquidorum formatione sensim exolevit, sic ut unum γέγονα crebro usu induratum remaneret, caetera aut poetis cederent, ἀπέκτονα, μέμονα, κέκονα, aut plane omitterentur. Ἐπιφορβέω nuper demum ab ordine remotum est. Pro ἐπιδομέω Schneiderus duos citavit locos, quorum alterum Bastius Ep. Crit. p. 45. aliorsum pertinere docuit; in altero Synesii pro ἡμῖν ἀεὶ καὶ ἀπιὼν ἐπιδομεῖς τῇ μνήμῃ apertum est ἐπιδημεῖς scribi debere. Nihilo securius videtur ἐνδομεῖν, cujus quae cum Schneidero communicaveram exempla, ad tempus perfectum pertinent, in quo prima et secunda declinatio fere congruunt. Ἀναδομεῖν a me ex Nicet. Ann. VIII. 1. 150. citatum Schneiderus incertum casu an consilio praeteriit.

His omnibus in conspectu positis, quae aut numerorum gratia, ut gravius distinctiusque ad aures acciderent, in locum primitivorum exolescentium subrogata, aut ad variandam significationem his adjuncta sunt, probabili argumentatione concludimus, nulla ejusmodi causa proposita traductionem illam non prorsus quidem rejectam, sed tamen tentatam magis esse quam probatam. Hinc jam illuc redeundum est, unde devertimus.

§. VI.

Alia verba ab inclinamentis verbalibus et nominalibus deflexa.

Ἀναπιστρεφεῖν igitur, de quo sub exitum quartae paragraphi diximus, per se nihil dubitationis habet. Nam persaepe duo aut etiam plura verbi simplicis inclinamenta in nominum formam, hinc in nova verbo-

rum compositorum genera traducuntur. Sic ab uno tempore ἀφθεγγεῖν derivatur, ab altero ἀφθεγκτεῖν, et ut semel plura complectar: ἀπειθεῖν et ἀπειστεῖν, ἀτυχεῖν et ἀτευκτεῖν, καλλιλογεῖν et καλλιλεκτεῖν, ἀπρακτεῖν et ἀπραγεῖν †), quae ut ad distinguendum ambigua, ita a librariis saepenumero confusa sunt. Στερνοτυπεῖσθαι in Lexicis extat, στερνοτυπτεῖσθαι dubium habetur. Hoc Joseph. Antt. IV. 8. 256. pro illo in pluribus codd. servatum, L. XVII. 5. 842. in contextum receptum est. Si στερνοτύπτης in usu fuit, quod Photius et Hesychius afferunt, verbum hinc derivatum sartum tectumque est; sed illud non aeque bene dicitur quam πατροτύπτης, μητροτύπτης atque alia habitum significantia, non actionem quandam transitoriam, cui exprimendae accommodatum est adjectivum. Quare etiam ab uno στερνοτυπία dicitur, ab altero πατροτυψία, non versa vice, ut ἀφυλαξία et ὀπισθοφυλακία; et similiter in πατροτυπτεῖν substantivi, in στερνοτυπεῖν, ἀλληλοτυπεῖν etc. adjectivi et vis et forma apparet. Στερνοτυπεῖσθαι Plutarch. Consol. Apoll. p. 351. T. VII. Athen. VI. 75. 494. Synes. Ep. CXXXI. 267. C. et activus modus, Lexicis intactus, στερνοτυπῶν καὶ ἐκθαμβούμενος Ann. Comn. L. IX. 260. A. pro quo codex Montefalconianus Bibl. Coisl. p. 546. + στερνοκτυπῶν (Aesop. Fab. 48. 306.) exhibet, et contra pro ἐστερνοκτύπουν X. 295. A. idem cod. p. 549. ἐστερνοτύπουν, quam confusionem auget tertium ejusdem significationis verbum στερνοκοπεῖσθαι. Ἀψευδεῖν (ut ἀφειδεῖν) Atticorum videtur: Plato Theaet. p. 199. B. Dem. c. Lept. 459. Aeschin. Fals. Leg. p. 271. c. Ctesiph. p. 579. Hyperid. ap. Harpocr. p. 164. Aristophan. ap.

†) Αἰσχροπραγεῖν Cyrill. ap. Suid. s. Σπάδων, ὁμοπραγεῖν Joseph. Antt. XVI. 5. 538. ἀλογοπράγητος Anna Comn. III. 85. B. δικαιοπραγής Suid. s. Ἀντιπελαργεῖν et Theophylact. Hist. p. 185. A. (unde et φιλευγενής recipiendum), δικαιοπράγημα Michael. Eph. in V. Nicom. p. 71. a. nondum in Lexica recepta sunt.

Phryn. App. p. 13. Aristot. Soph. Elench. I. 2. 422. Sylb. ἀψευστεῖν Polyb. VII. 8. Phalar. Epp. CXXIV. 344. Lenn. apud antiquiores mihi non occurrit. A κωλοδάμνης Porphyr. de Abst. III. 6. 229. Maxim. Tyr. XL. 268. Philo de Agric. p. 197. D. Poll. I. 118. verbum extitit κωλοδαμνεῖν Soph. Aj. 549. Xenoph. Oec. III. 10. Cyrill. c. Julian. III. 108. D. a nomine secundae classis vel usitato vel assimilato κωλοδαμεῖν Lucian. Amorr. 45. 507. T. V. et Hesych. s. h. v. quod cum κωλοδαμαστικός Steph. Byz. s. Ἄχναι et κωλοδαμνικός Eustath. p. 743. 64. Lexicis inseri debet. A substantivo λουτρόν proficiscitur φιλόλουτρος Hippocr. de Vict. Acut. XXXII. 295. ab hoc φιλολουτρεῖν ib. III. 112. XXXIII. 296. T. XI. ut σκαφολουτρεῖν; ab ἄλουτος autem ἀλουτεῖν Id. de Morb. II. 5. 555. T. VII. Hesych. s. Ἀλουσία, et Schol. ad Aristoph. Avv. 1554. ψυχρολουτεῖν Plut. V. Alcib. XXIII. 31. θερμολουτεῖν Alexis ap. Antiatt. Bekk. p. 99. Hipp. de Vict. San. III. 88. 77. T. II. de Morb. H. 5. 555. D. 29. 580. E. Hermipp. Athen. I. 32. 68. Plutarch. An Sen. Resp. ger. X. 117. T. XII. + ξηρολουτρεῖν (exulet tandem ξηραλουτρεῖν) Hesych. s. Ξηράλειψιν. Rursus nominis similitudinem refert ψυχρολουτρεῖν Aristoph. ap. Poll. VII. 168. Strabo III. 5. 413. Plut. Quom. Adul. Am. dign. X. 170. T. VII. Arrian. Epict. I. 1. 11. ubi unus cod. ψυχρολουτεῖν praebet, quod Schweighaeuserus vulgato non deterius esse judicat. Quaeritur enimvero, annon aliquanto melius sit. Illud certe apparet, aliam esse quasi publicam et popularem derivandi viam, alia in semitis et callibus quaeri. Sed neque hoc latet, Graecos in formatione decompositorum non uni se legi, quam per omnia sequerentur, adstrinxisse, sed huc illuc salientes omnes, dummodo eodem ducerent, pertentasse vias. Unde adducor, Valckenarium ipsum, si denuo numerasset sigilla, non inventurum fuisse, cur Grammaticorum testimoniis de verbo ἀελπτεῖν fidem abrogaret.

§. VII.

De verbis Εὐποϱίζειν et Εὐφημίζειν.

Δυσελπίζειν Scaligeri ope amovimus; in vicem succedit εὐποϱίζειν, jam a Schaefero et prius etiam a Casaubono †) praefloratum. Schaeferus enim in Lucian. de Consc. Hist. c. 53. εὐμάθειαν εὐποϱίσει τοῖς ἀκούουσι, atque aliis similis sententiae et coloris locis ἐκποϱίζειν restituit Melet. p. 6. Mihi apud Lucianum εὐποϱήσει, quod duo codd. offerunt, non recusandum, idemque etiam in Dionysii Art. R. IV. 229. contra viri doctissimi suspiciones vindicandum videtur. Εὐποϱεῖν enim non solum significat *abunde habere*, ut τϱοφὴν εὐποϱεῖν Hipp. de Cord. c. 8. 292. Lind. λόγους εὐπ. Themist. XXII. 265. B. sed etiam *suppeditare:* ἐπικουϱίαν ταῖς χϱείαις ἐξευποϱεῖν Plato Legg. XI. 153. χϱήμαθ' ὑμῖν πϱοσευποϱηκώς Demosth. c. Phorm. 962. cf. Or. c. Apat. 894. 14. de Reb. Chers. 94. c. Boeot. p. 1019. c. Neaer. 1369. 10. Aeschin. c. Timarch. p. 121. Lycurg. c. Leocr. p. 233. quibus inter se collatis intelligitur, quanta sint utriusque notionis contagia, a Romanis quoque unius verbi *suppetendi* angustiis conclusa. Ac ne quis de recentioribus ambigat, eodem modo Athenaeus in Mechann. Vett. p. 9. καὶ αὐτὸς πεφιλοτίμημαι πϱοσευποϱῆσαι τοῖς πϱὸς μηχανουϱγίαν χϱησίμοις. Magna autem suspicio est, ne ii, qui primi exemplaria graeca transscripserunt, hujus rei inscitia, ubi activam significationem requiri intelligerent, εὐποϱίζειν intulerint. Sic apud Dion. Antt. VIII. 68. 1673. pro εὐποϱήσωσι Portus reponebat εὐποϱίσωσι, in Demosth. c. Pant. 980. συνευποϱίσαντες in margine Lutet. a Lambino, ut videtur, adscriptum est. In Xenophontis Anab. V. 8. 25. ἢ ἀσθενοῦντι ἢ ἀποϱοῦντι συνεξευπόϱησα Schneiderus e cod. Pa-

†) „Εὐποϱίζειν aut parum aut nunquam utuntur Graeci" ad Athen. p. 292. B.

ris. *συνεξεπόρισα* edidit, ut Porsonus praescripserat; Weiskius et priores *συνεξευπόρισα*. Mihi hic quoque vulgata retinenda videtur, quam Dinarchus praestat c. Dem. p. 43. T. IV. *διαλεγόμενος ἠτυχηκότι καὶ συνευπορῶν ἀπεστερημένῳ*. Sed apud Lesbon. *Λόγ. Πολιτ.* pag. 7. T. VIII. *ἐξευποριζοντες ὅπως αὐτοὺς ὡς ἐλάχιστα λυπήσομεν* legendum est *ἐκποριζοντες*, eodemque modo Galeno opitulandum de Adminislr. Anat. L. II. 2. 48. B. T. IV. *εὐπορίαν τῆς ἀπολογίας εὐπορίζεσθαι*. Idem de Sect. I. 286. T. II. *ὅθεν εὐπορίσαντο τὴν ἐπιστήμην·* corrige *ἐπορίσαντο*. Philostr. Epp. XXI. 922. *οὐκ ἄν ποτε εὐπορίσαι σκωμμάτων ὁ ἀλιτήριος* leg. *εὐπορῆσαι*; in Isocrat. ad Philipp. 50. 158. *βίον ἱκανὸν αὐτοῖς ἐκπορίσαντες* pro *εἰςπορ.* cujus nullum testimonium extat. Polyb. VI. 49. *συνεξεποιοῦντο ταῖς ἐκ τῆς Λακωνικῆς αὐτῆς ἐπαρκείαις καὶ χορηγίαις* dubium mihi est an *συνεξευποροῦντο* scripserit; *ἐκποιεῖν sufficiendi* significatum habere non ignotum, v. Hemsterh. ad Poll. IX. 154. et Mazech. ad Tab. Heracl. p. 262. frustra tricantem.

Locum tertium sibi vindicat *εὐφημίζειν*, quod Dorvillius ad Char. 550. et Hemsterhusius ad Lucian. Prom. pag. 204. T. I. ab *εὐφημεῖν* tantum differre statuunt, quantum aliis, ut modo diximus, inter *εὐπορεῖν* et *εὐπορίζειν* interesse visum est. Neque Passowius permittit, ut *ἐπευφημίζω*, a Schneidero addubitatum, in suspicione ponatur, ad Mus. p. 199. duo hujus verbi exempla proferens, unum Proculi (quem vulgo male latine Proclum appellant), cui pro *ἐπευφήμισσαν* poeticum *ἐπευφήμησαν* restituendum, alterum Herodoti, in quo *ἐπιφημίζεσθαι* legitur, ut et Eustathius scribit. Haec omnia tam crebra confusione miscentur, ut non incommodum videatur significationum regiones, limites et confinia determinare. *Consecrare*, *nuncupare* Graeci dicunt *ἐπιφημίζειν* et *κατεπιφημίζειν*. Maxim. Tyr. VIII. 129. *ἐπεφήμισαν Διὶ ἀγάλματα κορυφὰς ὀρέων·* quo sensu est *ἐπονομάζειν* — *ἴδια ἐπονομάζοντες θεοῖς τεμένη* Anachars.

Epist. IX. Inde est, quod ea etiam, quae dii immortales hominibus praestituunt et destinant, ἐπιπεφημισμένα dicantur: ἐπιφημισθείσης τῷ ἀνδρὶ ἑβδόμης ὑπατείας Appian. Bell. Civ. I. 61. 86. τῶν ἐπιφημισθέντων ἑκατέρῳ στεφάνων Strabo VI. 2. 207. Tum de hominibus, si quid inter se pepigerunt, *despondere, promittere*, καταινεῖν, κατονομάζειν, προςειπεῖν. v. ad Iphig. A. v. 150. Denique simpliciter usurpatur pro denominare, inscribere (*vitiis suis sapientiam inscribere* Seneca de Vit. Beat. c. 12.): τῇ μισοπράγμονι ζωῇ τὴν ἀρετὴν ἐπιφημίζειν Suid. s. Οὐλπιανός. Τὴν θειότητα, τὸ τῆς θειότητος ὄνομα ἐπιφημίζειν τινί Themist. Or. VI. 79. E. XIX. 229. A. τὸ ὄνομα τοῦ αὐτοκράτορος ἐπεφημίσθη αὐτῷ Dio Cass. LIV. 35. 764. Ut Pausanias ait · Φοίνικας Ἀσκληπιῷ Ἀπόλλωνα πατέρα ἐπιφημίζειν VIII. 25. (*inscribunt Martem generi* Sil. Ital. X. 619.) et Sopater Alexandrum dicit θεοὺς ἑαυτῷ πατέρας ἐπιφημίσαι Διαιρ. Ζητ. p. 591., Themistius contra Or. XIII. 169. A. Φίλιππον ἐπιφημίζεσθαι τῇ Ἀλεξάνδρου γενέσει; sic etiam Dio Cass. XLIV. 37. 406. θεοῖς ἤδη τινὲς οὐκ ἄξιοι παῖδες ἐπεφημίσθησαν scripsit; quo loco perperam ἐπευφημίσθησαν editum esse jam pridem admonui. Sic et Arrian. Alex. V. 5. 296. πάντα ὅσα ἐς τὸ θεῖον ἀναφέρεται, πρὸς χάριν τὴν Ἀλεξάνδρου ἐς τὸ ὑπέρογκον ἐπευφημηθῆναι in ἐπιφημισθῆναι, i. q. ἐπιθειασθῆναι, mutari debet. Nam ut φῆμις aliquid augustius significat, sic etiam φημίζειν ad divinitatis opinionem et famam refertur. Eodem vitio Hesychius laborat s. Θεὸς θεός· ἔθος ἦν θεὸν λέγειν (immo λέγειν, θεὸν) ἐπευφημιζομένοις· ubi proprium hujus rei vocabulum ἐπιφημίζεσθαι requiritur. Demosth. Lept. p. 126. Wolf. ὅσα τις πράττει τοὺς θεοὺς ἐπιφημίζων. Idemque, non εὐφημ., Himerio restitui oportebat Or. I. 344. Nemo jam dubitaverit, unde Porphyrio de Abst. II. 56. 201. ἐθύοντο τῶν φιλτάτων τινὰ ἐπιψηφίζοντες Κρόνῳ, medicina petenda sit. Sed nondum clade exsatiati sumus. Arriano Alex. VI. 13. 375. καί τι καὶ ἐπευφημίσαντες ἀπελθεῖν, perinde ut Dioni Cass.

LXII. 25. 1020. ἐπευφημεῖν redhibendum; cui significatio *bene precandi*, *bona verba dicendi* proprie insignita est. Θρόνον Ἀλεξάνδρῳ κατεπευφημισμένον Plutarchus V. Eumen. XIII. 58. Reiskio acceptum facit, praeoptaturus, opinor, καταπεφημισμένον s. κατεπιπεφημισμένον; cujus utriusque vestigia latent sub Edd. vett. lectione κατεπεφημ. quod et ipsum fortasse exemplo participiorum προςεπατταλευμένος et ἀπεδημηκότες excusari potest, quorum illud Eustathius a Cratino p. 759. hoc Suidas ab Hermippo positum esse narrant, †) neutrum autem tantam probabilitatem habet, quantam κατεπεφημισμένον habiturum esset, cuius integra forma neque scribi sine aliqua molestia neque pronunciari potest. Sed et alia suppetit medendi via minus lubrica et ab ipso Plutarcho praemonstrata, qui in V. Niciae III. 356. T. III. durum illud et absonum fugiens καταφημισμένον θεῷ ᾆσμα scripsit, quod et in Polyb. V. 10. omnes codd. retinent atque postremi demum editores inconsulte, ut mihi videtur, cum κατεπιπεφ. permutarunt. Haec igitur omnia ita inclinata sunt, ut, si leviter tetigeris, corruant. Plurima jam jacent; velut quae Dorvillius l. c. Straboni exemit, Hemsterhusius ad Lucian. T. I. p. 24. Pausaniae abstersit, Tzschuckiis Faciisque indeprehensa; pro διευφήμισεν in Annae Alex. p. 161. B. codex Bibl. Coisl. P. II. 537. διεφήμισεν, ut res et ratio postulat, exhibet.

Verum haec omnia non ita accipi velim, ut si verbum εὐφημίζειν nullum esse affirmem. Utique est, sed non ea significatione, ut in uno superiorum locorum ferri possit. Habet enim *praedicandi*, *gratulandi* potestatem meritoque a J. Lascari Gramm. II. m. 8. b. inter verba ἐγκωμιαστικά numeratur, ad hanc terminatio-

---

†) Antiatt. Bekk. p. 79. Ἀπεδημηκότες Δημοσθένης κατὰ Λεπτίνου, Ξενοφῶν Ἀπομνημονευμάτων τρίτῳ. Sponsio sit, si quis hoc apud alterutrum inveniat.

nem proclivia, μακαρίζω, ὀλβίζω, εὐδαιμονίζω, εὐκλείζω, εὐγενίζω. Hoc sensu εὐφημίζεσθαι Apoll. de Pron. p. 11. Schol. Arist. Pac. 968. ἐπευφημίζεσθαι Schol. ad Raun. 1417. ubi εὐφημεῖν prorsus non locum habet, + κατευφημίζειν Hesych. s. Τραῦσος, + κακοφημίζειν Schol. Ven. I. 105. quae non cum verbo φημίζω composita, sed ab ipso adjectivo derivata sunt; cujus derivationis certissimum exemplum est εὐκλείζω, ἐπευκλείζω, quo Abreschii error redarguitur, εὖ κλείζειν scribere jubentis. Nonnunquam autem utriusque verbi indiscreta significatio est, ut v. c. Herodian. II. 5. 59. πρὸς πάντων εὐφημισθεὶς, quod Sylburgius in εὐφημηθεὶς mutavit, Wolfius retinuit; Nicet. Ann. L. III. 6. 61. B. παρὰ τοῦ δήμου εὐφημισθείς. Εὐφημισμὸς et + ἐπευφημισμός Eustath. p. 120. parum apte in hac causa commemorari, argumento est δυςοιωνισμός, quod ad nullum compositum verbum referri potest. Sed jam ad reliqua pergam.

§. VIII.

De synthesi et parathesi.

Νουνέχω, quod Budaeus improvide in ordinem recepit, jam a Stephano explosum et ejectum est, neque id aliud firmamentum habet praeter adverbium νουνεχόντως, ut nonnulli scribere adsueverunt. Νουνεχόντως ὑφ' ἓν ἀναγνωστέον. πολλάκις γὰρ ἀπὸ δύο διεστώτων μερῶν γίνεται ἑνότης. οἷον Ἄρειος πάγος, Ἀρειοπαγίτης, Νέα πόλις, Νεαπολίτης· οὕτω νοῦν ἔχων σύνθετον νουνεχόντως Etym. M. 606, 55. quae ex Apollonii doctrina fluxerunt de Adverb. p. 587. unde evidentissimum est, veteres Grammaticos νοῦν ἔχω sub sono duorum accentuum protulisse. In Hort. Adon. pag. 104. b. loco hinc sumto, Ἀρειόπαγος, Ἀρεωπαγίτης editum, alterum minus bene, alterum pessime. Neque enim Ἀρειόπαγος graecum vocabulum est, sed latinum *Ariopagus*, per errorem in Lexica graeca illatum, cui et auctoritas et ratio deest. Ad exemplorum defectum quod attinet, quis sibi un-

quam persuadeat, fortuitum esse, ut in tanta judicii illius celebritate nusquam hoc nomen inveniatur? De ratione sic habendum: Non solent Graeci substantivum cum adjectivo ita componere, ut compositorum eadem significatio sit, quae fuerat appositorum; neque nobis hoc facere licere sine aliqua sententiae mutatione exemplo sint haec vernacula: *Groſsherr*, *Kleinmädchen*, *Bitterklee*, *Süſsholz* †). Atqui graeca vocabula in hunc modum composita ejusdem generis sunt. *Μεγαλόπολις*, *Καλλίπολις* Plato Rep. VII. 527. B. *καλλικλαία* Nicet. Ann. XIX. 6. 375. A. ἀγριόχοιρος, κενήριον, πλαγίαυλος, ὠμήλυσις, πυθιονίκη, θερμοσποδία, de quibus ad Phrynichum identidem adnotavimus. Res parva est, sed juxta magnis difficilis, neque ab antiquis Grammaticis accurate tradita. Tzetzes ad Lycophr. 731. τὸ ὀρνιθόπαις καὶ καλλίπαις (v. Interpr. ad Eur. Or. 964.) καὶ ἀνδρόπαις καὶ τὰ ὅμοια διπλῶς νοοῦνται· ὀρνιθόπαις γὰρ λέγεται καὶ ἡ ὄρνιθος παῖς καὶ ἡ ὀρνιθοφυὴς παῖς· καλλίπαις δὲ ἡ καλῆς μητρὸς παῖς (immo ἡ καλῆς παιδὸς μήτηρ) καὶ ἡ καλὴ παῖς· ἀνδρόπαις ὁ ἀνδρὸς (sic scribendum pro ὁ ἀνδρείου) παῖς καὶ ὁ ἀνδρεῖος παῖς· aut rem aut verba non satis provisa habuit. Sed ita tulit aetatis istius consuetudo in hoc genere ultra modum luxuriata: ἡ καλλιπαρθένος Eumath. Hysmen. X. 460. Phot. Bibl. CLXXXIV. 418. τῆς καλλιπαρθένου Θέκλας Gregor. Naz. Or. XXI. 399. D. T. I. ὁ μεγαλοκῆρυξ Anna Comn. XV. 485. A. ὁ καλλιμάρτυρ Nicet. Ann. XX. 3. 379. C. quae unde nata sint, docere nos potest nomen χαυλιόδους, ex adjectivo in substantivi naturam transmutatum. Offenditur apud veteres quoque vocabulorum sic compositorum copia; sed apparet, pleraque ex tempore ad similitudinem paucorum publice receptorum efficta et cum auctoribus ipsis et nata esse et occidisse. Sic mihi per-

†) v. F. Seidenstücker Nachlaſs die deutsche Sprache betreffend pag. 196. sq.

suasum habeo, Aristophanem nullo duce et exemplo χαυνοπολίτης et διαδρασιπολίτης dixisse, juxta ac si (ut μικροπολῖται quidam sunt et μεγαλοπολῖται) genus quoddam esset hominum χαυνοπολιτῶν. Ita etiam κακογείτων apud Callimachum H. in Cer. 118. (cf. Gernhard Observatt. in Soph. Philoct. v. 692.) comparatum videtur. Evidentissimum autem est, δικαιοκρίτης Hephaest. Apotel. p. 18. non ex δίκαιος κριτής compositum, sed adverbium et verbum δικαίως κρίνει in nominis speciem confusa esse, ut ἀκαιροπαῤῥησιαστής. Neque istam Seidleri mei defensionem probo, quam pro Musgravii emendatione sane quam levi et sublesta suscepit ad Troad. 553. ἀμβροτόπωλος, quod nihil vetat adjectivi loco haberi, pro πῶλος ἄμβροτος, ut αἰνογίγας, αἰνολέων, μονόλυκος, χαυνοπολίτης, pro αἰνὸς γίγας, χαῦνος πολίτης, accipi affirmans. Quod si in vulgus emanaverit, summum periculum est, ne ex Bothiana illa μηλοπόᾳ (Soph. Aj. 603.) tanquam ex irriguo solo nova nobis succrescat Graecitas. Χαυνοπολίτης et χαῦνος πολίτης, quid differant, facillime perspicitur his exemplis, *Geschwindschreiber* et *geschwinder Schreiber*, quibus similia possunt cuicunque etiam e quotidiano sermone succurrere. Illud autem sic est judicandum: genitivi, adjectivi et compositionis unam esse eandemque vim subjecti varie definiendi, eamque causam esse, cur modo adjectivum et compositio: μεγάλη πόλις et μεγαλόπολις, modo genitivus et appositum: πρόςωπον χαρᾶς, κόνδυ πικρίας, πτέρυξ χιόνος, pro πτέρυξ χιονώδης etc. et interdum compositio et genitivus vices alternent: Φιλίππου πόλις et Φιλιππόπολις, et, ut eodem exemplo utar, ταύρου κόλλα, ταυρόκολλα et κόλλα ταυρεία. Quum igitur his tribus modis duae notiones conjungantur, quarum una alteram definiat et determinet, apparet tamen, esse quosdam veluti conjunctionis gradus, aliterque compositum *Königskleid* dici, quam cum adjectivo *königliches Kleid*, quorum hoc de quolibet magnifico habitu, illud de eo di-

citur, qui regibus ita proprius est, ut in nulla alia re intelligi possit. Utrum autem aliquid tanquam accidens an proprie inhaerens notetur, saepe in scribentium arbitrio constitutum, non raro usu sancitum est. Tantum unusquisque videt, neque quaelibet vocabula hoc modo componi, neque, quaenam ita composita fuerint, ante sciri posse, quam exempla aut ejusdem aut certe propinqui generis notuerint, ideoque Dorvillio quidem *αἰνογέρων* Manethonis cuidam loco affingenti concedi posse, ut a similibus *αἰνοπατήρ*, *αἰνοτύραννος*, exemplum et auctoritatem novo operi quaerat, Musgravium autem sibi plus adsumsisse, quam probari potest ipsi Euripidi concessum fuisse. Talia ut recipiantur, nunquam suaserim.

Hujus tam parvae observationis incuriosus J. Scaliger in errorem incidit ad Poll. I. 80. „*μεγαλοστέγη*, inquit, *est μεγάλη στέγη, cujus compositionis exempla multa observavimus. Sic Pindarus μεγαλόπολιν Ἀθάνας vocavit pro μεγάλην πόλιν, et, quod magis mirum, Anacreon καλλιγύναικες dixit, pro καλαὶ γυναῖκες. Sic apud poetam εἰνάνυχες pro ἐννέα νύκτες.*" quae quid aliud declarant, nisi virum egregium neque emendatos codices, neque sat fidam memoriam habuisse? Sed quod Suidas et Photius *Κένανδρος*, *κενὸς ἀνήρ*, Hesychius *Μεγάλανδροι*, *μεγάλοι ἄνδρες* †) explicuit, indicium est, illis ipsis, quibus graecus sermo patrius et nativus fuit, hanc subtiliorem defuisse rationem. Scaligero si quis opitulari cupiat, is ejusmodi exempla proferre debet, quale est illud in Epigr. *Ἀδεσπ.* DXI. pag. 227. *ἀβροπόδων βήματα*, quod Jacobsius ex eleganti poetarum usu pro *ἀβρῶν ποδῶν* dictum esse putabat; sed recte Schneiderus in Lex. Gr. *ἀβρὰ ποδῶν* scribi jubet. Nihilo melius est *ἀκρόκους*

†) Hoc exemplo refutatur Bastii emendatio ad Gregor. pag. 413. Suidan corrigere tentantis.

pro ἄκρος πούς †), quod Schneiderus citat e Paus. II. 4. τὸ ἄγαλμα ξόανόν ἐστι· πρόςωπον δὲ καὶ χεῖρες καὶ ἀκρόποδές εἰσι λευκοῦ λίθου, ubi ἄκροι πόδες legendum esse Barkerus in Diar. Class. MDCCCXVII. N. 52. pag. 576. et Schneiderus in Nov. Ed. mihi assenserunt. Sic enim Pausanias aliis omnibus locis: VI. 19. πρόςωπον καὶ ἄκρους πόδας καὶ τὰς χεῖρας. VIII. 31. χεῖρές εἰσι λίθου καὶ πρόςωπόν τε καὶ ἄκροι πόδες. VIII. 31. cf. II. 11. VII. 25. VIII. 25. IX. 4. Ἀβροδίαιτα olim vulgatum Aelian. V. H. XII. 24. Corayus non injuste barbarum et ineptum nominat. Sed et ad illud genus, quod Graecis concessum esse dicebam, antiquus sermo raro descendit, conjugatas notiones magis dissuere solitus, quam separes compingere. Quem ad morem etiam recentiores scriptores nonnunquam redeunt, veteresque compages revellunt, ut ὠμὴ λύσις, θερμὴ σποδία (pro quo Geopp. VIII. 20. 545. et Gregor. Cor. p. 557. cod. θερμοσποδία exhibet) et id genus alia, a librariis ultro citroque confusa. Ἀγαθοδαίμων apud antiquos non occurrit et latine magis quam graece dicitur. Καλοκάγαθος Poll. IV. 11, quod Schneiderus vulgo in Graecia de honestissimo quoque usurpatum affirmat, quodque Corayus Στοχ. Αὐτοσχ. π. Ἑλλ. Γλ. πδ. usque adhuc perdurare tradit, jam dudum dubito an omnino graecum haberi possit; legitur quidem ap. Apollon. Lex. p. 404. Ἠΰς, καλοκάγαθος· sed pro hoc Hesychius καλός, ἀγαθός exhibet, neque in tanta corruptelae facilitate uno aut altero exemplo res con-

†) Ὁ ἀκρόκωλος apud Pallad. Comm. in Hippocr. L. I. de Fract. p. 285. B. T. VII. Chart. pag. 210. Sect. VI. Foes. atque alios artis medicae auctores non magis quam ἀκρόχειρ, ὀρθόκωλον atque similium rerum vocabula suspicionem recipit. Neque Barkero adjiciam, ἀκρόπους, *si unquam in graeca lingua extiterit*, poetis solis concedendum esse affirmanti, qui quo magis poetae sunt, eo longius ab his officinarum inventis refugiunt, suis et propriis uti non detrectantes.

fici poterit. Verum de *νουνεχόντως* dicturus eram. Quod hyphen, ut Etymologo placuit, apud Isocratem legitur ad Philipp. III. 118. idemque ex Antidosi citat Lex. Coisl. pag. 483. Dion. Cass. LXXVIII. 28. 1336. Liban. Decl. T. IV. 305 et 860. Plato autem disjunxit *εὖ καὶ ἐχόντως νοῦν* de Legg. III. 126. unde admoneor, ut de universo genere aliquid summatim dicam.

Equidem de scriptura et inclinatione hujus generis idem mihi quod de multis aliis persuadeo, Graecos ipsos nihil habuisse certum et definitum, sed ad suum quemque arbitrium modo hoc modo illud praetulisse. *Διόςκορος*, *Νεάπολις*, *Ἱεράπολις* nonnulli junctim scribi voluerunt, propterea quod a parathesi neque paragogum nascatur, neque *τεμενικόν*· quod autem *Νεαπολίτης* et *Διοςκορεῖον* scribatur, hoc argumento esse, vocabula illa synthetis adnumerari debere; contra quam aliis visum erat, v. Etym. M. p. 278, 25. qui locus fons est et caput hujus doctrinae, conf. s. *Μεταμάζιον* et *Σκορακισμός* et latinum *Caesaraugusta*. Cum hoc conjunctum est, quod Apollonius affirmat, *Νέα πόλις*, *ἀγαθὸς δαίμων*, et quae sint his similia, ex utraque parte declinari; contra autem fieri in *Κόρακος πέτρα*, *ὑοςκύαμος* et affinibus, de Synt. L. II. p. 172. Horum alterum, quod corrupto et integro constat, natura sua certum et immutabile est; alterum genus ex duobus integris compositum fluctuat. Multa afferre possum sibi contraria, sed vel unum ex his quodlibet sufficiet. In notissimo senario:

Ἐρημία μεγάλη 'στὶν ἡ μεγάλη πόλις.

Strabo *Μεγαλόπολις* exhibet, Eustathius sic, ut scripsi, quo facilius appareat alliteratio. Itaque nulla ratio erat, cur Holstenius ad Steph. p. 145. *Ἱεράπολις* scribi mallet quam *Ἱερὰ πόλις*. In appositione: *Μεγάλης πόλεως* Aeschin. c. Ctesiph. p. 553. Dem. de Megal. pag. 204. ubi cod. Par. *Μεγαλοπόλεως* habet, Callisth. Athen. X. 75. 156. cf. Du Cang. Gloss. p. 894. *Μεγάλῃ πόλει*

Dem. Fals. Leg. p. 344. Appian. Syr. XIII. 522. Pausan. II. 27. 280. Plutarch. Ser. N. Vind. p. 22. *Μεγάλην πόλιν* Dem. de Megal. p. 203. Paus. IV. 29. VI. 12. VII. 6. VIII. 26. Similiterque *Ἱερᾶς Πύτνης* Steph. Byz. s. *Ὤλερος*, *Νέας πόλεως* Athen. XV. 38. 513. *Νέαν πόλιν* Scylax Peripl. p. 46. Huds. Composita sunt: *Μεγαλοπόλει* Polyb. IV. 25. *Μεγαλόπολιν* Pausan. VIII. 27. Strabo VIII. 5. 317. *Νεαπόλεως* V. 7. 197. 9. 203. XII. 38. 142. quorum omnium summa est in exemplaribus nostris confusio, v. Mazoch. ad Tab. Heracl. pag. 251. Tzschuck. ad Strab. T. III. pag. 317. Neque magis illi exploratum habuisse videntur de iis, quae ex obliquo et recto composita sunt, utrum verbi causa *Φιλιπποόπολις* an *Φιλιππόπολις* scribendum sit, *Πομπηϊούπολις* an *Πομπηϊόπολις*. Quae localia non sunt, necesse est composita ut sint, *οὐρανόπολις*, *Διονυσοκόλακες*, *Ἀλεξανδροκόλακες*, de quibus nunquam dubitatum est.

De paragogis nihil in universum pronunciari potest, nisi hoc, communia synthesin sequi, *μικροπολίτης* †), *νεοπολίτης*, *πρωτοπολίτης*. Topica autem compositionis regula examinanda sunt. Unum enim genus est fluxum et mutabile, eorum quae a nominibus puris inducuntur, quod genus modo ad synthesin modo ad parathesin dirigitur, *Ἱεραπολίτης*, *Νεαπολίτης*, *Ἱεροπολίτης*, *Νεοπολίτης*, cujus discrepantiae multa occurrunt cum in libris tum etiam in nummis et marmoribus vestigia, ut passim adnotarunt Ethnographi commentatores. Alterius generis duplex est partitio; quae cum

---

†) Lexicis adde *μικροπολῖτις ἐκκλησία* Synes. Epist. LVIII. 206. B. *ἡ μικροβασιλεία* Eustath. 1952. (ut *μικροπολιτεία*), quod Lexicographi falso ad adjectivum *μικροβασίλειος* referunt. *Μεγαλοδύναμος* Nicet. Ann. III. 6. 61. Gloss. ad Aesch. Pers. 641. Tzetz. ad Hesiod. p. 41. Heins. *ἐνδύναμος* Anna XIII. 407. B. Eustath. p. 655. *δυναμοῦσθαι* Synes. de Provid. pag. 100. B. Euseb. de Laud. Const. II. 719. ex versione Alexandrina propagatum.

adjectivis componuntur, ad unum omnia syntheta sunt, Μεγαλοπολίτης, quae cum substantivis, liberum est, utramcunque in partem inclines, Ἑρμουπολίτης (Agatharch. M. R. p. 21.), Ἑρμοπολίτης (Strab.), Πομπηϊουπολίτης, Ἱπποκωμήτης.

Expositis his generibus et modis compositionum et appositionum, reliquum est, ut de declinatione dicatur. Nomina urbium propria, tum ea, quae etiamsi propria rerum aliquarum non sunt, tamen iis praecipue tribuuntur, appellativa denique omnia, nominis, quod singulis subjacet, flexum sequuntur, τῆς Θεουπόλεως, τῆς καλλιπόλεως, τῆς μεγαλοπόλεως, quae licet antonomasticorum modo de Roma, Antiochia, Alexandria, Byzantiove usurpentur, tamen nunquam hoc modo dici potest, ἡ Ἀλεξάνδρεια καλλίπολίς ἐστι, quod fieri posse putavit sine dubio Brunckius ap. Pancrat. Epigr. I. p. 191. T. I. ἴδοις, ὦ 'νασσα, τὰ τῆςδε εὔτεκνα (leg. εὖ τέκνα) pro καλὰ τέκνα accipiens, ut nonnulli δυςαίνιγμα et εὐεπιτήδευμα interpretantur. Neque mihi quis forte minus adhuc peritus discernendi proprietatem cujusque generis in medium afferat illa Tragicorum scitamenta, καλλίπαις θεά, εὔπαις γόνος, γείτονες μελάμβροτοι, πούς τυφλόπους, quorum nullum ista ratione dissolvi licet. Similiter illis cadunt adjectiva communia, quum de urbibus, insulis, regionibus usurpantur: αἱ μεγαλοπόλιες Ἀθᾶναι Pind. P. VI. init. quod Scaligero errorem offudit; πόλιες αὐτόνομοι, καὶ αὐτοπόλιες in foedere Thucyd. V. 79. πόλεσιν ἰσοπόλεσιν Appian. Civ. I. 10. 15. Neque aliter Graeci πόλεις νεοπόλεις, ὀρθοπόλεις, νήσους δικαιοπόλεις dixerunt. Personalia autem aut propria aut actum significantia imparibus syllabis declinantur: Ἀγησιπόλιδος, Νικασιπόλιδος, Φιλοπόλιδος Appian. Syr. XL. p. 593. Φιλοπόλιδες Dio Cass. XLVI. 34. 474. ταραξιπόλιδες Philo in Flacc. pag. 968. ἀπόλιδες Isocr. Symmach. XVI. 266. Xenoph. Hell. VI. 5. 1. Joseph. Antt. III. 15. 191. quam eandem regulam, sed non eodem

modo, Etymologus proposuit: τὰ παρὰ τὸ πόλις συντεθέντα ὀνόματα, εἰ μὲν ὦσι θηλυκὰ, τὴν τῶν ἁπλῶν φυλάττουσι κλίσιν, εἰ δὲ ἀρσενικοῦ καὶ θηλυκοῦ μετέχει, διὰ τοῦ δος κλίνεται, φυγοπόλιδος, sub v. Ἑλεπόλεις: cui repugnat οἱ φιλοπόλεις Aesch. Sept. 178. ex alieno petitum, neque cum ἀκροπόλεις, quod Blomfieldius in subsidium vocat, ulla ex parte comparandum. Sed labimur longius. Unum addere libet: Ἰλίου πέρσιδι Pausan. X. 26. 241, sub uno accentu proferri debere; nihil autem referre, utrum apud Athen. XIII. 91. 210. τῆς Ἰλιουπέρσιδος, an, ut Edd. vett. habent, Ἰλιοπέρσιδος scribatur, quae forma Schweighaeusero falso in suspicionem venit, v. Animm. T. VII. p. 512. Sed qui diversos ei accentus dederunt, Ἰλίου πέρσει scripserunt, Harpocr. s. Καθελών. Aristoteles, ut plerisque moris est, πέρσιν Ἰλίου appellat Poet. XIX. 245.

§. IX.

Verba derivata compositorum speciem ementita.

Hinc progredientibus occursant larvae et simulacra compositorum *multa modis volitantia miris*, βουλιμώττω, ἰλλώπτω, ἀπινύσσω, ἀλλοφάσσω, ἀγνώσσω, quae, si fortius institeris, *tenues fugiunt, ceu fumus, in auras.* Ἰλλώπτω, ἐνιλλώπτω, κατιλλώπτω, quae plerique in hoc numero habent, ab adjectivo ἰλλός, ἴλλωψ, derivata sunt, ut a γοργός, γοργώπτω, quod ab Hesychio servatum est s. Γοργώψατο, Ἐγοργώψατο et Ἐγοργοπίασκεν, i. e. γοργόν, φοβερὸν ἔβλεπε. Haud enim erravero, si, ut a νέος νεώσσω, ab ὑγρός ὑγρώσσω, τυφλός τυφλώσσω, ἀλεός ἀλεώσσω, sic ab ἰλλός ἰλλώσσω, hinc ἰλλώπτω deductum dicam; quas terminationes notum est in veteribus dialectis alternari, ὄσσω et ὄπτω, πέσσω et πέπτω Eustath. 1398. 30. λίσσω, λίπτω, κορύσσω, κορύπτω; est etiam ubi cum terminatione in ζω competat, velut αἰχμάζειν ἢ + αἰχμάσσειν Eustath. p. 1292. 18. οἰμάζω et

verbali specie induere cuperet, hic aut stirpitus propagare verbum ἀνδραφάσσω, aut per traducem poterat: ἀνδραπτάζω, cujus simulacrum est χειραπτάζω Herodoteum, in alia forma + χειραπτέω, χειραπτήσας Phot. Bibl. 88. 209. unde χνοῦς ἀχειράπτητος apud Jamblichum, quod immerito quibusdam in suspicionem venit. Sic etiam praeter paragogum σκαρδαμύσσω denominative σκαρδαμυκτῶ dicitur, ut ἰλλώπτω et ἰλλωπῶ, ἀμβλυώσσω et ἀμβλυωπῶ. Transeatur ad aliud genus.

§. X.

Adjectiva participiis assimilata.

Ἀγνώσσασκε si qui adhuc sunt, qui ab ἀγνόω derivandum putent, illud certe cavebunt, ne ionicum ἀλλογνῶσαι aut adjectivum ἀλλογνώς †), ut a futuro ductum, ad hanc causam adsumant, quorum alterum quorsum pertineat, constare video, de adjectivis istius modi paullo accuratius dispiciendum est, ne quid impedimenti nobis objiciant. Habent enim nonnulla eam speciem, quam omnino graecis vocabulis inesse noluimus, ἀγχιβλώς, ἀνδροκλάς, quod erunt qui cum ἀποκλάς componendum ducant, βαρίβας, τυροβλείς Etym. s. Βλείς. Huic Sylburgius subvenit, τύρῳ (f. δουρί) βλείς corrigens; neque credibile est, Grammaticum insolentiam compositae formae silentio praetermissurum fuisse. Alterius curationem praestat Blomfieldius ad Pers. 160. „*Lex. SGerm.* „*Βᾶρις — Σοφοκλῆς βαρίβαν λέγει τὸν ναύτην.* „*Brunckius corrigit βαρίδαν. Schaefero ad Greg.* „*p. 522. unice verum videtur βαρίβαν. Mirum, cum*

---

†) Empedocl. Sturzii v. 194. *σαρκῶν ἀλλογνῶτι περιστέλλουσα χιτῶνι.* ille *vestem corporis alius* interpretatur. Id quomodo ἀλλογνὼς significare possit, si Sturzius intellexit, bene est; ego non intelligo. Fortasse ἀλλογνής scribendum, ut Ἰγνής et ἑτερογνής Etym. 435, 52. vel certe in hanc sententiam accipiendum est.

„*ipse meminerit vulgaris* ναυβάτης. *Certissime* „*corrigo* βαριβάταν. *Lepidus est Bastius, qui* βα-„ρίβαν *per metaplasmum dictum esse putat pro* βα-„ρίβαντα." Si quid est in hac re lepidum, id totum, quantum est, in Blomfieldio residet, qui si argumenta proferre adigeretur, neque Bastii sententiam refellere neque suam probare posset. Βαρίβας suspicionis absolvit simillimum νυμφόβας, cui + μονόβας, i. e. μονοβάτης, et fortasse etiam μουκηρόβας et + κακόβας ex eodem Hesychio adjungi possunt. Nam χιονόβας plane intestatum est. Sed pro illo Schweighaeuserus ad Athen. Animm. T. I. p. 561. μουκηροβάτας (καρυοκατάκτης) idemque nomen apud Athenaeum pro μουκηρόβατος substituit; mihi μουκηροβάκτας scribendum videtur. Hesychius: Βάξον (βᾶξον), κατᾶξον· Λάκωνες. Alterum: Κακόβας, ἐπὶ κακῷ ἡβῶν, vereor ne in hunc modum scribi debeat: Κακοβλαστής, recepta syllaba finali insertaque ea litera, quae cum alpha summam similitudinem habet. Restat ὀρείβας, quod ut in Lexica reciperetur, Ruhnkenii auctoritate effectum est, qui quum Hesychii glossam: Νιβάδες, αἱ τοὺς λόφους ἔχουσαι αἶγες, ex κρημνιβάδες truncatam esse conjecisset Ep. Cr. II. p. 154., huic neque probabili neque, ut mihi videtur, necessariae emendationi speciem conciliare annisus, alio loco Ὀρειβάδες *capellas* exponi affirmavit, tacite sic vulgatum ὀρυβάδες corrigens. Quae si vera est conjectura, ne ὀρειβάς quidem cum hoc genere, quod quaerimus, quidquam commune habet, sed cum χοροστάς, λυκοσπάς et similibus congregandum est. Ita duo relinquuntur vocabula, quae ad hunc locum pertinent, κιλλίβας et ὀκρίβας, quorum ad similitudinem, ut videtur, Bastius etiam βαρίβαντα dirigendum putavit, qui si λυκάβαν Epigr. Ἀδεσπ. CXCIV. 8. et πολύτλαν Antisthen. Αἰγ. Ὀδυσσ. p. 63. T. VIII. Manetho V. 268. similis metaplasmi exempla ferret, refelli a Blomfieldio non posset. Necessariam esse hanc emendationem ne ipse quidem credi-

derim. Nam ejusmodi glossematica et solitaria vocabula, quum nihil habeant, ad quod exigi possint, coeco errore tum huc tum illuc vagantur, et praeterea terminatio $\overline{\alpha\varsigma}$ cum summa licentia ex una in alteram declinationem transilit; de quo in alia operis parte plura diximus.

Occurrat quispiam, sermonem graecum abundare ejusmodi nominibus, ex secunda perfecti passivi persona traductis, ἀλίκρας, μελισσόκρας, ἄκμης, ἰθύτμης etc. †) Haec igitur, quorum syllaba verbalis aut natura aut positione longa est, longe lateque diffusa sunt et omnigenis e principiis oriuntur. Ad primam classem barytonorum pertinent v. c. πελεθόβαψ (Hesych.), χοιρόθλιψ, πεδότριψ, παιδότριψ. Φαρμακότριψ auctoritate caret, neque recte accusativum φαρμακοτριβάς ap. Poll. VII. 179. huc referunt; aut φαρμακοτρίβης dicitur Aelian. H. An. IX. 62. aut φαρμακοτρίπτης, quod in Demosthene adgnoscit Lexicon Rhetoricum Bekk. p. 314. Secundae declinationis sunt νεόθηξ, πρόςφυξ, κναμότρωξ. Tertiae exempla non extant. Eo foecundior quartus est ordo: διάσφαξ, κρυσταλλόπηξ, κατάπηξ (Etym. Βέρεθρος ὁ πηλώδης τόπος καὶ κατάπηγας ποιῶν τοὺς ἀνθρώπους), ὀνειρόπληξ, Lexicis omissum, Philo de Joseph. p. 528. A. pro quo idem de Vit. Mos. p. 643. E. ὀνείρασι πληχθείς, de Jos. p. 541. A. φαντασίᾳ πληχθῆναι. Philostr. V. Apoll. IV. 57. 178. ὑπὸ ὀνειράτων ἐκπεπλῆχθαι· quod et Euripidi redhibendum judico Helen. 1206. ὀνείροις

---

†) Aristarchi auctoritatem sequor, v. Schol. Ven. ad Catal. 262. Ἀπόῤῥωξ Ἀρίσταρχος ὀξυτόνως (leg. παροξυτ.), ὡς θυλακότρωξ, καὶ ἡ σύνθεσις τοῦτο ἀπαιτεῖ, ὅ τι ἂν σημαίνῃ, εἴτε πάθος, εἴτε ἐνέργειαν, posthabita recentiorum Grammaticorum subtilitate, suo utrumque genus accentu distinguentium, v. Bast. Epimetr. I. p. XXXI. Jungermann. ad Poll. II. 24. Schweighaeus. Animm. ad Athen. T. VI. 542. In aliis, de quibus Grammatici certant, inconstantiae inveteratae vestigia reliqui.

ἐννύχοις πεπληγμένη pro πεπεισμένη. †) Πεμπτόκλιτα eandem ob causam, qua futuro primo carent, etiam huic inclinamento renunciare coguntur; unum ἐργότρυς, extrusa litera insociabili, aditum sibi ad hoc genus patefecit. Omnium autem feracissima sunt verba primitiva pura, futurum et perfectum circumflexorum imitantia: ἄβλης, ἄδμης, λιμόθνης, ἰθύτμης, ἀμφίτρης, σιδηρόκμης, ἄγνως, quod ab ἀγνῶμι nescio quo repetunt, ἀνδρόβρως, ἄπτως, φυλλόστρως, quibus etiam λινόκλως accensendum, quod Ionem Athen. X. 74. 155. pro λινουλκος χλαῖνα scripsisse puto. Ad rem pertinet scire, in his compositis neque δύς neque εὖ reperiri, deinde non facile superdisyllaba verba huc ingredi: ἐργότρυς, βαλλώρυξ, πολύπτωξ, βάσταξ et νεκροβάσταξ, αἰγοδίωξ. et † θηροδίωξ Etym. M. pag. 451. 25. In accentu horum vocabulorum (quem vix attigit C. Wagner de Acc. Graec. p. 99.) notum est quantum librarii sibi indulgeant; neque leviter veteres Grammatici a se dissident. Athenaeus quidem IX. 76. 516., ut notiora praeteream, in universum verbalia composita, in ψ desinentia, gravari docet, αἰγίλιψ, οἰκότριψ, βοόκλεψ, quae a perfectis τέτριμμαι, κέκλεμμαι derivat; ubi MS. et Vett. Edd. κέκλαμμαι (quod ante Brunckium Aristoph. Vesp. 57. legebatur et Const. Lascarin sponsorem habet Gramm. ϛ. 6.) et βοΐκλεψ exhibent; vulgatas lectiones Grammaticus Hermanni p. 321. sequitur. Secundum hanc regulam apud Phrynichum App. p. 11., qui haec: ἄτριψ, πορνότριψ; ἅρπαξ, κλέψ, ἐπίτεξ, a futuris ††) arcessivit,

---

†) Lexicis accedant φαλαγγιόπληκτος Galen. de Comp. Med. p. Locc. VII. 3. 543. E. et σκορπιόπληκτος Dioscor. I. 5. 6. a. 15. a. quae si quis propter similitudinem synonymorum φαλαγγιόδηκτος, σκορπιόδηκτος intuta esse credat, recordatus forte, Valckenarium Eur. Hipp. 1303. pro δηχθεῖσα κέντροις non sine aliqua ratione πληγεῖσα substituisse, is pro ὀφιόδηκτος etiam ὑπὸ ὄφεως πεπληγώς Proverb. XXIII. 32. dici meminerit.

††) Apollonius si ἀποτμήγει σκεπεῖ scripsit Argon. II. 581., non

+ βούκλεψ scribitur (ut + βουκλόπος Porphyr. A. N. p. 119. Barn.). Diversum suadet Choeroboscus ap. Etym. et Suid. s. Ἀβλής, haec omnia, quae servent unam perfecti passivi syllabam, acui jubens.

Simplicia, quae ex hoc genere occurrunt, non difficilis observationis sunt, communemque habent cum prioribus literae ῶ appetentiam: θώψ, κλώψ, σκώψ, πτώξ, παράβλωψ. Κλώψ falso perhibetur e κλοπός contractum; hinc derivatum κλώπιμος bis in Rheso Pseudeuripideo pro κλεπτικός cod. Florent. praebet v. 206. cujus in locum κλωπικός (ut θωπικός) Plat. Cratyl. 407. E. subrogandum videtur; κλόπιμος enim Graecos dixisse arbitror, non κλώπιμος. Σκώπευμα communiter Athenaeus, Hesychius, Photius scribunt; metro id contrarium esse nescio qua ratione affirment Schneiderus et Albertius; σκόπευμα si qui dixerunt, certe ei eundem sensum subjecerunt, quo σκόπευσις venit et σκοπευτής, omissa Lexicis, Aquil. Os. V. 1. Esai. LVI. 10. Pro σκωπτόλης, ut id quoque strictim tangam, nonnunquam σκωπτώλης subrepsit, ut apud Suidan s. Εὐθύδημος et Dionem Cass. XLVI. 18. 461. LXXVII. 11. 1296. in Varr. Lectt., quo vitio etiam πειώλης affectum puto apud Suid. et Etym., quod compositum esse, ut ἐξώλης, πανώλης, non persuadent Grammatici; est enim (nisi potius πεώδης scribendum) e numero paragogorum, ut μαινόλης, οἰφόλης, ὀζόλης, ὀπυέλης, v. Porson. ad Schol. Harlej. Δ. 792., κορυπτόλης, quod Salmasius in pravum vertit, φαινολίς, Μισγόλας, Ἀργόλας, Φειδόλας, Πυθόλης. Litera longa adjectivis propria est: φειδωλός, κηδωλός, ψευδωλός, a Plauto licenter correptum (ut Phaedromus), et substantivis femininis: ἁμαρτωλή, μεμφωλή,

---

ἀποτμῆτι, quod et ipsum exemplo caret, sed geminum habet ἰθυτμῆτας σπήλιγγας Nonn. Dion. II. v. 457. V. p. 156. 16., non aliter sensisse videtur. Priscam declinationis latinae formam ostentant: *auceps, obex, cruminisex., vestispex, libripens, aurifex, aquilex, nefrens.*

τερπωλή, θερμωλή, εὐχωλή, et, quae ἀντιστοιχίας lege in contrarium deflexa sunt, ἐλπωρή, θαλπωρή. †) Sed quis erit modus, si proxima quaeque arripere et per partes omnia scrutari velim. Unum addo: in gripho inficeto Athen. X. 71. 150.

Ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς τετρημένον ὀξὺ διάτρες.

adjectivum διάτρες s. διατρὶς nullo modo ferri posse, quum vocabula ejusmodi neutram positionem nunquam accipiant, et si id a poeta significatum sit, quod Casaubonus vocabulo monstruoso διαμπρὶς expressit, promtissimum esse διαπρό corrigere, cujus vestigia in codd. apparent, summo consensu διάτρωτον exhibentibus.

§. XI.

Πλοΐζω, πλόϊμος et πλωΐζω, πλώϊμος.

Quoniam rursus nobis verborum ab ε in ο traductorum mentio illata est, etiam de derivatorum secundariorum inconstantia aliquid dicendum videtur. A πλέω, πλόος, est πλοΐζω, in media potissimum forma usitatum: Diod. III. 55. Polyb. III. 28. Strab. III. 2. 574. Themist. Or. XXVI. 331. A. Heliod. IX. 5. Artemid. II. 56. + διαπλοΐζεσθαι Anna Comn. IV. 103. A. VI. 180. D. XV. 464. C. quo loco τὸ τῆς θαλάσσης ἄπλωτον pro ἄπλετον scribendum est. Id quum aures non satis complere videretur, vocalis principalis productio in proclivi erat: πλωΐζω Hesiod. Opp. 634. Thucyd. I. 15. ubi plures codd. activam formam retinent, Lucian. Vit. Auct. 26. 115. Arrian. Euxin. p. 134. Diod. III. 30. 301. Artemid. II. 57. 214. ubi Aldus πλοΐζ. edidit, διαπλωΐζεσθαι Nicet. Ann. III. 7. 63. XVII. 6. 342. Anna Comn. X. 289. C. XII. 371. D. Eustath. p. 941. Grammatici

---

†) Hoc pro illo librarii scripsisse videntur in Tryphiod. v. 128.
Ἡμῖν δ' ἐλπωραὶ προφερέστεραι ἤπερ ἐκείνοις.
Vulgo ἡμῖν θαλπωραί. Eidem v. 198. γλαφυροῖο διὰ δρυόχοιο (de equo durateo) pro ξυλόχοιο reddidimus.

nos in sicco destituunt, utramque scripturam cum nulla alterius utrius aut elatione aut submissione commemorantes. Sed Attici tamen, quum ληΐζεσθαι, Νηρηΐς et similia probaverunt, voluntatis suae veluti quandam praerogativam dedisse videntur. Idque confirmat etiam adjectivi usus. Πλώϊμος dixerunt enim Thucydides (a quo Philo Leg. ad Caj. 944. suum illud ἔτι πλωΐμων ὄντων abstulit), τριήρεις πλώϊμοι Aeschin. Fals. Leg. p. 537. Decretum atticum ap. Plutarch. Vitt. Oratt. III. 278. T. XII. Pausan. X. 20. 217. πλώϊμος θάλασσα Theophr. Char. III. Plutarch. Syll. XX. 211. T. III. Philostr. Apoll. II. 18. 69. Dio Cass. XL. 1. 227. Maxim. Tyr. VIII. 156. Themist. Or. XXVI. 316. B. Sed idem Plutarchus V. Pompej. LXXVIII. 241. T. IV. βάθος οὐ πλόϊμον, Symp. V. Quae. III. 1. 209. ξύλα πλόϊμα. Themistius VI. 85. C. ἀγορὰ τῆς πλοΐμου καὶ πορευσίμης· cui in Or. X. 137. A. τενάγους κόλπον οὔτε ναυσὶν ὄντα πλωτὸν οὔτε βατὸν πορεύσιμον pro βατὸν restituendum videtur βάδην †). Gregor. Naz. Or. V. p. 152. C. λελυμένης τῆς νηὸς καὶ οὐ πλοΐμως ἐχούσης, ubi codd. regii οὐκ εὐπλοΐμως dant, alibi non lectum. Si qua est igitur lectionum discrepantia, Atticis utique prior scriptura adserenda videtur, ut Demosth. c. Dionys. pag. 1290. et 1294.; de recentioribus, ut Agatharchide p. 44., micandum erit. Eadem inconstantia est πλοάς et πλωάς, quorum illud pluribus Theophrasti locis, Hist. Pl. IV. 11. 453. 454. 12. 468. 13. 486., hoc poetarum numeris et Grammaticorum auctoritate nititur et ab Ernestio quo-

†) Ne quis aut hoc in supervacuum adjectum, aut eo assumto πορεύσιμον scribendum fuisse existimet, Platonem advoco πέλαγος πορεύσιμον dicentem Tim. p. 296. T. IX. Et vicissim πλοῦς de itinere terrestri. Photius: Πλωΐζεται, πορεύεται· πλοῦς γὰρ καὶ ἡ ὁδός· de quo usu, Atticis non intractato, admonuit Scholiastes ad Nicand. Ther. 295. quem non inspectum temere corrupit Brunckius ad Aristoph. Γηρ. Fragm. XII.

que ad Hom. Epigr. IX. Hesychio restitutum est. Cur autem Attici πλωίζω quam πλοΐζω dicere maluerint, etiam haec generalior ratio afferri potest, quod illi, si sine graviore detrimento fieri posset, concursum literarum ο et ι declinasse reperiuntur. Nam ἀθροΐζω, χροΐζω, σοΐζω (v. Valcken. Ep. ad Roever. p. 68.), καταπροΐξεται, διπλοΐζω (Hesych. διπλοίζω Aesch. Agam. 844. Eum. 1017. ubi Stanlejus formae inornatiori διπλάζειν velificatur) nunquam in urbem recepta sunt. Quaeritur, an φλοΐζω Theophr. H. Pl. III. 16. V. 5. περιφλοΐζω IX. 5. Dioscor. I. 18. 14. b. attice scribatur; + ῥοΐζομαι Strabo XIV. p. 990. ἐκχοΐζω (χοϊκός) omnino antiqua non videntur. Sed ἁπλοΐζομαι (Xenoph. Dio Cass. 67. 7.), cujus haec terminatio non paragogae complementum (ut in ἀθροίζω, σῴζω), sed certi generis nota est (ut in ἀνδρίζομαι, γυναικίζομαι), ob hanc causam arbitror vocalem significativam incolumem servasse. Quo exemplo admonemur, ne in exaequandis Atticorum scriptis versuram faciamus, atque hinc tantum deteramus, quantum illuc accreverit. Sed mihi locum signare satis fuit.

§. XII.

Δυςθνήσκω. Σταδιοτρέχω.

Imminent hinc iterque praecludunt duo desperatissima verba, sive potius verborum monstra, quibus ne Scaliger quidem et Schaeferus manum conserere ausi sunt: δυςθνήσκειν et σταδιοτρέχειν, ab eodem Euripide, invita Prosa et Postvorta, in lucem edita. Horum prius duplici, quo saevius nos affligat, praesidio firmatum et plane irremediabile est. Affert tamen hoc aliquid solatii, quod utroque loco participium obtinet, δυςθνῆσκον et δυςθνήσκοντος, quod genus vocabulorum ad nomina inclinat, eoque liberiorem habet articulationem. Neque facile erat, aliud ejusdem sententiae et mensurae verbum producere. Quod si antiquitus insitum, ususque diuturnitate consecratum esset, non jam barbarum illud diceremus, sed abnorme; qualia multa,

a primo veluti satu in pravum detorta, una cum seculis aetatibusque hominum inveterarunt. Nunc, quia jam perfecto et concluso opere sese per vim intrusit, vitiosum et est et habetur.

Alterum erat σταδιοδραμοῦμαι, quod Schneiderus ad σταδιοδρέμω refert, Schaeferus (ad Soph. Antig. v. 58.) ad σταδιοτρέχω. †) Hermannus (Herc. F. 859.) nescire se professus, quo auctore, quave analogia hoc defendi possit, *fortasse*, inquit, *sic scribendum:* οἶ' ἐγὼ στάδια δραμοῦμαι στέρνον εἰς Ἡρακλέους. Mihi idem fere in mentem venerat, οἶ' ἐγὼ στάδιον δραμοῦμαι, cui similem medicinam adhibebam Orpheo Argon. 317. pro vitioso ζωοταμών ζῶα ταμών corrigens, ut ζῶα γράφειν dicitur pro ζωγραφεῖν, ὠμὰ δάσασθαι pro ὠμοφαγεῖν, et ζώγρια λαβεῖν pro ζωγρεῖν. Alia quaestio est, an Graeci σταδιοδραμεῖν dixerint. Legimus sane + αἰθεροδραμεῖν Niceph. Greg. IV. 2. 49. A. ἁρματοδραμεῖν Apollod. III. 5. 5. ††) οὐριοδραμεῖν Anna Comn. III. 82. D. Haeccine igitur corrigemus omnia? Dura conditio, nobis praesertim, qui a testata lectione discedere verecundamur; sed difficile est detrectare; nam nec κωλῳδαμεῖν, σκιατραφεῖν, μοιρολαχεῖν Hesych. (μοιρολογχεῖν, v. Valcken. ad Herodo. VII. p. 555.) ullam habent cum hoc similitudinem, nec video aliud ad quod adniti possit adminiculum. Accedit quod literae ᾰ et ŏ tum in aliis vocabulis tum in hoc ipso genere creberrime confusae sunt, ut in Pind. IV. 119. Aldus ἱπποδραμία invexit, ἱστιοδραμεῖν cod. Mut. praebet Diod. III. 27. οὐριοδραμεῖν cod. Ciz. Jamblich. V. P. XXVIII. 286. p. 286. κυνοδραμεῖν MS. Poll. V. 65. et 78. quae et his et aliis in locis recte et ex ordine scribuntur ἱστιοδρομεῖν Hipp. Ep. p. 19. Hesych. et Phot. s. Ἱστιοποιεῖν, οὐριοδρομεῖν Diod. III. 35. Sext. c. Ph. I. 643. Diog. La. I. 116. + αἰθεροδρομεῖν Niceph. Schol. in Synes. p. 393. B. + βυθοδρομεῖν Id. Hist. X. 6.

[†) Cf. Append. ad Aristoph. Plut. p. 512. sq. *G. H. S.*]

[††) Cf. not. ad Schol. Apollon. Rh. p. 113. *G. H. S.*]

503. B. + ὀπισθοδρομεῖν VIII. 13. 228. + παλινδρόμησις Eustath. p. 245. In Jamblich. V. P. X. 51. 104. ἀδύνατον ἐκ φαύλης ἀφορμῆς ἐπὶ τὸ τέλος εὐδραμεῖν, Schneiderus εὐδρομεῖν reponit, quo Plut. V. Philop. XVIII. 462. Gregor. Naz. Or. II. 26. C. Schol. Thucyd. III. 42. 461. utuntur; sed leviore pretio pristinam lectionem εὖ δραμεῖν redimere licebit. Σταδιοδρομεῖν Plut. de Aud. Poet. IX. 107. Niceph. Greg. XV. 5. 478. Schol. Arist. Vesp. 546. Cur igitur Euripides non σταδιοδρομήσω dixit? Nescio. Ad σταδιοδραμοῦμαι eum duxit fallax similitudo futuri δραμοῦμαι, obscure in animo signata, quam si evolvere coepisset, fieri non poterat, quin extemplo, in quos se laqueos induisset, animadverteret. Nam ut σταδιοτρέχω probaret, difficile factu erat. Ergo hoc quoque exemplo elucet vis illa similitudinis, quam analogiam vocamus, quae tacitis vestigiis nos insequitur, et cautos attentosque incredibili rerum copia et varietate circumfluit, incogitantes autem sensim ad devia ducit, alias atque alias species objiciens, similes, dissimiles, denique etiam repugnantes. Nam, ut nulla est tam perfecta imaginis similitudo, quae non aliqua ex parte ad propositum exemplar deficiat, et ut stilus quoque, praeformatos ductus sequens, levi quamlibet momento praescriptum egreditur, ita in infinita illa verborum a verbis propagatione saepe sine manifesto intellectu in aliena vestigia incurritur, ubi vel orbita nondum satis fuerit impressa, vel inciderint quaedam praeformatis ita similia, ut parum diligenter intuentes facile fallant.

Priusquam vero ab hoc loco discedam, substantivi congeneris mutabilitatem ante oculos ponam. A δρέμω Abreschius Animm. ad Aesch. p. 187. δράμημα Pers. 247., a δρομέω δρόμημα Eur. Med. 1180. derivat. Morosior judex, Blomfieldius ad Pers. 252. et Addend. pag. 199. δράμημα analogiae repugnare affirmat et tum hoc loco tum apud Herodotum δρόμημα reponit. Ludus est hoc facere; neque aut Sophocles Oed. T. 193. aut Ion

Athen. XI. 54. 252. acrius urgenti diu obluctabuntur. Largiamur etiam, fieri posse, ut Pollux VI. 183. δρόμημα, non δράμημα, scripserit. Dummodo existat aliquis, qui nos edoceat, quare alterum analogiae respondere dicatur, alterum repugnare. Sed nemo docebit. Caussam pro me dicant veteres magistri: Etym. M. 516. 45. Ἔδραμον ἀπὸ τοῦ δρέμω ἐστίν, ἐξ οὗ δρόμος. ὁ δὲ Ἡρωδιανός φησιν, ὅτι δύναται εἶναι ἀπὸ τοῦ δραμῶ, ἐξ οὗ καὶ τὸ παρὰ Μενάνδρῳ δεδράμηκα (Philemonem testem facit Antiatt. Bekk. p. 88.) καὶ ῥηματικὸν ὄνομα, δράμημα. Ergo Herodiani haec sententia fuit, non ex plebe Schedographorum, sed primariae dignitatis Grammatici, qui et ea aetate vixit, qua haec ars consummata est, et in ipsa arte cum Phrynicho et cum patre Apollonio principatum obtinuit. Δρόμημα autem neque plures aut graviores testes habet: Eur. Troad. 688. Bacch. 870. Aristot. Hist. An. X. 51. 479. Epigr. in Statt. Aurig. LIII. Hesych. s. Πελέθρισμα et Πλέθρισμα (quo loco Photius δράμημα exhibet), neque eo nomine praeferri potest, quod a verbo noto et usitato ortum habeat; nam δρέμω ipsum non publici saporis fuisse, jure mihi sumere videor.

§. XIII.

Sylva verborum cacosynthetorum per saturam exhibita.

Postquam gravissimam operis nostri partem absolvimus, nunc, veluti messe condita, sub umbra doctrinae nostrae spatiabimur, et si quod solivagum deviumque verbum in conspectum venerit, protinus illud severis vinciemus legibus.

Συνευπάσχω non ita pridem Lexigraphi nostri susceperunt, ductum, ut arbitror, e Demosth. Cherson. p. 105. μὴ συνευπεπονθότων τῶν — μὴ συνευπεπονθότος τοῦ πλήθους, sic repetitum in Philipp. IV. 149. ut Reiskius e compluribus codd. edidit pro μηδὲν εὐπεπονθό-

τος. Id quomodo corrigendum sit, in aperto est. Plato Gorg. p. 520. E. εὖ ποιήσας ταύτην τὴν εὐεργεσίαν ἀντ' εὖ πείσεται· quod cur Heindorfius p. 255. in ἀντευπ. demutaverit, nihil rationis dici potest. †) Aristid. T II. p. 404. ἐξ αὐτῶν τὸ ἀντ' εὖ πείσεσθαι προςδοκᾷν ἐστι· male Normannus copulatis vocibus ἀντευπ. Thucydidis locus III. 13. μὴ σὺν κακῶς αὐτοὺς ποιεῖν, ἀλλὰ συνελευθεροῦν, emendatorum manibus elapsus est. Jamblich. V. Pyth. XXXIII. 468. μή τί γε καὶ πρὸς εὖ παθεῖν, unde Schneiderus verbum προςευπαθεῖν sumsit, ab illo loco alienissimum. Sed hoc vix debellato monstro ecce aliud instat e tenebris mediae Graecitatis emersum, ἐνευπάσχω, quod idem e Nicet. Ann. L. XXI. 6. excitavit. Id neque hoc loco scriptum invenitur, neque, ut mea memoria est, usquam alibi, multumque vereor, ne ἐνευπαθεῖν, quod in L. II. 6. sive L. I. Manuel. Comn. c. 6. p. 46. A. Paris. legitur, ad ἐνευπάσχω retulerit, operae autem in numeris scribendis aberraverint. Lexicis adde ἀπαθεῖν Marin. V. Procl. 21. 17. ἰδιοπαθεῖν (aegre ferre) Basil. Ep. 286. p. 277. B. quod et Socrati Hist. Eccl. II. 18. 97. restituit Valesius, δευτεροπαθεῖν, δευτεροπάθεια et ὑστεροπαθεῖν, quae confertim posuit Galenus de Locc. Affect. I. 5. 388. C. T. VII. ὑβριοπαθεῖν Niceph. Greg. II. 7. 27. Anna Comn. 402. B. Eustath. 1227. 44. βαρυπαθής Euseb. H. Eccl. X. 4. 467. et ἀποπάσχειν, vocabulum stoicae sectae proprium, Arrian. Epict. I. 28. 145.

Δυςαρέσκω. Hesychius: Δυςαρεσκόμενοι, μὴ ἀρέσκοντες, Δυςαρεσκομένην, ἀπαρεσκομένην. Ecquisnam fuit, qui vocabulum vulgaris et quotidiani usus graece dicere nesciret aut sciens negligeret? Nullus, credo. Sed huic verbo fatale fuit, ut inter librariorum manus flaccesceret. Hesychius: Θεορτάρτεσοι, θεὸν τέρποντες· una litera abjecta, ceteris transpositis, emerget θεοάρεστοι, ut alio loco ex ἀελίσποντες ἀελπιστοῦντες. Aliud nobis hu-

[†) Cf. Meletem. p. 68. *G. H. S.*]

jus transpositionis exemplum occurrit in oraculo delphico Paus. IV. 12. 497.

Φράζεο μὴ Σπάρτης δόλιος λόχος ἐχθρὸς ἀνέλθῃ
(Κρείσσων δὴ γὰρ Ἄρης κείνων) εὐήρεα τείχη·
καί τ' ὀχυρὸν στεφάνωμα πικροὺς οἰκήτορας ἕξει
τῶν δύο συντυχίαις κρυπτοῦ λόχου ἐξαναδύντων.

In his v. 2. *δή* pro *εἰ* et *τείχη* pro *τεύχη*, deinde fidentius *καί τ' ὀχυρόν* pro *καί τε χορῶν* scripsimus. Sequuntur jam verba corruptissima:

Οὐ πρόσθεν δὲ τέλος τόδ' ἐπάψεται ἱερὸν ἦμαρ,
πρὶν τὰ παρ' ἄλλᾳ φύσιν τόξαν χρέων ἀφίκηται.

Postrema monstrosi nominis *τόξαν* syllaba cum *ἄλλᾳ* consocianda est addita finali: *πρὶν τὰ παραλλάξαντα φύσιν τὸ χρέων ἀφίκηται*, *priusquam quae a natura desciverunt, in debitum ordinem restituta fuerint*, *ἐς τὸ χρέων αὖθις ἐλθόντα*, ut ipse loquitur Pausanias hanc rem explicans c. 13. 501. Illuc redeo. *Εὐάρεσκος* Schneiderus e Xenoph. Memm. III. 6. 5. *δυςάρεσκος*, uno Diphili exemplo firmatum, Porsonus sustulit Advers. p. 315. Neque probari possunt. Sed quod *ἀνθρωπάρεσκος* sub eandem regulam subjecerim, recte me corripuit L. Struvius in Observv. Phil. P. XIII. plura et nominis et verbi exempla producens. Ejusdem generis sunt *αὐταρεσκος* Apoll. de Conjunct. p. 504. Anecd. Bekk. p. 462. Nicet. Ann. L. III. 3. 54. B. Hesych. s. *Αὐθέκαστος*, et *ὀχλοαρέσκης*, in quibus non simplicis actionis, quae in *δυςάρεστος* et *εὐάρεστος* notatur, sed studii et habitus significatio inest, cui declarandae verbum *ἀρεσκεύομαι* inservit. Nihil autem impedit, quo minus is, qui hominibus probatur, *ἀνθρωπάρεστος* appelletur, ut, qui deo placet, *θεάρεστος* Eustrat. in I. Nicom. p. 9. b. Theophylact. Institt. Reg. I. 13. 200. E. in quem puto nunquam nomen *θεάρεσκος* conferri posse. Apud Hesychium quod prope sequitur: *Δυςαρεεῖ* (sic), *δυςφροντίστῳ*· mutandum videtur in *Δυςωρεῖ*, *δυςφροντιστεῖ*. Sponso-

rem dabo Photium: Ἐνωριάζειν, ἀφροντιστεῖν. Ἀφροντιστεῖν Atticis familiare est, Plato Legg. XI. 131. T. IX. v. Pierson. ad Moer. p. 85. Sed quid illud est, quod plus semel apud Grammaticos legimus, ἀφροντίζειν? Suidas: Ἀλογῆσαι, ἀφροντίσαι — tum correctius: οὐ φροντίσαι. Hesychius: Ἀποκηδήσαντες, ἀφροντίσαντες. Etym. M. s. Ἀπότριχες: ἀκηδήσαντα καὶ ἀφροντικότα, ubi notandus augmenti error. In Hesychio ἀφροντιστήσαντες rescripsit Bruno, idemque ceteris redhibendum est locis, quos librariorum festinatio corrupit, syllabas contrahentium; velut Polyb. IX. 16. pro ἀφροντιστητέον, quod nunc Scaligeri jussu receptum est, codices ad unum omnes ἀφροντιστέον exhibent, et in eodem Hesychio s. Ἀκήδεσεν liber Sorberii ἠφρόντισεν offert. Haec igitur non magnopere nobis incommodant. Ἀνάρμενος, θυμάρμενος (ἐπάρμενος) adjectiva sunt, quae prisca vetustas participiis assimilavit, ut ἀγακλύμενος, καλινόρμενος, + νεοφθίμενος Nonn. XXV. 269. XXVI. 48. Ἐναρμόζειν apud Suid. v. Ἀρήρει, Metaphr. Hom. Villois. Il. III. 516. et Mech. Vett., unde Schneiderus citaverat, sectura sanandum; Aristophani exemit Brunckius Lys. 415. Apud Hesychium Ἡρμαλώσατο, συνέλαβειν, Ἡρμανίζετο, οὐκ ἦν ἁρμόζον· illud fortasse ad ἁρπαλίζω, hoc ad ἁρμονίζω referendum, praeposita particula negativa, quam Glossographi saepe omittunt, οὐχ ἡρμονίζετο, omnia certe prius experiunda sunt, quam aut ἀναρμόζειν recipiatur, quod Albertio, aut ἀναρθμίζειν, quod Ruhnkenio in mentem venerat. Μεσεμβληθεὶς Jamblich. V. Pyth. XXVI. 260. eodem vitio laborat, quo κεραυνοβληθεὶς, a Schaefero notatum in Ind. Greg. p. 997., et ἀρτηριοτμηθεὶς Galen. de Locc. Affect. III. 12. 446. T. VII. Manifestum iter ostendunt μεσεμβολεῖν Nicom. Ger. Arithm. I. 29. quod cum μεσεμβόλημα Niceph. Schol. in Synes. p. 477. D. Lexicis adjiciendum, φλεβοτομεῖν, γλωσσοτομεῖν etc. Δακτυλοδεικνύμενος διῆγε Sopater Διαιρ. Ζητημ. p. 386. cui proximum est δακτυλοδεικνεῖν,

quod in Demosth. c. Aristog. p. 790. plures codd. pro δακτυλοδεικτεῖν exhibent, ut lex et usus praescribit: Philo in Flacc. p. 987. D. Diod. XIII. 103. Dion. Hal. Τέχν. VII. 4. Dio Cass. LXI. 17. 997. Liban. Decl. T. IV. pag. 794. Schol. Ven. X. 38. Symmach. Prov. VI. 13. Hesych. s. Ἐδακτύλιζον, quo carent Lexica. In Aeschyli versibus, quos Schneiderus affert, pro δακτυλόδεικτον legendum est δακτυλότευκτον, ut χειρότευκτον. Eodem modo aberrarunt librarii in Euseb. H. Eccl. IV. 11. 154. λαθροδιδάσκειν scribentes in tribus codd. pro λαθροδιδασκαλεῖν, ut ἑτεροδιδασκαλεῖν, κακοδιδασκαλεῖν etc. Multa ejusmodi veterum Lexicorum scruta nuper abjecit Schneiderus, vir de nostris literis meritissimus, et mox abjiciet plura: Ἀγνωρίζω, ἀθίλω, ἀνθρωποθύω, ἀπαναισχύνομαι, αὐτοκτείνω †), δυςμανθάνω, ἑτεροκλίνω, εὐπράσσω Aesch. Pers. 860. ἰσοννύω, κριοκρούω, λιθολεύω, λωποδύω, οἰονίμω, ὀμβροβλύζω, († ὀμβροβλυτεῖν Jo. Damasc. Iamb. de Pentecost. δυςαναβλυτεῖν pro δυςαναβλαστεῖν Plutarcho reddendum videtur,) ὁμοιοβλαστάνω, ὁμοιοτάττω, παιδοκτίζω, σαρκοσχίζω, σεμνοκόπτω ††), τιμαιογράφω †††), quorum multitudinem si quis sibi ante oculos ponat, et Scaligerum, qui veritatem per tot involucra et integumenta adspexerit, summa laude et praedicatione dignum judicabit, neque illos venia indignos habebit, si qui in ista artis juvenescentis tenuitate animum a consuetudine abducere erroremque

---

†) Αὐτοκτενοῦντα futurum esse non patitur loci Sophoclei sententia. Eodem revocandum ἀνδροκτείνειν Schol. Ven. H. 467. Lexicis adde ζωοκτονία Basil. Seleuc. de V. Thecl. I. p. 267. B.

††) Aeschyl. Athen. X, 447. C. καὶ σεμνοκόπτει τοῦτ' ἐν ἀνδρείας στέγῃ, cui Jacobsius Emm. p. 240. τύχῃ supponit.

†††) Hoc sustulit idem, a quo οἰονίμω eradicatum est, Bastius ad Greg. p. 321. Τορνογραφεῖν Schol. Ven. ad XXIII. 255. male ab Heynio gravatum; πινακογραφεῖν Eustath. 633. πλασματογραφεῖν id. 751. Lexicis desunt.

agnoscere non potuerunt. Illorum alia e veteribus Glossariis ad nos transfluxerunt, nec testem aut sponsorem habent; aliorum sedes et corruptela demonstrari potest. Nonnulla correctoribus debentur, ut ἀρτιγενειάζειν, Dorvillii foetus, v. Jacobs. Parall. Anth. p. 797. et τεθριππεύειν Eur. Fragm. Archel. II. 5. Antiquam lectionem τεθρίππου ὄντος ἡλίου δι' αἰθέρα, unde illud τεθριππεύοντος natum est, Lud. Doederlein in Spec. Nov. Ed. Soph. p. 40. ad τέθριππ' ἔχοντος deflexit; nobis τέθριππ' ἀνέντος succurrebat, sc. πρὸς τὸν οὐρανόν, ut in Herc. F. 125. πῶλον ἀνέντες πρὸς πετραῖον λέπας. Συνευφράσσασθαι Apoll. Arg. III. 918. ut explicare difficile ita corrigere lubricum est; interim si συμφράσσασθαι hoc loco idem significat quod v. 87., suspicari licet, poetam hoc reliquisse: σὺν εὖ φράσσασθαι ἰοῦσιν, i. e. *iter facientibus*, cujus tmesis exemplum in hoc ipso vocabulo, sed in dissimili sententia, praebet Hymn. Hom. in Merc. 294. σὺν δ' ἄρα φρασσάμενος. Ex Luciani loco Cyn. I. 195. T. IX. γυμνοδερκῆ καὶ ἀνυποδητεῖς fluxisse videtur verbum γυμνοδέρκομαι, quod Stephanus T. I. 945. e Tufani Lexico ascivit; hoc tacite, ceu manifesto peccato, abjecto Schneiderus γυμνοδερμῆ substituit, cujus neque ratio neque testis sistitur. Praestet fortasse: γυμνὸς θέρῃ, i. q. εἱληθερεῖς, v. Pierson. ad Herodian. p. 444. In eodem luto haerent ἰδιοβουλεύω et κακοβουλεύω; pro illo Herodo. VII. 4. (8.) dubium mihi est an ἰδίᾳ βουλεύειν scribendum dicam, ut alium in sensum ἰδίᾳ βουλεύεσθαι dicitur Xenoph. Cyr. VIII. 1. cf. Lex. Xenoph. s. Βουλεύειν. Δυςβουλεύεσθαι, et εὐβουλεύεσθαι, quae Thierschius in Gramm. Gr. p. 154. profert, miror unde sint; sed videntur illi domi nata esse †). Ad Euripideum κακοβουλευθεῖσαι varia remedia tentata

---

†) Ἰδιοβουλεῖν Menand. Hist. p. 76. C. ὀξυβουλία Schol. Ven. K. 204. προβουλευτής Niceph. Greg. XIII. 10. 425. D. nondum in Lexica relata sunt.

sunt, quibus, si nihil aliud, certe vocabuli infirmitas patefacta est. Εὐστρογγυλίζω ex συστρ. depravatum videri, jam olim admonui. Εὐρυθμίζω ex Athenaeo citatum XIV. 58. 555. ubi pro vulgato εὐρύθμησον praepostere εὐρύθμισον substituerunt; diducenda potius sunt, quae male coaluerunt. Idem remedium Schaeferus Jo. Stobaeo adhibuit, ἀρθμάσασθαι a Jacobsio propositum activam significationem habere negans, quam et cognatam ἁρμόσασθαι habet et difficile est ex pauculis, quae supersunt, hujus verbi exemplis aut firmare aut infirmare. Εὐστοχάζομαι, quod ex vetere Glossario in nostra Lexica transfusum est, incertum, utrum eodem vitio corruptum, an pro + συστοχάζομαι M. Anton. III. 11. acceptum sit. Βαρυσταθμίσαι, εὐκαρπίσαι, πολυχρηματίσαι jam Schneiderus sine negotio ad ordinem revocavit, a quo καταδημομερίσαι, apertum et sanabile vitium, relictum esse nollem. Εὐχαριεντίζομαι apud Antoninum Gatakerus in locum simplicis successisse censet; quod idem Scaliger de εὐστολίζειν Eur. Iph. A. 255. suspicatur; νεβροστολίζειν apud Maximum in duas partes dirimendum videtur: νεβρῷ στολίσῃς pro νεβρῇ, ut ἀλώπηξ et βοῦς pro ἀλωπεκῆ, ὠμοβοΐνη. Sed de νυμφοστολίζειν, quod Valesius ad Euseb. H. Eccl. X. 167. (p. 195. ed. Mogunt.) e Basilio Seleuciensi citat, tanto minus laboro, quod νεκροστολίζειν etiamnum in Graecorum consuetutine viget; pro νεκροκομίσαι Eustathium p. 1080, 51. νεκροκομῆσαι scripsisse crediderim.

§. XIV.

Verborum circumflexorum compositorum et simplicium communis terminatio.

De verbis paragogis barytonis cautum est ne quis error existere possit. Restat secunda classis, ad cavendum aliquanto difficilior, atque Schaefero ipsi paullo intricatior visa. Ejus verba haec sunt: „Κακομηχανᾶσθαι a Lexicographis receptum, non mirer, si quis

Schol. Arist. Eqq. 851. τοποκρατέω Philo de Fortit. pag. 743. D. ὀλιγολαλέω Eustath. 1278. 12. συμβολοσκοπέω 1790. 10. quae Lexicis desunt. Hac ratione a δυςθάνατος duci debet δυςθανατέω, quo utuntur Herodotus, Philostratus, (v. Pierson. ad Moer. p. 356.) Aristot. de Part. An. IV. 7. 690. A. Plutarch. Lucull. XVIII. 502. T. III. Eumen. VII. 48. Euseb. Hist. Eccl. III. 6. Suid. s. Ἀποκναίειν. Sic et ab εὐθάνατος nascitur εὐθανατεῖν, pro quo quum nunquam εὐθανατᾷν offeratur, facilis est conclusio, verbum δυςθανατᾷν, quod in iis numeratur, quae affectum quendam vehementiorem significant, proprium sui generis flexum sequi, eamque causam esse, cur a communi compositorum ordine desciverit. Exemplo sunt μελαγχολᾷν, δυςερωτιᾷν, κακοδαιμονᾷν et inchoativum ἀκροκελαινιᾷν (cf. φαληριᾷν, ὠχριᾷν), quae certo scio Schaefero nunquam suspecta fuisse. Secundo, quum a verbis simplicibus in ράω desinentibus adjectiva in ρος, substantiva in ρας declinentur, ab illis quae descendunt verba, communem terminationem in εω recipiunt, σκιοθηρεῖν, δοξοθηρεῖν, λεξιθηρεῖν Socrat. Hist. Eccl. VI. 22. 341. Ab his quae proficiscuntur, alpha genuinum servant, ὀρνιθοθηρᾷν, quod e Teleclide profert Pollux, λαγοθηρᾷν Aristoph. Lys. 798. quod Brunckius e duobus codd. revocavit, ὀνοματοθηρᾷν apud Athenaeum. Quibus satis munitur verbum φιλοθηρᾷν· quod et majorem quam φιλοθηρεῖν cum primitivo, unde compositum est, necessitudinem habet; namque illa cum notione actionis etiam objectum ejus actionis comprehendunt; hoc autem nil nisi actionem momente quodam definit. Neque omnium, quae vel in ᾷν vel in εῖν declinantur, primitiva extare necesse est: satis est, ut cogitatione informari possint. Συνθήρας Philostr. Imagg. II. 17. 838. σωληνοθήρας Athen. III. 41. 354. apud Lexicographos frustra requiras; invenies contra, quae nemo Graecorum usurpavit, θηροθήρης et ταγηνοκνισσο-

θήρης et χρυσοθήρης (e Nicet. Ann. XVI. 4. 338. τοῖς χρυσοθήραις), quae non magis ferri possunt, quam πιννοτήρας vel θηλυμίτρας, quae nostrorum Grammaticorum regulis convenientissima, re autem et veritate ita barbara sunt, ut unus Creuzerus aliquid invenerit magis barbarum, θηλύμιτρις, Melet. Crit. P. I. 21. cujus exempla omnia vitiata sunt. Valde autem dubito, an Schweighaeusero in Polyb. IX. 29. τοὺς φυγαδοθῆρας (hoc accentu) retinenti ratio constet; quod solitudo sua tanto suspectius reddit, quanto celebriora sunt οἰναδοθήρας, μυοθήρας, μυιοθήρας, σπογγοθήρας, ὀρτυγοθήρας (Plato Euthyd. p. 290. D.). Habet ille quidem ignotum sibi adjutorem, Fred. Gronovium ad Gell. I. 9. p. 42. qui a λεξιθήρας λεξιθηρᾶν, λεξιθηρεῖν autem a λεξίθηρ derivari censet, idque duobus e Panario locis firmat; quorum altero οἱ λεξίθηρες (hoc rursus accentu, ut ὀλεσίθηρος Eur. Phoenn. 673. nonnulli pro ὀλεσιθῆρος scripserunt), altero τοῖς λεξιθήρεσι legitur, quod quum ne graecum quidem sit, Gronovio pro λεξίθηρσι obrepsisse videtur. Sed quae est mirabilis graeci sermonis mobilitas, volubili orbe omnia rursum prorsum agentis, non solum λεξιθήρας et λεξίθηρος, quam formam hactenus ignoratam exhibet Glossar. Albertii p. 76., sed etiam contrario ordine dixerunt θηρόλεξις, ut δακέθυμος et θυμοδακής, οὐλότριχος et τρίχουλος, χωροφιλεῖν et φιλοχωρεῖν, χειρογάστωρ et γαστερόχειρ (v. Tzschucke ad Strab. T. III. 231.), φαγάνθρωπος et ἀνθρωποφάγος. Nam θηρολέξης, quod e Suida in Lexica translatum est, in θηρόλεξις mutandum videtur, quod Hesychius exhibet; simile hoc vocabulis πολύλεξις (λόγος) Schol. de Stigm. in Dionys. ed. Villois. p. 159. et εὔλεξις, nisi hoc, quod Lucianus illudit, a verbo compositum est, ut βορβοροκάταξις, ὠτοκάταξις; quae quorsum pertineant, is, qui haec subtilius volet tradere, facile exputabit. †)

---

†) Eodem anno MDCCCXVII. haec primum edita sunt, quo The-

Postremo haec compositorum et simplicium congruentia nonnunquam ad vitandam ambiguitatem pernecessaria est. Homericum *καρηκομόωντες* alii hyphen legerunt, alii diversos ei dederunt accentus, v. Eustath. p. 165. eodemque modo comparatum est *εὐκομόωντα* Quint. Cal. IV. 403. *σταχυηκομόωσι* in Oppian. Cyneg. II. 150. in utraque editione dedit Schneiderus, discordans secum in notis, ut mihi non satis appareat, quid in cod. scriptum invenerit, quid pro se ipse probaverit; sed in Lexico *σταχυηκομέω* cum Arnaldo rejecit, *χρυσοκομέω* autem (e Philostrateo *χρυσοκομοῦσι*) sine nota praetermisit. *Οὐλοκομᾶν*, quo Lexica carent, Hesychius posuit ad interpretandum verbum *στραβαλοκομᾶν*. Et hujus quidem verbi composita permulta tam facilem habent cum iis, quae a *κομέω* componuntur, confusionem, ut ob hoc ipsum videantur sui verbi terminationem propriam retinuisse. Quae sequuntur, partim ambigua partim *ἀναιτιολόγητα* sunt. *Ἀμεριμνάω* Stephanus e Gregorio Nazianzeno profert nullo cum loci indicio, sic ut subverear, ne, quidquid illic legatur, ad *ἀμεριμνέω* potius pertineat; *ἀμεριμνοῦντι* Jamblich. V. Pyth. V. 21. 54. *ἀμεριμνήσας* Anna Comn. V. 125. A. + *ἐπαμεριμνεῖν*, acquiescere, Basil. Ep. ad Chil. p. 2. A. Moeris: *Ἀφροντιστεῖν ἀττικῶς, ἀμεριμνᾶν ἑλληνικῶς*; sed et hic collatio Gronovii alio ducit et clare Thomas et Phavorinus: *Ἀφροντιστεῖν καὶ ἀφροντίστως ἔχειν οἱ δόκιμοι, οὐκ ἀμεριμνεῖν, οὐδὲ ἀμερίμνως ἔχειν.* Aristophaneum *ἐρεβοδιφᾶν* ad se transtulerunt Theophylactus Ep. XXIV. et Anna Alex. I. 19. B. *Τρυγοδιφᾶν* commenticium est. *Οὐρανοφοιτᾶν* scribit Hesychius, *ὀροφοιτῶντα* idem et Suidas, *ὀρειφοιτεῖν* Eustathius p. 1665. 4. *τοὺς*

---

sauri Britannici Pars III. in lucem prodiit, qua altero anno post ad nos delata, cognovi eundem locum a doctissimis conditoribus tractatum esse p. 155. partim eodem modo, partim, ut fert natura, paullo aliter. *Λεξίθηρ* et *θηρολέξης* nescio an tueri difficilius sit.

ὑδροκιρνῶντας Tzetz. Chil. V. 535. vix licebat aliter dicere. Inter ἀτολμοῦντες et ἀτολμῶντες variant codices Thucydidei, †) neque id clam fuit Grammaticis. Lex. Bekk. p. 407. τὸ ἀντιφιλοτιμεῖσθαι πρώτης ἐστὶ συζυγίας· εἰσὶ δέ τινα ῥήματα, ἃ δύο συζυγιῶν εὑρέθη, οἷον σκηνῶ σκηνᾷς καὶ σκηνοῖς καὶ ἀτολμῶ ἀτολμεῖς καὶ ἀτολμᾷς, quae eadem leguntur apud Suidan s. Ἀντεφιλοτιμοῦντο. Eodem vergit ὁδοιπλανῶντες, quod Brunckius in Aristoph. Acharn. v. 69. e duobus codd. edidit, sed postea a sententia ita discessit, ut vulgatum ὁδοιπλανοῦντες revocatum mallet. Ἀμηχανόωντες Phavorini p. 141. 28. quo referendum sit, ex Eustathii nota 1841. 38. de homerico ἀνάεθαλα μηχανόωντες Ὀδ. Σ. 142. intelligi potest. Sed ἀμηχανόωσιν apud Oppianum, etsi nullo negotio amoveri potest, servandum videtur. Verbum πρωτομηχανᾶσθαι, quod Reisigius Conject. in Arist. p. 84. fabricatus est, non eam speciem habet, quam graeca verba habere solent; adverbium cum verbo compositum (πρῶτον — μηχανᾶσθαι) ad subjectum verbi, non ad objectum ejus, referri debet. Δυσμηχανάω tantum mihi a Graecorum consuetudine abesse videtur, quantum κακομηχανᾷν abesset. Sed κακομηχανᾶσθαι non magis suspectum habeo, quam ἀρχιερᾶομαι, ἁβροδιαιτάομαι et similia. Πολυτιμάω Lexicographi confinxerunt ex participio πολυτιμήσας, quod mihi in duas partes dirimen-

†) In Cattieri Gazophylacio, bonae frugis plenissimo, hic locus mag s erroribus perplexus est. Postquam enim demonstratum erat, verba ἀφορέω, ἀστοχέω, ἀτολμέω ab adjectivis in ος derivata esse, „haec, inquit, quaeque alia forsan plura proferri possent, recep„ptam in Eur. Phoenn. 397. lectionem συναςοφεῖν stabiliunt." Quid tam fidem excedit, quam Valckenarium, quum ἀσοφεῖν contra analogiam factum esse defenderet, illa vulgaria praeteriisse? quid contra tam manifestum est, quam eum exempla adjectivorum non verbalium (σοφός, φίλος) desiderasse, quibuscum illa ab Abreschio hic et in Dilucidd. Thucyd. p. 96. prolata nihil commercii habent. In iisdem fere erratis sunt, quae sequuntur.

dum videtur. Ita πολυπλήθω, quod Bielius Thes. II. p. 153. commemorat, disjunctim scribitur in ll. cc. similiterque legendum πολὺ πληθύνει Exod. XXXII. 12. ut πολὺ ἐλυπήθη Dan. VI. 14. πολὺ ἠγαθύνθη v. 23. pro πάνυ, et apud Homerum ipsum πόλλ' ἀέκων 'Il. A. 557. πολύ γε καὶ ῥᾳδίως (νικήσω) Aristoph. Nubb. 1335. Sed nihil necesse est, quod uno exemplo patet, pluribus onerare. Ipsum ἀτιμάω, Epicorum vocabulum, et ingens copia verborum simplicium et compositorum in έω exeuntium, οἰνοηθέω, ἀφρονέω, γηροκομέω etc. argumento sunt, nullam esse ejusmodi regulam, quae obstet, ne perispomena simplicia et composita in easdem extremas literas declinentur; sed unde quidque ortum habeat, et ad quodnam genus pertineat, in hoc causae cardinem positum esse. Neque a Scaligero talis regula proposita est, qui quae in medium affert, ita modicis finibus circumscripta sunt, ut appareat, eum ne laborasse quidem, quorsum hoc suum judicium evasurum esset, sed, ut solent magnarii illi, gravissimum inventum ingenuo fastidio secuturis perficiendum reliquisse. Haudquaquam autem admirandum est, illud Scaligeri judicium, quo verbum εὐαγγέλλω cum tribulibus suis civitate ejecit, neque olim magnopere esse animadversum et non ita multo post ex animis et memoria doctorum hominum excidisse, et esse etiamnunc aliquos, qui his scilicet seditiosis vocibus aures claudant, atque hac tota ratione nihil pravius fallaciusque esse vociferentur. Etenim hujus praecepti tanta vis, tantaque sententia est, ut, nisi omni et verborum et nominum genere explicetur, quanta et qualis sit, intelligi nequeat; sin autem perfecta in medio statuatur, etiam invitis suffragium extorqueat.

Sed jam portum, unde profectus sum, intrare festino. Εὐαγγελεῖς, quod Phrynichus Platonis exemplo confirmat, non diffiteor mihi occultum esse, quo loco positum sit. Sed est fortasse illud, quod nunc dispa-

CAP. IV.

DE PRODUCTIONE VOCALIUM IN VOCABULORUM COMMISSURIS.

AD

PHRYN. P. 85.

Hactenus dictum est de verborum compositione et adpositione; quem locum late fusum et ex intima grammaticae disciplinae subtilitate depromptum ne sub unam speciem concludamus, age, huic alteram adjiciamus quaestionem proprio quodam vinculo cum hac causa, quam inchoavimus, copulatam et a Phrynicho ipso nobis commissam, *de figuris compositis nominum et verborum productione syllabae articularis distinctorum.* Articularem autem dico eam syllabam, quae alterius vocabuli fine, alterius initio constat; quam si plures breves et antecedunt et subsequuntur, fugiendi homotoni causa brevi longa substituitur vocalis, ut differentia numerorum alterna vice sese excitet. De quo genere metalepsis quum recentiores Grammatici nihil admodum dixerint, veteres autem illi hujus doctrinae architecti multa passim sine ordine et ratione protulerint, nonnihil profuturi videbamur, si, quae collecta nobis et observata essent, in notitiam hominum studiosorum protulissemus. Habebunt autem, qui post nos de his rebus scribent, magnam

materiam; est enim nullus fere feracior in Grammatica locus; neque venia carebimus, si quid vel tacitum praeterierimus vel injudicatum reliquerimus.

§. I.

Nomina primae classis in η̄. Dorismi dialecti vulgaris.

Ordiamur a protoclitis, quorum quae sit observatio, Etymologus docet p. 209. 9. τὰ εἰς η̄ λήγοντα θηλυκὰ σύνθετα ἢ φυλάσσουσι τὸ η̄ ἢ τρέπουσιν, οἷον γῆ, γηγενής, ὀδύνη, ὀδυνήφατος, κρήνη, κρηνοφύλαξ.

Hoc genus tum apud poetas frequentissimum est, tum etiam in usu quotidiano quasdam reliquias habet. Namque eadem musica ratio, quae poetas ad haec quaerenda exilitatis remedia impulit, similiter omnem priscum sermonem pervagata est, qui quam modulatus quamque poeticae licentiae similis fuerit, loquuntur nomina deorum, solemnitatum, hominum propria, ab ima vetustate tracta, diuque ante poesin nata. Sed multum inde usus detrivit, multum aetatis cujusque propria ratio limavit, suis verba modulis pensitans. Velut ex hoc genere, de quo quaerimus, quae pedestris sermo suscepit, perpauca sunt, nec in magna varietate versantur. Nam pleraque illa, quae poetae in hunc modum deflectunt, eas syllabas, in quas metri ictus incidit, erigentes, ἀρχηγενής, ἀμαλητόκος, δαμαληφάγος, γεητόμος, πυληδόκος, σταφυληκόμος et similia, per se ipsa tenuitatem sermonis soluti longe excedunt; sed quae in —φορος exeunt, innumera illa atque in usu necessaria, speciem ab antiquitate acceptam pertinacius retinuerunt. Quibus si qua reperientur contraria, in dubio erit, librariine lapsu an ipsorum errore suscepta sint, idque rursus duplicem habebit quaestionem, consulto an fortuito a forma quotidiana et quasi legitima desciverint.

Ut a verbo sacro et auspicato ordiamur, primum

veniat in medium δαφνηφορεῖν cum affinibus δαφνηφορεῖον, δαφνηφορικός etc., quibus haec ita propria est forma, ut alterius scripturae ne vestigium quidem extet apud Lexicographos, eoque apud quosdam in suspicionem venerit. Velut apud Pausan. IX. 10. 32. pro δαφνοφορεῖν Kuhnius maluit δαφνηφορεῖν, quod longe usitatissimum est. Sed illud apud Herodian. II. 2. 55. in cod. Vindob. extat et nullo codicum dissensu in Dion. Cass. XXXVI. 22. 126. legitur; neque mihi ea forma attrectanda videtur. De nomine χοληδόχος Galen. de Usu Part. IV. 13. 381. F. de Adm. Anat. L. VI. c. 2. 102. A. T. IV. 9. 143. B. de Sem. I. 16. 208. E. Nemes. de Nat. Hom. 25. 259. Actuar. ap. Bernard. ad Demetr. Pepag. p. 60. Nonn. Epit. c. 189. 108. expressum habemus Galeni testimonium, etiam χολοδόχος in usu fuisse: καλοῦσι δ' αὐτοὺς (τοὺς χολώδεις πόρους) οὐχ οὕτω μόνον, ἀλλὰ καὶ χοληδόχους, ἤτοι διὰ τοῦ ō γράμματος ἢ διὰ τοῦ η τὴν δευτέραν συλλαβὴν προφερόμενοι, de Adm. Anat. VI. 12. 143. T. IV. Contra statuendum est de νικηφόρος, quod nunquam aliter scriptum inveni; nam νικοφορεῖν, quod e Philone afferunt de Legg. Alleg. III. 284. T. I. Pfeiff., nuper demum in textum illatum pro νεκροφορεῖν, nullo aut codice nititur aut exemplo firmari potest. Quod autem nomina propria Νικόμαχος, Νικόπολις hoc modo deflectuntur, in hac causa nihil valet. Etiam ζωηφόρος Themist. Or. XIX. 228. D. Nicet. Ann. XIX. 4. 370. Schol. Ven. Θ. 70. Eustath. p. 1130. 45. κραδηφόρος, σκαφηφόρος, κορυνηφόρος, + σπαθηφόρος Philo in Flacc. p. 976. C. σκυταληφόρος †) in hac forma sibi constant; quorum ea, quae quatuor syllabarum primam a binis mutis inductam habent, non a poetis fabricata esse, ita manifestum est, ut oculis judicari possit. Quae

---

†) Et hoc et δρεπανηφόρος et καλαμηφόρος, quod margo Steph. in Xenoph. Hell. II. 1. 2. exhibet, ad utramque declinationem referri potest.

autem prima longa utuntur, plerumque consuetum habitum servant, αἰχμοφόρος, λογχοφόρος, σπονδοφόρος, σμυρνοφόρος, in quibus si litera nominis terminalis retinetur, suspiciosum est. Quid enim? λογχοφόρος quum vulgo receptum, a Xenophonte, Aristophane, Polybio, Plutarcho V. Marcell. XXIX. 329. Philone in Flacc. p. 970. D. Gregor. Naz. Or. IV. 116. D. aliisque crebro usurpatum sit, nonne + λογχηφόρος, quod in Theodori Prodr. Galeom. v. 120. inculpatum est, apud Nicetan improbabimus ut affectatum? v. Annal. II. 6. 48. A. VI. 5. 101. D. Φασσηφόνος in scriptore antiquario haud gravate ferrem; Aristotelem vero H. An. IX. 13. 430. hoc arripuisse inopinatum et mirabile, eoque magis, quod φασσοφόνος ib. 24. 446. legitur, itâque aures Graecorum ab ipso Homero insuetae erant. Quid res ipsa tulerit, plerumque inventu facile est; quid usus conflarit, quid error affinxerit, tantum e testium copia et probabilitate judicare possumus, qui si multi et luculenti in eandem rem consentiant, nemo vel de plano pronunciare dubitabit; si quid inter se discrepent, ampliabitur; tenues et obscuros testes non audiemus omnino. Haec universe valent; de singulis ex rationibus quibusdam suis et interioribus existimare licebit. Primum enim vocabulis communibus iisque nullo antiquitatis colore tinctis non probabile est Graecos formam grandiorem dedisse. Sic pro ὑλοτόμος Plutarch. Lucull. 26, 518. T. 3. Appian. Pun. VIII. 97. etc. non puto etiam ὑλητόμος reperiri, neque ὑληφόρος, quod Pollux VII. 130. juxta cum ὑλοφόρος recenset, ab Aristophane Acharn. 272. sine delectu positum est; cujusmodi locos Grammatici ante oculos habuisse videntur, Photius: Ὑληφόροι, οἱ ξυληφόροι, Phrynichus App. p. 67. ὑληφορεῖν ἀντὶ τοῦ φορτία φέρειν. ὑλοφόρος Polyb. III. 55. ὑλοφορεῖν Philo Vit. Mos. p. 608. ὑληνόμος apud Sext. Emp. Hyp. I. 14. 16. non usitatum quidem (nam ὑλονόμος magis dici solet, Hipp. de Vict. San.

II. 5. 43. Aristot. H. An. IX. 27. 462. Suid. s. Ὀροιτύλος), sed tamen, quia a vulgari usu remotius, poeticae formae capacius est. Lexicis adde ὑλοκοπεῖν Aristot. H. An. IX. 14. 454. ὑλοδίαιτος Synes. Hymn. III. v. 381. p. 326. v. 730. p. 334. ὑλομαχεῖν, quod Schneiderus in dubiis numerat, sumtum est ex Appian. Mithr. CIII. 797. Ὑλιβάτης autem, ὑλισκόπος et ὑλιγενής, quae Bastius Ep. Crit. p. 17. in civitam recepit, rursus ejicienda sunt. Primum semel in cod. Vat. Anall. II. 265. bis apud Athenaeum IX. 11. 384.

Τοὺς μὲν ὀρεινόμους ποιήσει δέλφακας ὑλιβάτας,
τοὺς δὲ —

quae quum ex Anaxilai Circe repetita sint, probabile est, Eurylochum hic loquentem induci, sociorum casum enarrantem, qui quum in sues transformati essent,

Τοῖσι δὲ Κίρκη
Πάρ ῥ' ἄκυλον βάλανόν τ' ἔβαλεν, καρπόν τε κρανείης.

Ὀδ. κ. 241. Unde mihi conjectura subnata est, pro ὑλιβάτας, quod cod. primarius offert, ἀκυληβότας scribendum esse; ὑληβάτας, quod nuper e MS. Epit. in textum venit, metro adversarium est. Alter locus IX. 66. 489. ex Antiphane decerptus,

— — Βοῦς ἀγέλαιος
τράγος ὑλιβάτης, αἶξ οὐρανία.

ubi Epit. ὑληβάτας dat, aliorum correctionibus vitio quidem exemtus neque tamen ad pristinam integritatem restitutus videtur; ὑλοβάτης, quod illuc reponunt, per se indubium, v. Agath. Ep. XXIX. et Theaet. III. sed si cum αἶξ οὐρανία, cujus occultum sensum Hesychius nobis aperuit, et ceteris ludicris conferatur, non satis appositum est. Alterum, Κράγος ὑλιγενής in Nicaeneti Fr. VI., nisi altius vitium subsidet, ὑλογενής esse poterat, quod in gripho legitur Athen. II. 65. 242. ὑληγενής Synes. Hymn. III. 4. p. 318. Tertium ὑλισκόπος

bentibus occurrebat. Huc etiam referri possunt voces obtestantium et adjurantium, νὴ τὴν κόραν a Prisciano exsignitum Gramm. XVIII. 1207. Δάματερ σοφίας! Athen. III. 80. 440. ὦ Δάματερ Theopomp. Athen. VII. 65. 106. IX. 60. 447. Lucian. Dial. Meretr. XII. 254. T. 8. Alciphr. II. Ep. 2. Suidas: Ἡράκλεις, ἐπίφθεγμα σχετλιαστικόν· τὸ δὲ Ἥρακλες κλητικὴ πτῶσις, ὥσπερ τὸ ὦ Δάματερ τοῦ ὦ Δήμητερ διαφέρει. quibus congruunt Ammonius p. 40. et Eustathius p. 1385. ὦ Δάματερ τὸ θαυμαστόν (leg. θαυμαστικόν), ὃ κεῖται καὶ παρὰ τῷ Κωμικῷ, δωρικόν μὲν ὄν, φιληθὲν δὲ εἰς κοινὴν χρῆσιν τοῖς Ἀττικοῖς, quae fere eadem leguntur apud Photium pag. 480. sed male divisa et interpuncta. De nomine Ἡράκλεις subtilius quiddam tradidit Libanius Ep. CCLXXXV. p. 127. δοὺς ἡμῖν, πῶς δεῖ τὸ Ἡράκλεις λέγειν, ἐπειδὰν καλῶμεν τὸν θεόν (καίτοι τις οὐ τῶν ἐν φαύλῃ δόξῃ δεῖν ἐξαιρεῖν ἔφασκε τὸ ἰῶτα, πλὴν ὅστις σχετλιάζει· τοῦτον δὲ οὐκ εἴργει τοῦ γράμματος, καλεῖν δέ γε οὐκέτι μετὰ τοῦ γράμματος) ἀλλὰ σὺ τριπλῆν ἀνεὶς τῇ κλήσει τὴν ὁδὸν, ὧν ἡμῖν τὼ δύω (ποιηταῖς δὲ οὐδὲν ἄβατον) ἴσθι κεχαρισμένος. Patet igitur, hunc Ἡράκλεες poetis reliquisse, Ἥρακλες autem et Ἡράκλεις pariter pro vocativi forma habuisse. Neque distinctio illa a Grammaticis praescripta per omnia servatur. Vocativus saepissime Ἡράκλεις neque raro Ἥρακλες scribitur: ὦ Ἡράκλεις Lucian. Dial. Deor. XIII. 38. ὦ Ἥρακλες p. 39. et 40. et similiter variat in Fugit. c. 23. et 29. Παιὰν, Ἥρακλες, Ἀσκληπιέ Aristid. in Aescul. p. 36. et rursus ὦ Ἡράκλεις p. 31. et 36. in quibus adaequandis ne quis sollertiam suam expromat, Libanii admonitione praecautum est. Sic etiam ὦ Λύσικλες et Λυσίκλεις inter se certant Phalar. Ep. CXXIV. quorum utri plures adstipulentur, omnibus notum est. In adverbiali syntaxi Ἥρακλες dici, Apollonius de Adv. p. 570. et Etymologus p. 79. 10. significant, ubi non recte Ἡρακλῆς scribitur, eoque delusus Lascaris de Quinq. Decl. VI. t. 4. et b. 3. quadruplicem vocativi inclinationem

facit, Ἡράκλεες, Ἡράκλεις, Ἥρακλες et Ἡρακλῆς, quarum postremam, nominativi similem, Atticam vocat. Sed σχετλιαστικὸν illud ὦ Ἡράκλεις est in Demost. Phil. III. 119. Aristoph. Plut. 574. Nub. 184. in Xenophontis locis pluribus et vero etiam apud recentiores rhetores, quorum exempla omitto praeter unum Dionis Cass. LIII. 8. 700. ubi post ὦ Ἡράκλεις mox ὦ Ζεῦ καὶ Ἥρακλες sequitur. Ἡράκλεες autem ne Tragicorum finibus adscribatur, addam Eupolidis versum ap. Schol. Arist. Pac. 1046. Ἱερόκλεες βέλτιστε χρησμῳδῶν ἄναξ· quo alius ejusdem poetae locus ab Elmsleyi suspicione hanc vocativi formam Comicis abjudicantis (ad Med. p. 46.) liberatur. Atque ad eandem τῆς κοινῆς χρήσεως cum dorica dialecto congruentiam referri etiam debet illud, quod est in Lucian. Navig. XII. 165. T. VIII. τὸ προχειρότατον τοῦτο, κοινὸς Ἑρμᾶς, φασί· quanquam paroemiographi obliterata dorica scriptura κοινὸς Ἑρμῆς referunt, v. Burman. ad Phaedr. V. 6.

His utamur nunc ad eam rem, ut apertis obscura assequamur. Namque στεγανόμος et στεγανόμιον, quae etiam apud Atticos in usu fuisse fidem facit Pollux, equidem credam origine non minus dorica esse quam κορυφαγενής, νυμφαγενής (Telest. Athen. XIV. 7. 234), casu autem dimanasse longius. Στεγανόμος primum apud Lycophronem occurrit; στεγανόμιον ab Atticis in civitatem receptum, non vernaculum esse, argumento est, quod ab Aristophane inter καινοφώνους λέξεις numeratur, v. Eustath. p. 1761. στεγονόμιον a Byzantiis Jurisconsultis in usum revocatum est, v. Cujac. Observ. IV. 16. In hoc genere magnopere providendum ne testibus levibus aut corruptis fidem habeamus. Quod enim in Athenaei codd. V. 23. 255. legitur ἐπιστολαφόρος, item ὑλαφόρος Poll. III. 55. σφυρακτυπεῖν Schol. Apoll. II. 84. γενναδότειρα in Schneideri Lexico Graeco, meri sunt descriptorum errores, ambiguos literarum ο et α ductus confundentium. Primum vel + ἐπιστοληφόρος fuit

Euseb. H. Eccl. I. 13. 37. vel, quod mihi probabilius videtur, ἐπιστολιαφόρος. Cum his nihil commune habent πυλαωρός et τιμήορος s. τιμάορος, quae e πυλωρός (πυλάρτης) et τιμωρός ad eam, quam sibi opinionis errore finxerant, similitudinem diducta videntur, sic ut in illo brevis vocalis antecederet, longa sequeretur, in hoc longam brevis exciperet, ut τέτρωρος pro numerorum ratione modo in τετράορος, secunda producta, diremtum est, modo, eadem correpta, in τετράωρος. Τιμαόχος in Hom. H. in Ven. v. 31. et H. in Cer. 268. dubito an Hermannus consulto praetermiserit. Epici poetae non videntur hoc aliter quam γαιήοχος, πολιήοχος habuisse. Sed haec quoniam poetica sunt, ad praesentem materiam nihil pertinent. Illud breviter adjiciendum est, nomen ἀναγκαθέτησις, quod Schneiderus ex Euseb. Pr. Ev. VI. p. 260. C. suscepit, quum nulla ejusmodi ratione defendi queat, mutandum esse in ἀναγκοθέτησις, compositum illud ad similitudinem praecedentis vocabuli τῆς νομοθετήσεως. Verbum ἀναγκαιοφαγεῖν, quod recentiores Lexicographi adsciverunt, fictitium esse arguit hoc, quod ἀναγκοφαγία Themist. Or. XV. 186. A. Aristot. Polit. VIII. 4. 322. et codd. Hipp. Vict. Sal. III. p. 6. T. III. cf. A. Schott. Observ. p. 214. tum ἀναγκόσιτος, ἀναγκόδακρυς et reliqua omnia eodem modo scribuntur; neque praeter rem P. Faber in Agonist. II. 2. 2115. T. VIII. Thes. Gronov. pro ἀναγκαιοφαγεῖν ap. Philostr. Vitt. Soph. II. 17. 598. reposuit ἀναγκοφαγεῖν, quo plurimi utuntur, Longin. XXX. 1. Arrian. Epict. III. 15. Poll. III. 153. Neque me dubitare diffiteor, ne pro ἀγελαιοκομικός, ἀγελαιοτροφία et, quod Lexicis deest, ἀγελαιοτρόφος Maxim. Tyr. XXVI. 22. scribendum sit ἀγελοκομικός etc. Qui autem ex eo, quod nunc λαθροφάγος, nunc νυκτιλαθραιοφάγος, + λαθραιοφαγοκοσία Schol. MS. Du Cangii p. 782. et similiter βιημάχος et βιαιομάχης, βιοθάνατος Suid. s. Κυνήγιον, Anonym. Antt. Const. II. 26. C. Olympiod. ad Phaedon. p. 294.

Wyttenb., *biothanatas*, v. Casaub. ad H. A. p. 157. E., qui etiam + βιοθανής in Martyrologiis legi affirmat, et rursus βιαιοθάνατος Eustath. pag. 1706. 5. etc., quodque ἰαμβοφάγος et ἰαμβειοφάγος indiscreta sunt, ex his igitur qui cogi putat, illud quoque duplici modo scribi potuisse, specie similitudinis in errorem ductus est. Haec enim a communibus substantivi et adjectivi fontibus derivata in eandem significationem corrivantur. A librariis nullam in hac re salutem expectari posse confitebitur, qui ὁμοσχήμων et ὁμοιοσχήμων Theophr. H. Pl. IV. 2. ἀρχολογικός et ἀρχαιολογικός (Bast. Comm. Palaeogr. p. 754.), ἀλλοτροπέω et ἀλλοιοτροπέω, λαρισσοποιός et λαρισσαιοποιός, δικαιοδοσία et δικοδοσία omnibus locis inter se commutari meminerit; neque semper, secundum utram partem pronunciandum sit, expediri potest. In Scholiis tamen ad Arist. Avv. 1702. pro δικαιολόγων praestat δικολόγων scribere.

Ex iis quae in ῆ purum desinunt, praeter poetica quaedam, perpauca reperiuntur composita, quae omnia ῆ retinent: ζωηφόρος, χοηφόρος, χλοηφόρος Sap. XIX. 7. χλοηφορεῖν Theophr. H. Pl. VIII. 6. Philo de Temulent. p. 241. B. Julian. c. Cyrill. II. 55. B. Schol. Nov. Apoll. I. 545. χλοηφάγος Phil. de Vict. p. 835. D. Eandem regulam sequuntur quae cum πόα s. ποιά composita sunt: ποηφαγεῖν Porphyr. Abst. IV. 15. 340. Appian. Pun. VIII. 100. 443. Mithr. 76. 753. ποηφάγος Aristot. H. An. VIII. 9. 364. 10. 365. Sext. Hyp. I. 14. 16. Galen. de Us. Part. III. 2. 341. Comm. in III. Epid. p. 222. B. T. IX. Aelian. H. An. XVI. 11. ποιηφαγεῖν Herodo. III. 25. Maxim. Tyr. XXIX. 78. ποιηφάγα — χορτοφάγα Hipp. de Vict. San. II. 5. 43. ubi pro altero cod. χλωροφάγα, quo perinde carent Lexica. Ferri potest ποιοφάγος, quod cod. Medic. H. An. VIII. 1. 363. et saepius praebet, cujus mensura in ποιονόμος, ποιολόγος apparet; non ferri potest ποοφαγεῖν Arist. l. c. 5. 356. et ποοφάγος de Part. An. IV. 12. 569. D.

§. II.

Nomina primae declinationis in ᾰ.

Τὰ εἰς ᾰ λήγοντα θηλυκὰ διχῶς συντίθενται. ἢ γὰρ φυλάττει τὸ ᾰ, ὡς τὸ σκιά σκιαγραφῶ, ἢ τρέπει αὐτὸ εἰς ῠ, ὡς τὸ ὥρα ὡρολογεῖον, ὀπωροφυλάκιον. ὅτε δὲ παραλήγεται τῷ ε, τρέπει αὐτὸ εἰς ω, ὡς γέα, γεωμέτρης. Etym. M. s. *Ὥρα.*

Quod de prima declinatione dixi, idem accipi volo de iis, quae in ᾰ exeunt, quorum alia semper, alia nunquam in commissura mutantur; sunt etiam quaedam ambigua. Cujus diversitatis multiplex ratio est, posita aut in euphonia vel alternitate †), aut in proprietate quadam significationis (quemadmodum *ἐπίβολος* ab *ἐπήβολος* distinguitur), aut in quibusdam fortuitis. Refert enim, priscum sit vocabulum et jam deformatum an recens et flexibile; interest, poetae protulerint primi maximeque celebraverint, an quotidiani sermonis consuetudo triverit. Interim dialectus quoque discrimen facit; nam ut *ἀγκυροβόλιον* tum apud alios tum apud ipsum Plutarchum de Garrul. X. 109. T. X. scriptum invenimus, ita hic Democriti verba referens de Amor. Prol. III. 77. *ἀγκυρηβόλιον* retinuit, unde sumsisse videtur Eustathius 1620. 1. Inter ea vero, quae ō in ᾰ vertunt, usitatissimum est *ἀγγελιαφόρος*, ionicum *ἀγγελιηφόρος*. Hujus formae duodecim exempla produxeram, quae docti Britanni in Thesaurum suum retulerunt pag. 365., additis totidem aliis, quibus ego novum, si liberet, cumulum adjicere possem. Manet sententia, ab iis, quibus sermo curae fuit, nunquam aliter dictum fuisse, neque me movet Zonaras, ab illis productus, homo sine censu et existima-

†) *Alternitatem* et *παραλληλότητα* vocat Priscianus Super Aen. L. VII. 1260. quae cum *ἐπαλληλότης* Apollon. de Conjunct. p. 505. Lexicis inserenda sunt.

tione; qui si ἀγγελιοφόρος scripsit (quod in tanta utriusque literae similitudine ambiguum est), Grammaticorum morem servavit saepe proprias et legitimas sed ex usu amissas vocabulorum formas resuscitantium. Idem statuo de ἀγορανόμος, + ἀγορατυπεῖν Hesych., γενεαλόγος, ὑδριαφόρος, quae et poetarum numeris et sua multitudine sese tuentur. Σειροφόρος Hesychius et Suidas agnoscunt; poetis hanc formam concedo dactylis pangendis aptissimam. Sed idem judico, recte Wesselingium Herodoto σειρηφόρος restituisse. Pro σειραςφόρος, quod nemo cum δικαςπόλος componet, Aeschylo Agam. 851. 1631. σειραφόρος restitui debet, quod et Pollux hinc citat et Attici comprobant, Aristoph. Nub. 1300. Eur. Iph. A. 225. Phryn. App. p. 10. Phot. Adhuc versamur in exploratis. De σημαιαφόρος, quod codd. Polybii VI. 24. et in Plutarchi V. Galb. XXII. 372. Edd. vett. suppeditant, quum id neque aurium judicio comprobetur neque exemplorum frequentia vincat, quorum maxima pars pro σημαιοφόρος Synes. Regn. p. 13. B. et σημειοφόρος stat, nonnihil dubii relinquitur. Pro μιτρηφόρος Herodo. VII. 62. Diod. Sic. IV. 4. 17. usitatius est μιτροφόρος, quam formam hoc quoque loco codd. plures repraesentant; μιτραφόρος non reperitur; credo, quia Graecorum Europaeorum usus ab ipsa re abhorrebat et in rerum Ionicarum expositione optimum factu erat aut nativam et patriam speciem retinere aut certe non ad dialectum aliquam unam accommodare. Perdifficile hic est ea via ingredi, ut neque dedita opera caecutire, neque nimis acute cernere videamur. Verum vigilabitur.

Reliqua, quae in ρα terminant sive longum, sive breve, θύρα, μοῖρα, σφῦρα, ὥρα etc. literam ο servant; θυρηβόλιον a communi usu seclusum est. Ad σκιαγράφος quod attinet et quae hinc derivantur, si quis modo ea introspiciat, quae Stephanus contulit, et innumera,

quae collecta habet Wyttenbachius ad Phaedon. p. 170., vix sibi temperet, quin hanc solam formam ab antiquitate receptam fuisse statuat. Recentiores scriptores, ut ceteris rebus solutiores sunt, ita etiam hac in caussa ad normam dirigi nequeunt. Σκιογραφεῖν Gregor. Naz. T. I. 288. D., quem Boissonadius ad Philostr. p. 661. ad communem consuetudinem revocare studet, Phot. Bibl. CCXXII. 596. Chronicon Georgii MS. ap. Du Cangium s. Σκιαστής, σκιογράφος Hesych., cui minime necesse erat σκιαγράφος reddi, quod et in Sap. XV. 4. pro illo in Varr. Lectt. reperitur. σκιογραφία Athanas. Or. I. c. Arian. p. 501. A. T. II. 29. 677. E. σκιομαχεῖν Philo de Plant. Noe p. 239. Σκιολογεῖν, quod Schneiderus incertis adnumerat, non aliunde ductum videtur, quam ex Athanas. Or. I. c. Ar. 25. 430. T. I. P. I. ed. Bened. quae oratio secunda numeratur in Edd. prioribus, Ed. Colon. p. 232. τὸ φύσει γέννημα ὡς ποίημα σκιολογῶν λέγει — ubi cod. Seguerianus σκιαλ. praebet; neutrum mihi apertum est, neque dubito, quin ille σκαιολογῶν scripserit, quo Eustathius utitur p. 1792. 22. unde et hoc et σκιοφανής 1699. 8. Lexicis accedat. Haec vulgarem Graecitatem occupasse demonstrat etiam Latinorum imitatio, *Sciomachia*, *Sciographus*, *Sciopodes*, quos illi Σκιάποδες vocant. Σκιόφως autem, σκιοθήρας et si qua eandem mensuram habent, sub hanc regulam non cadunt.

Ut μελιηγενής, Συριηγενής in poesi, sic Ἀσιαγενής Dio Chr. Or. II. 86. in soluta oratione dici solet, Asiagenes latine (ut Baetigenes), v. Valcken. et Wessel. ad Herodo. p. 567., pro quo Apollinarem metro inservientem *Asiagennes* dixisse tanto equidem minus admiror, quod Sophocles eadem necessitate coactus θεογεννής dixit. Ἀσιητιγενής, quod Blomfieldius Aeschylo Pers. 2. tribuit, analogiae norma revincitur. De nominibus masculinis, quae perpauca sunt, statim hoc loco transigam. Praeter Μιννομάχος (Epigr. Samii II.) unum mihi

promtum est ὀβελιαφόρος Athen. III. 76. 431. XI. 64. 287. Poll. VI. 75. a quo sumsit Tzetzes Chil. VII. 776. Ἱκεταδόκος Aesch. Suppl. 727. unde hoc Schol. Rom. in Soph. Oed. Col. 258. Eustathius ἱκετοδόχος citare videtur p. 1807. 9.

§. III.

Nomina secundae declinationis substantiva.

Τὰ εἰς ος ὀκταχῶς συντίθεται· ἢ γὰρ φυλάσσει τὸ σ, ὡς λαός, λαοςσόος, θεός, θεόςδοτος· ἢ ἀποβάλλει τὸ σ, ὡς τὸ νίκος (νῖκος), Νικόλαος, ἢ ἀποβάλλει τὸ σ, καὶ προςλαμβάνει τὸ ι, ὡς τὸ πύλος, πυλοιγενής, ὁδοίπορος· ἢ ἀποβάλλει τὸ σ καὶ τρέπει τὸ ο εἰς η, ἐλαφηβόλος, θεητόκος, ἢ ἀποβάλλει τὸ σ καὶ τρέπει τὸ ο εἰς ε, μένος, Μενέλαος· ἢ ἀποβάλλει τὸ σ καὶ τρέπει τὸ ο εἰς ι, ὡς τὸ ὄρος, Ὀριβάσιος· ἢ ἀποβάλλει τὸ σ καὶ τρέπει τὸ ο εἰς ε καὶ προςλαμβάνει τὸ ι, ὡς τὸ ὀρειφοίτης, Ἀργειφόντης, ἢ ἀποβάλλει τὸ σ καὶ τρέπει τὸ ο εἰς α καὶ προςλαμβάνει τὸ ι, Κλυταιμνήστρα. Etym. M. s. Θῶ.

Ex his ea tantum hic perstringam, quae ad secundam declinationem pertinent, circumscriptis, quae in manifesto errore versantur. Quid enim tam falsum est, quam quod λαοσσόος (λαοςσόος) a λαός derivari vult, quod geminatione effectum esse apparet ex πυρισσόος. Similiter comparata sunt βοοσσόος, πολισσόος, + νεκυσσόος Nonn. Dion. XLIV. 757. 21. a genitivis composita. Quis porro hoc isti concesserit, Νικόλαος a νῖκος compositum esse, vocabulo non admodum antiquo (v. Hermann. Diss. de Orph. p. 821.), quod Aristarchus in Homerum inferre conatus (v. Schol. Ven. *M.* v. 260.) merito exclusus est? Postremo sciri debet, πυλοιγενής, ὁδοιδόκος (quod etiam in consuetudine mansit, v. Polyb. XIII. 8. et Festus s. *Hodidocus*) et cetera ad similitudi-

nem dativorum loci formata esse, μέσσοι (Apoll. de Adv. 588. et 680.), πεδοῖ s. πεδοί, μυχοί (Hesych. s. Μοχοί), οἴκοι, Ἰσθμοῖ, Πυθοῖ, quorum accentus vacillat, ratio autem in communi τοί, τοίγαρ, apparet. Quod dictum in hac una re multo patet latius. Nam et primae declinationis nomina quaedam gentilicia vetus Graecia ab eadem positione derivavit, Κρηταιγενής, Θηβαιγενής, Κρισσαιγενής, in quibus quum ᾱ longum sit, plures jota subtraxerunt. Sic etiam ἰθαγενής et ἰθαιγενής variant codd. Herodo. II. 17. et Hom. Od. XIV. 203. ubi Wolfius ἰθαιγενής assumsit, quam formam Eustathius cum Ἰθαιμένης comparat. Ἰθαγενής praeter alios, qui ad Gregorium citantur pag. 551., usurpant Hippocr. de Morb. Mul. I. 70. 770. C. T. VII. de Infoec. XVI. 855. C. T. VII. 7. 465. F. Diog. La. I. 22. Pollux II. 51. qui et hoc et synonymum αὐθιγενής (pro quo αὐτιγενής rescribendum in Herodo. II. 49. IV. 180. cf. c. 48.) pariter probat. Itaque etiam aliquis conjiciat, illis gentiliciis jota subducendum esse, quod omitti nequit in nominibus secundi ordinis tum propriis tum appellativis; nam ex hoc quoque genere aliquot obsoletiora vocabula in dativi similitudinem incurrunt, ab ejus casus significatione longe remota, ὀλοίτροχος, χοροιτύπος, et quae recentiores ad haec exempla finxerunt, χοροιθαλής etc. σολοιτύπος, σκοτοιβόρος, χολοιβόρος, δολοιφονῆσαι Etym. M. p. 633. 27. Eust. 1496. 37. In Homero Wolfius Πυλοιγενής, in Hymnis Hermannus Πυληγενής praeoptavit, unde mihi ex alia declinatione πυλαμάχος occurrit in Stesichori versu ap. Athen. IV. 41. 103. Hoc, quod neque Suchfortius commemoravit, neque Schweighaeuserus expediit, mihi Martis nomen fuisse videtur, a portarum expugnatione ductum (ut θυρομάχοι πυγμαχίαι apud Pratinam). Hoc firmatur Scholio Ven. E. 31. Ἄρεως δὲ ἔργον ἐστὶ τοῖς τείχεσι προςπελάζειν καὶ ἔστιν ἐπίθετον (τὸ τειχεσίπλητα) ἀνάλογον τῷ παρὰ Στησιχόρῳ πυλεμάχῳ· cujus secunda syllaba mendosa est. Hinc Aristophanes transtulit ad Minervam,

Atheniensium in Pylo expugnanda adjutricem, Equitt. 1172. ubi *Πυλαιμάχος* scribitur. Similis est inconstantia in reliquis, *Πυλαιμένης*, *'Αλθαιμένης* Diod. Sic. III. 59. qui *'Αλθημένης* nominatur Apollod. III. 2. 3. quibus Grammatici centena alia e diversissimo genere *ἐκτάσεων* exempla adjungunt. Sed remotis his omnibus, quae adultior sermo Graecorum dereliquit, ea percurramus, quorum usus communis vulgarisque est. Atque primi quidem generis, quod ex integro et corrupto, ut Grammaticis illis placet, efficitur, plura exempla praebet nomen *θεός*, velut *θεόςδοτος*, *θεοςκυνεῖν*, *θεοςεχθρία*, quod Schneidero conciliavimus. Vulgarior scriptura *θεοεχθρία* (v. Schaef. ad Dion. p. 256.) teretes Atticorum aures offendisse videtur. Etym. M. *Καλοκαγαθία ἀπὸ συντιθεμένου ὀνόματος γίνεται, καλὸς καὶ ἀγαθός· οἷον θεοῖς ἐχθρός, θεοεχθρία.* Eustathius autem, *θεόςδοτος* cum *θέςφατον*, *δολιχόσκιος*, *μογοςτόκος* componens, haec omnia, quae e diversis fontibus manarunt, epenthesi literae liquidae nata esse contendit. Ac de *δολιχόςκιος* (sic enim ex ista ratione scribendum foret) excusari quodammodo potest exemplo recentiorum poetarum, hoc vocabulo in eum sensum utentium, nulla ut umbrae notio appareat, quam Grammatici quoque haud pauci ei inesse negant. Sed quum iidem poetae *ἀσπίδα ἰοχέαιραν*, *ἀοιδὴν ἀμφιέλισσαν*, *ἰκμάδα κυσιμέλουσαν*, *ἐνοσίχθονα ταρσόν*, *νόον ἀλλοπρόςαλλον*, *χεῖρας ἠλιβάτους*, atque similiter alia multa dixerint, hoc satis signi est, eos dedita opera terminos significationis verae et propriae egressos fuisse.

Eorum autem, quae a duobus corruptis vel e corrupto et integro constant, copia ingens, propriaque praeceptio est:

Πλείστη μετάθεσις τοῦ ο εἰς τὸ η κατὰ τὴν 'Ιάδα διάλεκτον, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ κοινὸν ἔθος, βαλανηφόρος, καλαθοποιός, ἀλλὰ καὶ καλαθηφόρος, ἐλαφοκτόνος καὶ ἐλα-

φηβόλος, στεφανοποιός, ἀλλὰ καὶ στεφανηφόρος· Apollon. de Adverb. p. 602.

Haec exempla manifestum faciunt primum hoc, quod per se incurrit oculis, veteres in hoc toto genere nihil ultra quaesivisse, quam ut ingratum brevium syllabarum concursum effugerent; deinde illud docent, hanc artificialem rationem non tam metri caussa inventam, quam a natura ipsa inchoatam esse, orationem ita modulante, ut longa cum brevibus temperaret. Quid enim nomen τῶν 'Ελαφηβολίων et mensis Elaphebolionis cum poesi commune habere potest? Verum incipiamus ab iis, quae cum frequentissima sunt, tum a Grammatico ipso notata, pentesyllaba dico. Βαλανηφόρος Herodo. I. 195. extra vulgarem usum positum, ideoque etiam + βαλανοφαγεῖν Apollon. Lex. s. φηγός ionica forma exutum est. Sed eadem in στεφανηφόρος, θαλαμηπόλος usus assiduitate ita inolevit, ut, sicubi altera scriptura sese offerat, statim corruptelae suspicio nobis incidat. In Lexicis adnumerantur στεφανοφόρος, στεφανοφορία (quod exhibet Ed. Ald. Pind. Ol. VIII. 14. contra metrum peccans) et στεφανοφορεῖν, sine teste tamen, ut arbitror; nam qui pro ultimo ad testimonium citatur, J. Pollux, is vadimonium deseruit; apud hunc enim II. 152. στεφανηφορία legitur. Contra στεφανηφορία Dem. c. Mid. 525. στεφανηφόρος Andoc. c. Alc. pag. 111. Themist. Or. XIV. 182. D. Athen. XII. 45. 481. multisque aliis locis scribitur, quos vel indices quaerentibus offerent. In Stratonis versu Ep. VII. apographum Lipsiacum τὸ στεφανοπλόκιον praebet; vulgo στεφανηπλόκιον· quod ut necessarium non sit, tamen tum graviorem tum gratiorem ictum habet; quam ob causam etiam ab Aristophane verbum στεφανηπλοκεῖν usurpatum est Thesm. 448. Formam a poetis tritam recepit etiam usus vulgaris; nam στεφανηπλόκος Theophrastus dixit Caus. Pl. VI. c. 7. Plutarch. Symp. III. Quaest. I. p. 107. στεφανηπλοκεῖν Strabo VI. 1. 224. Plut. Praec. Reip. ger.

VI. 148. T. XII. similiterque apud Latinos nobilissima Coronaria modo Stephanephoros modo Stephanepolis dicta est, licet in utroque codices vacillent, unde certe Stephanopolis recipi debebat. Sed manifestius etiam universi generis inconstantia mox apparebit. Photius: *Μαῖαν, ὡς ἡμεῖς, τὴν ὀμφαλητόμον· τὸ δὲ ὀμφαλητόμος ἀττικὸν μᾶλλον ὄνομα·* quae vehementer sibi repugnant. Eustathius p. 973. 37. *μαῖαν δὲ (Ἀττικοὶ λέγουσιν) ὡς ἡμεῖς τὴν ὑπὸ Ἰώνων ὀμφαλητόμον·* ex quo satis intelligitur, apud Photium pro *ἀττικόν* reponendum esse *ἰακόν*. *Ἡ ὀμφαλητόμος* (quam recentior Graecitas *ἰατρίνην* appellat, improbantibus Atticistis, v. Eustath. 859.) Hipp. de Morb. Mul. I. p. 173. 40. Sect. V. ed. Foes. I. 51. 757. C. T. VII. ubi codd. plerique *ὀμφαλιτόμον*, quod et in MS. Pollucis IV. 208. occurrit; nonnulli *ὀμφαλοτόμον*, quod Suidas praefert. Ionica scriptura extat in Hesychio et Suida; *ὀμφαλοτόμος* Sophron Athen. VII. 125. 195. Poll. II. 169. *ὀμφαλοτομία* Plato Theaet. 149. E. Aristot. H. An. VIII. 9. 337. Poll. IV. 208. Itaque hoc jam pro recepto valebit. Multo nobis certius est, *θανατηφόρος* hoc uno modo a veteribus scriptum esse: Plat. Rep. X. 350. Xenoph. Hell. II. 3. 32. Theophr. Caus. Pl. VI. 5. 357. Aelian. H. An. VII. 5. Plutarch. V. Syll. XIII. 197. T. III. Diod. Sic. III. 3. Themist. Or. XV. 190. B. Max. Tyr. XXVIII. 68. *θανατοφόρος* editum Aesch. Ag. 1187. ubi illud reducendum esse aliis rationibus affirmavit Seidlerus de Vers. Dochm. p. 43. Idem fortasse scripsit Antiatticista Bekk. p. 99.: *Θανατήριον ἀξιοῦσιν, οὐ θανάσιμον, λέγειν· (ἀλλὰ) Πλάτων (εἶπε) καὶ Εὐριπίδης·* qui locus omnes medicos defatigavit. Porsonus *θανατήριον* graecum esse negans *θανατηρόν* reponit, cui Bastius ad Greg. p. 156. *θανατηγόν* substituit e Timoclis versu mutilo *θανατηγὸν καλὴν χύτραν φέρει*, Athen. IX. 407. E. a quo mihi quidlibet mortiferum tam alienum videtur, ut hoc potius inesse putem: (*ὅτι*) *φανὰ τήγανα καὶ καλὴν χ. φ.* Photius, quem nemo illorum respexit: *Θανατή-*

σιον, οὐ θανάσιμον λέγουσι. Pollux vero: θανάσιμον, inquit, οὐ γὰρ προςίεμαι τὸ θανατήσιμον, V. 132. Sic et Photium scripsisse conjicio: θανατήσιμον οὔ· ἀλλὰ θανάσιμον λέγουσι. + θανατήσιμος Anon. Physiogn. ap. Du Cang. s. Ναγκαρίζειν. + θανατήσιος Jul. Afric. Cest. XIV. 294. + θανατηρός Eustath. 1336. 20. quorum nihil Atticis tribui potest, neque θανάσιμον, quo praeter Euripidem et Platonem Theophr. H. Pl. VII. 9. Agatharch. Mar. Rubr. p. 15. Themist. Or. XXII. 332. A. Mech. Vett. p. 102. utuntur, oratorum usibus aeque aptum, θανατώδης autem Hipp. de Morb. Mul. II. 12. 802. B. Polyan. Strat. IV. 3. 28. Euseb. H. Eccl. VIII. 16. 402. et θανατόεις aliis regionibus adscripta sunt.

Non ita perspicuum est, qui et quando ψηφηφόρος scripserint. Hoc legitur apud Dion. Hal. VII. 59. Themist. Or. V. 65. C. ψηφηφορεῖν Dion. IX. 43. et saepius. ψηφηφορία VIII. 87. IX. 41. Plut. de Fort. Rom. X. 19. T. IX. Joseph. Antt. IV. 2. 198. cf. Hoeschel. ad Alex. L. VI. p. 164. contra ψηφοφορία Aristot. Polit. II. 5. 62. Dion. Antt. VII. 54. Plutarch. V. Coriol. XX. 83. Herodian. VII. 10. 260. ψηφοφορεῖν Lucian. Bis Acc. 18. 73. T. VII. Eunuch. 2. 205. T. V. Dion. VIII. 82. Sext. c. Rhet. II. 297. Synes. de Prov. p. 94. D.

Sunt haec et alia veteris inconstantiae documenta plurima. θεημάχος apud scriptores pedestres, quorum monumenta ad nos venerunt, non deprehenditur. Sed Ammonii praescriptio, qua θεημαχίαν affirmat pugnam cum diis, θεομαχίαν autem deorum inter se ipsos contentiones significare, p. 68. utut vana sit, tamen hoc ostendit, fuisse, qui ista forma etiam in quotidiano sermonis genere uterentur. Quam rem non mediocriter confirmant vocabula Eliaca θεηκόλος et θεηκολεών Paus. V. 15. 19. (Kuhnii ista, non Facii emendatio est) pro θεοκόρος, i. q. θεοκόλος, *deicola*, ut βουκόλος, αἰγικορεύς, ab obsoleto κόρω, κόλω, *curo*, *colo*. Quid apud Platonem θεηπολεῖν legerunt Photius et Timaeus. Sed

θεομαχεῖν quam usitatum fuerit, apparet vel ex iis, quae sacrorum librorum interpretes collegerunt, v. Schleusner. Lex. T. I. p. 920. quibus addi possunt alia multa. Θεουδόχος, quod Schneiderus ex Nonno profert, mihi non occurrit; neque dubitatio esse potest, quin ille θεηδόκος scripserit, non θεηδόχος, ut in L. XIII. 95. editum est. Θεηγενής ex eodem poeta citat Grammaticus MS. Bastii ad Greg. p. 677. Notabile vero testimonium in tanta hominis obscuritate. Venit jam in contentionem, si proprii locum accipiat, utra probabilior sit forma, Θεογένης an Θεαγένης; nam utroque modo scribitur; postremum quidem crebrius occurrit; quinquies apud Aristoph. Lys. 63. †) Avv. 822. 1127. 1295. Pac. 928. contractis primoribus syllabis; recteque arbitror Brunckium Θεογένης Vesp. 1183. in Θεαγένης mutasse, quanquam rationem, quae ab eo affertur, minus firmam puto. Invenitur tamen et illa forma non paucis in locis partim sola partim διττογραφουμένη, v. Duker. ad Thucyd. IV. 27. p. 572. Varr. Lectt. in Heracl. Pont. X. 211. Cor. neque recte a Muellero spreta est ad Tzetz. T. I. 449. quod idem contra Villoisonum valet Τιμαγένης cum summa alterius formae, quae et ipsa suos amatores habet, injuria foventem Prolegg. XVIII. Πολεμαγένης quidam nominatur ab Aeschine c. Timarch. p. 157. Hic nos ad neutram partem inclinamus et satius ducimus causam aut ampliare aut comperendinare, quam rem judicatam rescindere cogamur. Quo non satis cauto tum Portus ad Dion. Hal. IV. 10. 662. tum etiam Ruhnkenius, haud paullo major auctor, ad Timaeum pag. 168. ψηφηφορῆσαι quasi indicta causa damnarunt. Neque Boissonadius, vir doctissimus, duorum rivalium φυτοκόμος et φυτηκόμος causam

---

†) In exitu senarii ἤ γ' οὖν Θεαγένους, quo loco Bentleius (ad Callim. Ep. CCXXVII. brevitatem secundae syllabae probari credidit, duae primae syllabae pro una sonant.

disceptans ad Marin. p. 158., cur illi palmam adjudicaret, sat rationis habebat. Nam et hoc multis placuisse compertum est: Eumath. Ism. IV. 2. 128. Nicet. Ann. V. 7. 97. D. φυτηκομεῖν Liban. Decl. p. 606. p. 608. T. IV. Synes. Enc. Calv. pag. 66. D. φυτηκομία Niceph. Bryenn. VII. 9. 160. B. Niceph. Greg. II. 4. 17. E. Aesop. Fab. CCCLXXX. p. 244. Cor. Geoponn. Prooem. p. 5. ubi cod. id quod Boissonadio arridebat, φυτοκόμος praebet. Huic plane simile est οὐροδόχος Galen. Defin. Med. T. II. pag. 239. C. Schol. Arist. Ach. 82. quod Nicephorus Greg. IX. 14. 285. A. οὐρηδόχος dicere maluit. Reliqua quadrisyllaba in communi usu posita fere ŏ retinent: δισκοφόρος, κριοφόρος, ἀθλοφόρος, λαρκοφόρος, ξυλοφόρος, + χρησμοφόρος Paus. IV. 9. 487. + οἰστοφόρος Tzetz. Posth. 46. quae poetis producere licet, + διφρηφόρος, quod Valckenarius ad Herodo. p. 145. in Hermippi versu reponit. Si prima syllaba longa est, productione supersederi potest; multo magis, si secunda positione producitur. Quare quod in Aristot. H. An. V. 26. 239. unus codex ζωύφιον ξυληφθόρον offert, quum syllaba citra tertiam postrema per se satis extet et emineat, ceterum vos ipsa nihil ad ornatum conferat, ex toto recusandum est; ξυλοφθόρον exhibet etiam Hesychius ad hunc locum respiciens, quod Schneiderus adnotare omisit. Ferri posset ξυληβόρον, quod eodem modo interpretatur Hesychius. Neque Manethonem ἀμαρησκαπτῆρα scripsisse autumo, sed ἀμάρης σκ. Φαλληφορεῖν, verbum sacrum, Plut. de Is. 36. 152. T. IX. unde colorem acceperit, non difficile est ad suspicandum. Cur vero ab Hippocrate de Intern. Aff. XXXVI. 664. D. Epidem. VII. 586. T. IX. forma communis λαχανοφαγίη, ab Eustathio 1574. 27. et Schol. Theocr. Id. I. 43. ionica λαχανηφαγία recepta sit, non est nostri arbitrii.

Sed quoniam paullo ante, quum de nomine Theagenes quaereremus, de commutatione literarum ŏ et ᾱ mentionem injecimus, ab hoc aditu paucis gres-

sibus perveniemus ad id, de quo haec tota quaestio orta est. Namque haec ratio, de qua jam multa diximus, tum multa alia a neutris composita hoc colore imbuit, tum illud, de quo peculiaris est Phrynichi praeceptio. *Βιβλιαγράφος*, inquit, *λέγουσιν ἐν πέντε συλλαβαῖς καὶ διὰ τοῦ ᾱ, οὐχὶ τετρασυλλάβως διὰ τοῦ ō*, satis ille perspicue improbans tetrasyllabum *βιβλογράφος*. Sed idem rursus in App. Soph. sic docet: *Βιβλιοπώλης καὶ βιβλοπώλης καὶ βιβλογράφος*. Bibl. Coisl. p. 466. Bekk. p. 29. Haud sane levis dissensio, quam non componit, sed magis accendit Thomae judicium, haec scribentis: *Βιβλιογράφος, οὐ βιβλιαγράφος*. Horum omnium quid verissimum esset, a Polluce audiremus, nisi librarii nos ludibrio habuissent. Sic enim scribitur VII. 211. Cratinum *βιβλιογράφος*, Antiphanem vero *βιβλιογράφος* (iisdem literis) dixisse. Primum mihi dari necesse est, priorem Phrynichi locum incorrupte scriptum esse; nam id cogit oppositum: *οὐχὶ τετρασυλλάβως διὰ τοῦ ō*, quae de litera ō admonitio ineptissima foret, nisi hanc vim haberet, ut ambo vocabula prorsus diverse scribi et syllabarum et vocalium ratione intelligeremus. Quum igitur *βιβλογράφος* necessario ō servet, sequitur, ut oppositum eam literam mutet, hoc est, ut Phrynichus *βιβλιαγράφος* scripserit. Ergo etiam Cratinus et veteres Attici sic scripserunt, recentiores vero formam propriam et primigeniam in usum revocarunt, *βιβλιογράφος*, eaque causa fuit, cur Thomas, qui hos potissimum in dicendo auctores sequebatur, *βιβλιογράφος*, non *βιβλιαγράφος*, dici juberet; de cujus sententia nos certos facit Zonarae consensus p. 388. Neque aliter, quam Thomas praescribit, hoc nomen apud recentiores reperitur: Lucian. adv. Ind. XXIV. 24. T. VIII. Liban. Declam. T. I. 54. 78. 103. Epist. CCLXVI. 151. DXLIV. 264. MCXLIX. 554. Galen. Comm. II. in Hipp. Endem. I. 77. B. II. 141. F. VI. 397. A. T. IV. de Diff. Resp. III. 2. 269. D. T. VII. de Off. Med. p. 39. E. T. XII.

p. 717. apud Pollucem I. 58., ubi codicum pars ὁρκικτόμος exhibet, palaeographicis rationibus ductus ὁρκιητόμους legendum censet; cui ut minime repugno, ita ex eo, quod in aliis modo ὁρκιλτόμος, modo ὁρκιχτόμος legitur, conjecturam capio, olim hic et ὁρκιητόμος et ὁρκιατόμος (ut ὑριατόμος) scriptum fuisse, usu quippe (id quod fieri solet in rarioribus) inter utrumque fluctuante. Ὁρκιοτομεῖν Schol. Ven. T. 197. cum ὁρκοσφάλτης Tzetz. Hom. 69. Lexicis addendum. + Σκυλαδέψης apud Eustath. 450. 6. et 1710. 16. dubium est. Κομβολύτην sive manticularium Aristophanes, longitudinem quaerens, βαλαντιητόμον dixit, quod in soluta oratione βαλαντιοτόμος Plato Rep. VIII. 201. IX. 246. Aeschin. c. Ctesiph. 597. Xenoph. Mem. I. 2. 62. Plutarch. de Fort. p. 501. T. VII. Sext. c. Rhet. II. 291. Philostr. Apoll. IV. 22. 160. Liban. Decl. T. I. p. 496. Poll. VI. 150. Schol. Arist. Vesp. 1182. Unum adhuc praetermisimus e numero masculinorum θυρεαφόρος, quod θυρεοφόρος, nisi sonoritas coegisset. Sic Plutarch. V. Anton. XLV. 112. T. VI. V. Aemil. XIX. 195. T. II. Polyb. V. 53. Polyaen. IV. 6. 17. Arrian. Tact. p. 15. ed. Blanc. Hic Blancardus, illic Schweighaeuserus suo arbitrio θυρεοφόρος restituerunt, quod satis declarat, nos non importune fecisse, quod hujus quaestionis, inter veteres Artigraphos varie agitatae, memoriam commovimus. Θυρεοφόρος utique usitatior scriptura est Polyb. X. 29. Plut. V. Crass. XXV. 440. Diod. XXII. 300. Ju-

———

eam ipsam causam ὁρκιητόμους uncis inclusum apposueram, ut ὁρκιηφόρους mihi suspectum videri significarem. Idem brevitatis meae nuper Buttmanno poenas dedi, qui ὁθούνεκα recte a me scribi affirmans, utrum consulto ita fecerim, dubitat Gramm. Gr. T. I. p. 121. Quod ne quis dubitaret, cavisse mihi videbar, quum dicerem, jota conjunctionis ὅτι elidi non posse, ad Ajac. p. 339. Haec non commemorassem, jactationis reprehensionem veritus, nisi et ipse in interpretandis aliorum sententiis et errasse me nonnunquam putarem et errato ignosci cuperem.

maximo argumento est, semel occluso recto itinere, pro se quemque, quo lubitum esset, divertisse. Sic a γάλα modo + ἀρτιγάλαξ Herodian. Eustath. 1627. 45. modo ἀγάλακτος compositum, a κνέφας ἀκροκνέφης, ἀκροκνέφαιος etc. + Δύωτος apud Schol. Min. ad Odyss. II. 295. mihi aeque displicet quam δυώνυμος, quod ex alio ejusdem Scholiastae loco profert Schneiderus. Neque arbitror, eos, quos Forcellinus *dyota* scribere narrat, rogatos, cur ita faciant, respondere posse. Hoc *diota*, quoniam Bentlejus ad Hor. I. 9. negavit sciri posse, cujus generis sit, demonstrare conabor, femininum esse. Graecum δίωτος latine dici poterat *diotus*, quod modo graeco more masculina terminatione femineum genus comprehendebat, ut haec *heptaphonus*, haec *heptapylus*, haec *pandemus*, haec *canephorus*, quae intellectu rebus muliebribus tribuuntur, modo Latinorum vocabulorum propriam flexionem accipiebat, *diota*, ut *ectypa*, *archetypa*, *parectata*, *myrionyma*, *philosopha* etc. Apparet igitur, et diotum calicem et diotum s. diotam amphoram, et hoc cogitatione comprehenso *diotam* substantive dici potuisse, hoc autem neque a graece διώτης derivari neque pro masculino haberi oportere. Illa superiora non magis ad metaplasmum pertinent, quam καλλιγύναικα, ὀρσιγύναικα, + καρτερογούνασιν Tzetz. Posth. 93. Quo loco mihi leniter objurgandi sunt Lexicographi nostri, qui καλλιγύναιξ, ὀρσιγύναιξ, καταγύναιξ, et his similia monstra Empedoclea in foetutinis grammaticis procreata ad se admiserunt. Καλλιγύναιξ Etymologus tanquam naturalem nominativum, a quo καλλιγύναικα natum sit, Technicorum more ponit. Ἡμιγύναιξ apud Suidan s. Ἄῤῥεν communem cum ἑτερούας ortum habet. Ὀρσιγύναιξ, vocabulum Pelasgicum, nusquam reperio nisi apud Creuzerum in Dionysi argumentis p. 14. Ejusmodi sunt (ut pauca nominem forte occurrentia) αὐτομήτηρ, μουσομήτηρ, πολυμήτηρ, παμμήτηρ, quod cod. August. in Soph. Antig. 1268.

Tt 2

memorabile est, Stephanum Byz. s. *Ἀδρία* ex eodem Aristotelis loco *διδυματοκεῖν* proferre, quod ne quis pro corrupto explodat, obstant alia exempla: Apollod. III, 10. 2. Callim. H. in Apoll. 54. Orph. H. XXXV. 1. Epigr. *Ἀδεσπ.* DCCXXX. 278. T. IV. Nonn. Dion. III, 394. Maneth. IV. 445. Adeo enim in hanc formam effusi fuerunt librarii, ut eam etiam in epicos transfunderent. *Διδυμητοκεῖν*, quod his unice convenit, in illo Stephani loco codex Perusinus tenuit. *Νοθαγενής*, quod Lexicographi falso pro dorico habent, Euripidi usui fuit Ion. 592. *νοθογένης* ap. Hesych. et Suid. s. *ψήληκες* illis intactum; *νεαγενής* (epicum *νεηγενής*) Eur. Iph. A. 1623. in cantico autem *νεηθαλής* praetulisse videtur. Solutae orationi satisfacit *νεογενής* Plato Legg. VII. 327. †) + *Ξενηδόχος* (*ξεινηδόκος* Nonn. XVIII. 509.) Grotius et Brunckius in Gnomis monostichis p. 547. metri causa pro *ξενοδόχος* ediderunt. Atque haec quidem aliquis dixerit metri conditionem a communi et primum se offerente ratione deflexisse. Sed eandem a vulgari et simplici specie mutationem etiam vocabulis quibusdam communis usus adhibitam esse, indicia afferre possum non multa quidem sed ad assentiendum probabilia. Zonaras p. 559. *Δολιχαδρόμον, οὐ δολιχοδρόμον· χαίρουσι γὰρ τῷ ᾱ οἱ Ἀττικοί.* At vero nunc *δολιχαδρόμος* nusquam locorum apparet. Num dubitamus, librarios in has veteris Atthidis reliquias impune, tanquam in aperta et professa vitia, libita sua exercuisse? Et haeret adhuc singulari fortunae gratia illi simillimum *μακραδρόμος* in Xenophonte Cyneg. V. 21. quod jam Stephanus ad communem rationem redigere tentavit. *Ξεναλόγος* Hesychio acceptum facimus. *Μαδαγένειος*, quod his lite-

---

†) Lexicis accedat *νεοπλουτοπόνηρος* Eupolidis apud Steph. Byz. s. *Δούλων πόλις*. *Νεοκατάγραφος* Appian. H. Rom. VI. 78. 195. *νεόβουλος* et *νεαβουλευτής* Synes. Ep. XXXVIII. 180. D. *νεόπιστος* Euseb. H. Eccl. V. 16. 229.

tis enotatum legitur apud Photium, μαδηγένειος scribit Pollux II. 88. Tragicorum vocabulis adnumerans, licet sic etiam in Aristot. H. Anim. legatur l. 10. 113. ubi librarii inter μὴ δαγένειοι, μὰ δυγένειοι et ὁμαδηγένειοι oberrant; sed vel hinc intelligi potest, viros egregios, Jo. Camerarium et Schleusnerum vulgatam Photii et Pollucis scripturam sine causa impugnasse. Quod hic memorat, σπανοπώγων, reponendum videtur in Comput. Pythag. in Bibl. Matrit. p. 336. ὁ Κρόνος σημαίνει ἄνδρας + μηλόχροας, σπαδοπώγωνας. In Platonis loco apud Eustratium vel Aspasium ad IV. Nicom. p. 58. non σπαρτοχαίτης legitur, ut Schneiderus refert, sed id quod metrum requirit, σπαρτιοχαίτης. Verum aberramus. In Onomatologo IV. 16. quum olim lectum esset ναῦς μυριαφόρος, ὡς Θουκυδίδης, quod cum ἱεραφόρος congruit, magno consensu μυριοφόρος reposuerunt, quod et hic offerunt Msta et Thucydides agnoscit ipse VII. 25. multique praeterea usurpant alii, Ctesias Indicc. VI. 827. ed. Wessel. Philo Quod mund. incorr. p. 963. A. Aristid. Or. in Sarap. p. 50. T. I. Or. Plat. I. p. 93. T. II. Themist. Or. XVI. 212. A. Heliod. IV. 10. 161. Nicet. Ann. III. 1. 51. D. Anon. Suid. s. Πλάτη; †) eodemque modo etiam χιλιοφόρος dicitur et μυριόφορτος, v. Wernsdorf. ad Himer. Or. XIV. 622. μυριαγωγὰ σκάφη Philo de Plant. Noe pag. 217. D. et omisso nomine μυριαγωγά Strabo III. 3. 405. quod addi potest Bosianis exemplis s. v. Πλοῖον. Sed obsequar nunc ingenio, promamque conjecturam, quae saepius repudiata hic rursus abblanditur. Mihi enim, qui ναῦν μυριοφόρον interpretantur *decem mille homines ferentem*, non reputare videntur, quid Amphitritae *humeri valeant, quid ferre recusent.*

---

†) Hoc fortasse reponendum in Theophanis loco, quem Du Cangius citat p. 977., pro μυριοβόλος, cod. μυριαγωγός praebente. Lexicis infer μυριότης Sap. XII. 22. μυριάριθμος Niceph. Greg. XV. 2. 471. D.

Tantam multitudinem ne illa quidem tulit Ptolemaei Philopatoris moles, ad usum prorsus immobilis. Itaque praestat navem intelligi decem millium amphorum, qualem Graeci μυριαμφόρον dicebant Arist. Pac. 521. ut minorem δεκαμφόρον. Et hoc mihi vetus illa Pollucis scriptura significare videtur, si lineolam directam, quae literae ᾱ superposita μ̄ indicat, reduxeris. Neque fide abhorret, librarios vulgatiori nomini μυριοφόρος adsuetos hoc etiam Thucydidi impertiisse. Sed ab hoc, quoniam res in apertum discrimen evasura non est, abibo, si de numeralibus multiplicationis breviter exposuero. Haec ducuntur partim a dativo feminino, cujus usus in ipso Homerico τριπλῇ τετραπλῇ τ' ἀποτίσομεν apparet, eoque casu etiam Latini in multiplicando utuntur, *triplo*, *decuplo*; unde derivandum est Herodoteum πολλαπλήσιος I. 155. Partim ab accusativo neutrius pluralis, cujus positionis proprius est usus, quum de numero aut percontamur aut respondemus: τοσαυταπλάσιος, ὁποσάπους Lucian. Gall. IX. 303. T. VI. ὁσαπλάσιος et τοσαπλάσιος Archim. de Sphaer. et Cycl. L. I. 2. ὁποσάμηνος Hipp. Epid. IV. 743. (τοσάριθμος Schol. Ven. *B.* 488. hic, quia Lexicis deest, commemoro) et quae Struvius Observv. Part. XII. in alia quaestione ad solvendam Schneideri suspicionem adhibuit, denique communissimum illud πολλαπλάσιος, quod in pluribus Herodoti locis ionicam formam expulit, V. 45. VII. 48. VIII. 10. et 140. Adjectiva definiti numeri communem in compositione rationem sequuntur: χιλιοπλάσιος, μυριοπλάσιος, quo etiam ludicrum illud πολλοδεκάκις inclinat. A τρίτη μοῖρα componitur τριτημόριον, quod universae classis specimen est, τεταρτημόριον, ἑνδεκατημόριον, πολλοστημόριον etc. In Machonis versu Athen. XIII. 45. 105.

Ἂν γ' ἐλαδίου
τεταρτημόριά μοι, φησί, προσενέγκῃς τρία.

τετρατημόρια potius quam τεταρτομόρια vel etiam τριτημόρια scribendum, neque ἑκαστεπόστῃ Poll. IX. 46. diutius tolerandum videtur. Locus est ex Aristophanis Gerytade, ubi Astronomum horologium monstrantem *Πόλος τόδ' ἐστιν* — sciolus auditor interpellat *κᾆτα πόστην ἥλιος τέτραπται* — *dic igitur, ad quotam sol se verterit*, unde illud conflatum: *Πόλος τοῦτ' ἐστὶν· ἑκαστεπόστην ἥλιος τέτραπται*.

De ἀκράχολος perperam tradit Eustathius p. 1735. 44. τιθαιβώσσω explicans. *Ἡ παραγωγή*, inquit, *ὁμοία τῷ Πυλαιμένης, μεσαιπόλιος· τὸ ἀκράχολος οὐ προςλαμβάνει τὸ ι, οὐδὲ τὸ ταλαπείριος, καίτοι τῶν ὕστερον τὸ ι προςλαμβανόντων, ταλαίπωρος, ταλαίμοχθος*, aliisque locis p. 360. 1509. cum his ἀκραιφνής, γυναιμανής, μεσαίτερος, πεζαίτερον (agnoscis inveteratum errorem pro πεζέταιρος), περαίτερος componit, communia solitariis, usitata obsoletis, quadrata rotundis miscens. *Ἀκράχολος* occurrit ap. Aristoph. Eqq. 41. Fragm. Inc. CXXXIII. 289. idemque in Epinici versibus Athen. X. 40. 82. reducendum esse dixi Nott. ad Aj. p. 284. quam correctionem postea et Jacobsius adhibuit Animadv. in Athen. p. 236. et Hermannus in Wolfii Analect. P. III. p. 73. contra Barkerum disputans, meorum forte immemorem. Hoc vocabulum, cujus hanc scripturam adhuc Eustathius tenuit p. 1859. 53., saepe a librariis corruptum esse indicium dat Antiatticista Bekk. p. 77. Platonem in secundo de republica ἀκράχολος dixisse, apud quem nunc ἀκρόχολος legitur Rep. III. 310. T. VI. Legg. VII. 327. et ἀκροχολεῖν Legg. V. 215. quod et in Aesopi Fab. LXII. 315. legitur; ἀκρόχολος Philo de Temulent. p. 273. 13. Plutarch. de Exsil. XII. 378. T. X. Themist. Or. XXII. 269. D. Nicet. Ann. XV. 6. 304. B. ἀκροχολία Plutarch. Praec. Polit. XIV. 167. T. XII. de Adul. ab Am. dign. p. 172. T. VII. Antiquitatem formae distinctioris testatur Hippocratis ἀκρηχολία Epidem. VII. 559. F. T. IX. pro quo ἀκρητόχολος in libro de Fract. p. 267. D. obviam

habuimus, non majore, ut arbitror, discrimine separata, quam *ἄκρος ὀργήν* et *ἄκρατος ὀργήν*. Hinc non multum differt + *ἀκρόχειρ* pro *ὀξύχειρ* ab Etymologo commemoratum. Illuc etiam referri debet *ἱεραφόρος* Plutarch. de Is. et Osir. III. 104. T. IX. quod Squirius in communiorem speciem deformavit. Sed ex eo si quis colligeret, *Ἱεραπολίτης* et similia in hoc numero censeri posse, plurimum erraret; nam haec propriam habent regulam, quam generatim exponam. Nomina enim ethnica primitiva in parathesi sunt, derivata in synthesi: *Γορδίου τεῖχος*, *Γορδιοτειχίτης*, *Διονύσου πόλις*, *Διονυσοπολίτης*, *Ἵππου ἄκρα*, *Ἱππακρίτης*, *Ἑρμοῦ πέδιον*, *Ἑρμοπεδιανός*, *Κόρακος πέτρα*, *Κορακοπετραῖος*. Sic etiam ut a *Νέα πόλις*, *Νεοπολίτης*, *Ἱερὰ πόλις*, *Ἱεροπολίτης*, et similia eodem modo dicerentur, consentaneum erat. Sed horum omnium summa est confusio et ex uno genere in aliud crebra mutatio; namque non illa solum, quae ex obliquo et recto constant, nonnunquam synthetа sunt, *Ἡλιόπολις*, *Διονυσόπολις*, et de quo Ethnographus nos edocet: *Πομπηιούπολις — τινὲς δὲ δίχα τοῦ ō Πομπηιόπολις*, unde librarii inter *Γυναικόπολις* et *Γυναικόςπολις*, *Αἰγοςποταμίτης* et *Αἰγοποταμίτης* ancipites errant; sed etiam in his, quae ex duobus integris, ut *Νεάπολις*, compinguntur, non raro prima pars immobilis manet, *Νεαπολίτης*, in qua varietate sunt etiam nomina *τῶν τοπιτῶν*, *Ἱεροπολπίτης*; *Ἱεροκωμήτης*, *Ἱεροπολίτης*, et vicissim *Ἱεραπύτνιος*, *Ἱεραπολίτης*, *Hieracometes* Plin. V. 30. 55. Haec in antecessum; erit enim alius de his dicendi locus. Antequam vero hinc abeam, illud obsoletum compositorum genus, in quo pro ō assumitur ι, breviter circumscribam. *Μυρίπνους* Archyt. ap. Plut. Quaest. Graec. T. VII. p. 182. Philo Eleg. ap. Galen. de Comp. Med. L. IX. 4. 608. C. T. XIII. Sibyll. Orac. L. V. 569. et aliquoties in Analectis legitur, quae non minus multa alterius formae *μυρόπνους* exempla suppeditant. Tali modo et illa efficta dixerim, *ἀργίπους*, *ἀργικέραυνος*, *γει-*

σίπους, (γεισσήποδες scribitur Moschop. Sched. p. 205. ut ἁμαξήποδες, κυνήποδες) χάλκιοικος, φοξίχειλος, (quod Barkerus Diar. Class. Ann. MDCCCXVI. N. 25. p. 171. ex tota Graecia exterminat) μυστιπόλος. Hoc postremum, ceteris recentius neque solvendo promptum, ad exemplum aliorum, μαντιπόλος, νυκτιπόλος, compositum videtur, eaque forma tot testimoniis nititur, v. Maneth. IV. 229. Nonn. XII. 18. XIII. 188. XXIV. 40. XXVI. 227. XXX. p. 506. 18. XXXI. 521. 5. XXXIII. 547. 20. XXXVIII. 637. 5. XL. 680. 24. XLI. 707. 12. XLVII. 792. 13. XLVIII. 852., ut μυστοπόλος, quod Stephanus ex duobus Anthologiae locis profert, quorum in altero Hymn. in Apoll. 518. nunc μυστιπόλος legitur, alterum non reperio, hoc ergo ut suspectum habeam, malimque in Orph. Hymn. XVII. 18. μυστιπόλος cum Lennepio Animm. ad Coluth. p. 150. quam μυστοπόλος, quod Hermannus vulgato μουσοπόλος substituit, in locum recipi. Φοξόχειλος habent Lexx. MSS. in Matthaei Gloss. Min. p. 19. Etym. M. s. v. et Schol. Ven. de quo errat Schweighaeuserus ad Athen. XI. 60. cf. Buttmann Lexilog. p. 242. sq. Hoc totum genus artis et brevibus clausum est finibus, ut jam nobis alia, quam quae veteres illi reliquerunt, effingere nefas sit, quod ne Ruhnkenio quidem facere permittimus, qui κρημνιβάδες Hesychio condonavit, Schaefero probatum ad Long. p. 370. Id quomodo salvis analogiae legibus sanitatem recipere possit, infra demonstrabimus. Τοξίκρατος (sive potius Τοξικράτης) et Τοξικράτη, quae Schneiderus enumerat, primum nomina propria sunt, quorum licentia major, deinde similitudine futuri aures fallunt, ut γεισίπους, φοξίχειλος, ἰξιβόρος, postremo dubium est, an recte sic scribantur, cum Τοξοάνασσα et Τοξοφόνη apud Tzetzam occurrant Posth. 177. fictitia quidem illa, sed tamen ad similitudinem priscorum nominum efformata.

§. V.

De nominibus tertiae declinationi adscriptis.

Venimus jam in locum lubricum et periculosum, in quo veniam habebimus, si cursus ad singula vestigia resistat. Nam si in illis, quae jam decursa sunt, saepe ab omni nos sustinuimus assensu, propterea quod nullam habebamus regulam, qua vera et falsa judicaremus, quanto id magis fieri necesse est in tanta imparisyllabae declinationis varietate et copia, unde quae generantur compositorum formae, in omnes partes diffusae, luxuriantis germinis modo, multiformi ambage intuentium oculos fallunt. Qua in disputatione ut istam rationem, quam coepimus, teneamus, repetam ab incunabulis grammaticae disciplinae.

Τὰ ἐκ δύο τελείων σύνθετα ὀνόματα ἀπὸ εὐθείας, ὡς τὸ ζωηφόρος, ἀπὸ γενικῆς, οὐδενόςωρα, ἀπὸ δοτικῆς, Ἀρηΐφιλος, ἀπὸ αἰτιατικῆς, Ποδαλείριος. Etym. M. p. 208. 47.

Primi casus exempla paucissima sunt, eaque omnia a poetica licentia sumta. Unum est ceteris notabilius πολισσοῦχος, cui cave componas πολισσονόμος, quod qui fabricavit, suavitatis causa contra rationem peccavit. Quum enim in plerisque vocabulis, quae cum ἕλκω, ἔργω et ἔχω componuntur, in confinio utriusque vocabuli ō et ē concurrant in οῡ confluxurae, ταλαντοῦχος, πολιοῦχος, κυνοῦλκος, ἁμαξοῦργος (instabili illa et erratico accentu), a consuetudine impetratum est, ut ea quoque, quae aliter se haberent, hunc flexum sequerentur, πολισσοῦχος, τελεσιουργεῖν, ἐντεσιουργός, πανοῦργος, ταλασιοῦργος, quibus veluti ex insitu alieni surculi novus color tractus est. Ordinem servant κωλυσιεργεῖν (cujus utraque forma apud Philonem occurrit, haec in L. de Gigant. 288. B. κωλυσιουργεῖν Legg. Alleg. II. pag. 95. D.) et quod pro illo in Homero legitur ἐντεσιεργός. Eorum autem, quae tres similes casus habent, neque interest, ad primam an quartam referantur positionem,

usus liberior fuit. Primum enim vocabula neutra, quae aut ab omni literarum expletivarum formativarumque concretione segregata, velut πῦρ, aut quam minimis admista sunt, h. e. quae in ῐ et ῠ exeunt, μέλι, δόρυ, γόνυ, ἄστυ, μέθυ, haec ergo speciem suam, quum aliis componuntur, incorruptam servant: δορυβόλος, ἀστυνόμος, + μελίπτορθος Andromach. ap. Galen. de Antidot. I. 5. 877. A. + μελιπτέρωτος Athen. XIV. 23. 294. etc. Nisi sic potius habendum, his quoque genitivos subesse, sed circumcisos. Suspicioni propinquiora sunt ea, quae terminatione secundaria, hoc est, a verbalibus inclinamentis translata sunt. Κυμάκτυπος, quod a Lexicographis affertur e Simmiae vv. ap. Hephaestionem pag. 36. Gaisf., eo loco κυμόκτυπος scribitur, ut congenera omnia, Κυμοθόη, Κυμοθάλης. *Stomacacae* nomen specie ipsa immunditiem medicinae castrensis redolet, v. Gruner. Antiqq. Medic. II. 137. στομοκάκη ex alia parte cum ποδοκάκη, τραχηλοκάκη congruit, sed qua auctoritate nitatur, nescio. Pro νομοθέτης Platon. Crat. p. 404. B., quod mihi non inepte tueri videtur Gesnerus ad Quintil. VIII. 3. 37., Ficinus et Basileenses ὀνομαθέτης exhibent, sed cod. Gudianus ὀνοματοθέτης praebet, ab Heindorfio hoc et aliis locis p. 589. D. reductum. Quo loco ne quem vereri subeat, ut Graeci hunc tot brevium syllabarum concursum facile tulerint, primum ὀνοματοθέτης et ὀνοματοθεσία etiam apud Eustathium legitur p. 39., tum Suidas Palamedis Eleatae Ὀνοματολόγον memorat, Polluсemque Ὀνοματολόγου elogio ornant Grammatici, v. Hemsterhus. Praef. pag. 35. Ὀνομακλήτωρ legitur apud Lucian. Merc. Cond. X. 227. diverso in Edd. accentu notatum, Athen. II. 29. 182. rectius fortasse ὀνοματοκλήτωρ in Glossar. Graec. Lat., nisi illud ad imitationem latini sermonis compositum talique specie est, qualem ὀνομάκλυτος habet, quod veteres Critici paratheton quam syntheton esse maluerunt, v. Schol. Ven. XXII. 51. Sed librarios in hunc errorem proclives fuisse, ut syl-

labam genitivi terminativam omitterent, documentum est ὑδακοτεῖν, quod Schneiderus adnotat pro ὑδατοποτεῖν subrepsisse. Duo afferri possunt exempla certa et antiqua, χειμάῤῥους et ἁρματροχία, quem ad numerum etiam αἱμακορίαι adscribi posse videtur, si hoc eam originem habet, unde σιτόκουρος ortum esse conjicio. Γραμματόκος brevi alpha in Democharidis Epigr. II. non dubito quin depravatum sit pro γραμμοτόκος, *lineam pariens*, ac fortasse etiam in Athenaeo pro γραμμαδιδασκαλίδης substitui debet id quod in Diogene legitur γραμμοδιδασκαλίδης. Sic στημοῤῥαγεῖν, (pro στημονητικὴ Pollux στημονονητικὴ a nominativo στήμων repetitum adnotavit) χειμοθνής, σημοθέτης, + αἱμοφθόρος Hesych. + σπερμοφάγος Id. s. Φαβοτύκος, atque alia dicuntur, quae, si longa requiritur syllaba, ō in ῆ mutant, αἱμηπότης, quod Apollonius Ionibus tribuit; et vero etiam nonnunquam incorrupta forma repetitur, ἁρματοτροχία Philo de Agric. p. 198. C. σπερματολόγος, v. Albert. ad Glossar. N. T. p. 79. Itaque Eustathio assentiendum est haec et talia a genitivis imminutis repetenti p. 1895. 53. Manifesta hujus abscissionis vestigia apparent tum in latinis *lapicidina*, *limitrophus*,[1] *homicidium*, *camelasium*, tum maxime in graecae antiquitatis reliquiis, κελαινεφής, γυναιμανής, Ἀτλαγενής Hesiodio, quod Ἀτλαιγενής (ut Κρηταιγενής) scribitur apud Athenaeum, et, quae jam latius diffluxere, + στλεγγοποιός a Polluce relatum, ἀλεκτρυοπώλης, ἀκμόθετον, v. Eustath. pag. 1150. 60. κιόκρανον, quod Antiatticista Bekk. p. 105. ex Platone Comico refert, et in verbis: χερνίπτω, ὀρκύπτω; quae specie diversa, genere paria sunt. Sunt enim omnia partim obsoleta, partim ab antiquitate retenta, partim usus crebritate corrupta; quorum quum rationem reddere coguntur Grammatici, miserabile est, quantum trepident et discrucientur. Equidem haud in magno discrimine ponam, utcunque haec quis formata censeat, antiquae necdum in habitum nomi-

plis creditur; syllaba ις unde venerit, mysterium palaeographicum est. Sed sive sic est, sive alio modo, illud indubitatum videtur, antiquum Graecorum sermonem, toto genere flexibiliorem, in vocabulorum textura a primis velut staminibus progressum esse atque his modo ipsis, modo interposita litera connexiva (σημ — ο — θέτης), aliud adnexuisse vocabulum.

Hinc jam possem in aliam partem progredi, nisi praeviderem fore qui unum haud ignobile genus a nobis praetermissum querantur, illa dico, γερασφόρος, κερασφόρος, σελασφόρος etc. Fuit haec certe Porsoni sententia Praef. ad Hec. p. IX., in κερασβόλος et κερασφόρος integrum servari κέρας, in κεροφόρος autem ultimam literam veteris nominativi κέρος abjectam esse; quorum neutrum concedi debet. Persistam in hoc nomine κέρας, cujus quot sunt genitivi formae, tót reperiuntur etiam compositorum schemata. I. *ΚΕΡΑΟΣ*, κεραοξόος, κεραελκής. II. *ΚΕΡΕΟΣ*, κερεαλκής, κεροῦχος, κεροφόρος, + κεράρχης in Opusc. de Vocc. Milit. Suidae T. III. p. 713. et Stephani Thes. Append. p. 76. III. *ΚΕΡΑΤΟΣ*, κερατοφόρος. IV. *ΚΕΡΩΣ*, κερωτυπεῖν, de quo infra dicetur. Unde igitur κερασφόρος emergit? Ex κέραος inquam. Nam ex duabus vocalibus casualibus modo posterior detrahitur: σάκεος, σακεσφόρος †), τευχεσφόρος, ἀκεσφόρος, ἀνθεσφόρος, τελεσφόρος, σακεσπάλος, γέραος, γερασφόρος, σελασφόρος, modo prior: θύεος, θυοσκόος, φαοσφόρος, φωσφόρος, qua ablata in communi et jugi sermone etiam consona extrema excidit, ἀνθοφόρος. Si cum illis componas ὀρέσβιος, ὄρεσφι, στήθεσφι, quae ambo Tryphon a genitivis repetiit, v. Lasc. III. sect. 6. B. 2., hoc genus ex omni parte apertum erit, ne-

†) Buttmanno scio hoc sigma non indidem natum, sed εὐφωνίας gratia extrinsecus receptum videri Lexil. p. 165. cui concederem, si haec litera non huic uni generi vocabulorum communium adhaereret, atque ita adhaereret, ut omitti prorsus non posset.

que quisquam ἐγχεςπάλος, ἑκεςβόλος ex ἐγχεσιπάλος etc., ut in Lexicis traditur, contracta esse credet. Postremo adjiciendum videtur etiam illud, quod haec vocabula partim eadem forma, partim ea, quae minus apertum insignemque numerum habet, a pedestribus scriptoribus usurpantur, ut τελεςφόρος, quod Aristoteles dithyrambicis adnumerat Rhetor. III. 3. 801. multi, praesertim recentiores, triverunt, v. Wetsten. ad Luc. VIII. 14. et Schleusner. Lex. N. T. p. 991. T. II. + τελεςφόρημα Nicet. Schol. in Synes. p. 415. A. τὴν φωνὴν ἑκεςβόλος Max. Tyr. XXXII. 126. poeticum magis est quam oratorium. Sed Dianam σελαςφόρον vulgus communiter cum poetis appellavit: Paus. I. 31. 721. κεραςφόρος Theophr. de Anim. Col. Mut. p. 470. Herodian. I. 15. 40. Lucian. Bis Acc. IX. 59. T. VII. + κεραςφορεῖν Schol. Ven. Θ. 271. κερατοφόρος Arist. An. II. 2. 45. + κερατίζειν Aesop. Fab. CCCLXXIII. 240. et saepius in LXX, qui et κερατίστης indidem sumunt. Sic et γεραςφόρος et γερατοφόρος (nisi Lexica fallunt), ἁρμοφορεῖν et + ἁρματοφορεῖν, ἁρματοφόρος Schol. Ven. IX. 752. ἁρματοποιός Schol. Par. Apoll. I. 752. τερατοσκόπος et τερασκόπος alternant. Pro hoc erunt qui τεραςσκόπος scribi malint, ut πρόςσφαγμα, v. Hermann. ad Hecub. pag. 65. πρόςσχετε, v. Porson. Praef. Hec. Suppl. XLVII. προςστάς, v. Schaefer. ad Dion. p. 141. Schneider. Animm. ad Theophr. Char. XIV.

Denique etiam adjectiva nonnulla a nominativo incorrupto composita vel certe specie ejus casus adumbrata genitivi flexum recipiunt, hoc discrimine, ut nominativus adverbii significationem inferat, πανάθεσμος, πανάγαθος, πανόπτης, πανδώτειρα, a quo παντόπτης, παντοδότειρα aliquid differt, sed ita parum, vix ut animadverti possit. Sic quem Pindarus παμβίας, alius παντοβίας dixit; pro παντότολμος Niceph. Greg. VII. 5. 145. E. F. margo formam minus poeticam πάντολμος exhibet, quod legitur XIV. 10. 463. F. πανοῦργος contra, quum

essent usu tritum et vulgare, poetae πανtοῦργος dicere maluere. + Πανώλης Philon. de Creat. Princ. p. 723. D. mendose scriptum pro πανάδικος. Sic μεγάδωρος et μεγαλόδωρος: + μεγάλοζος Anna Comn. IX. 250. D. + μεγέρανος Ib. I. 21. C. μελαγχαίτης cum integrioribus significatione congruunt, usu differunt. A femininis initia sumi, mihi ignotum, neque dubium est, quin Sophocles ap. Etym. M. s. Ἐσφηκωμένον †) non μελαινόπονες, sed + μελανόρινες scripserit, ut in Photio legitur. Quae L. Doederlein in Spec. Ed. Soph. p. 78. cum illo confert, ἡδεῖα pro ἡδέα et θήλειος pro θῆλυς, longissime distant.

§. VI.

Πλαγιοσύνθετα.

Una pars superest tum ad cognoscendam graeci sermonis varietatem potentissima, tum supra dictis longe difficilior, eorum dico, quae ab obliquo sive corrupto sive integro componuntur.

Τὰ εἰς ἀμετάβολον λήγοντα σύνθετα κατὰ τὴν ἀρχὴν οὐδέποτε ἀπὸ τῆς εὐθείας συντίθεται, ἀλλ' ἢ ἀπὸ γενικῆς ἢ ἀπὸ δοτικῆς· καὶ εἰ μὲν ἡ ἐπιφερομένη λέξις ἄρχεται ἀπὸ συμφώνου, ἀποβάλλει ἡ γενικὴ τὸ σ, οἷον φρενοβλαβής, χηνοτρόφος (adde Lexx.)· ἐὰν δὲ ἀπὸ φωνήεντος ἄρχηται, ἀποβάλλεται καὶ τὸ ο̅ καὶ τὸ σ, οἷον φρεναπάτης, χηναλώπηξ. Δεῖ προσθεῖναι, εἰ μὴ ἄρχεται ἀπὸ τοῦ η̅ ἢ ἀπὸ τοῦ ε̅· τότε γὰρ τὸ σ̅ μόνον ἀποβάλλεται, οἷον χειροήθης, χειροεργός καὶ χειρουργός, λιμενοειδής. Δεῖ προσθεῖναι καὶ χωρὶς τοῦ χειρώναξ· τοῦτο δὲ γίνεται κατὰ κρᾶσιν χειρώναξ, ὡς Ἱππώναξ. Etym. M. 870. 53. Ut retro ordinem agam: χειρώναξ (χειρῶναξ), ut Ἱππώναξ (Ἱππῶναξ), constanter sic scribi videmus; reliqua composita, in quibus ō cum aliis vo-

---

†) Ad interpretationem hujus Sophoclei loci pertinet scire, μύρμηξ dici certum genus.

calibus concurrit, illud modo servant, modo amittunt, modo contrahunt. *O A.* παντοάναξ in carmine iambico de Imper. Orient. p. 55. T. I. Corp. Hist. Byzz. Πλειστοάναξ Thucydides fere semper et Pausanias, Πλειστώναξ Plutarchus; Πυθώναξ Simonid. Epigr. XCVI. p. 77. quem lemma Πυθόνακτα vocat; νεάλωτος Hesych. νεοάλωτος Herodo. IX. 120. Dio Cass. XLIX. p. 473. L. 38. 597. ὑποαμουσότερος Plato Rep. VIII. 193. T. VII. unde vel hoc, vel, quod malim, ὑπάμουσος Lexicis addatur licet; illi confer ὀρθοάκανθος etc. *O E.* Ἀγαθοεργούς Ἀττικοὶ τοὺς ἀγαθόν τι ἐργασαμένους Anecd. Bekk. p. 333. sic ἀγαθοεργός Porph. Abst. II. 38. 174. Polem. Physiogn. I. 16. 266. Damascius Suid. s. ἀγαθοεργία. Hoc ipsum est apud Procop. de Aedif. Justin. Praef. p. 2. C. Themist. Or. XV. 192. A. Basil. Exhort. ad Fil. 184. B. et Herodot. III. 154. ex quo ἀγαθουργίαν citat Antiatticista Bekk. T. I. p. 78. ἀγαθοεργεῖν semel in N. T. legitur, ἀγαθουργεῖν Cyrill. c. Julian. III. 81. A. + ἀγαθούργημα Theoph. Inst. Reg. II. 27. 213. C. Κακοεργία Edd. nonnullae Plat. Rep. IV. 422. A. κακοεργασία Lesbonax Protrept. p. 25. T. VIII. κακοεργός Annaeus Gaz. Theophr. p. 65. Hesych. s. Δύσοργος et Phot. s. Κακεργέτησι. + Κακοεργής Anonym. Physiogn. ap. Boisson. ad Marin. p. 131. Sic et ἀξιόεργος et + κομψοέπεια Cyrill. c. Jul. III. 76. B. et ea quidem in hac una forma reperiuntur; pro φιλεργία cod. Xen. Oec. XX. 26. φιλοεργία praebet; quod et ipsum in Lexicis omissum est. Κλυτόεργος, quod poetae frequentant, restituebam Quinto Cal. I. 732.

Οὐδέ νυ σοί τι μέμηλε
ἀμφ' ἀρετῆς κλυτοέργου.

ubi nunc κλυτὸν ἔργον legitur. †) Ὁμοέστιος Plutarch.

---

†) In ejusdem poetae L. VII. 380.

καὶ ὁππόσα Τρῶας ἔρεξεν
Ἀμφὶ πόλιν Πριάμοιο φέρων, καὶ ὅσ' Ἀτρείδῃσιν

leni emendatione et, ut mihi quidem videbar, plausibili reposueram

Symp. VII. Quaest. IV. 5. 302. T. XI. Marin. V. Procul. c. IX. et XII. cujus priore loco codex ὁμέστιον exhibet, quo Suidas utitur. In pari varietate sunt αὐτοἐξούσιος et αὐτεξούσιος, ψευδοεπεῖν et ψευδεπεῖν, ἀνδρείκελα, quo permulti utuntur, v. Ruhnk. ad Tim. p. 56. et + ἀνδροείκελα Clemens Alex. p. 79. λαμπρείμων et λαμπροείμων, λευχείμων et λεοκοείμων, ψευδενέδρα et ψευδοενέδρα, quorum illud Corayo ad Polyaen. p. 531. potius videtur; mihi utrumique par est. Lexicis addenda sunt haec: αὐτοέπαινος Schol. Venet. Π. 70. φιλοεστιάτωρ Philo de Joseph. 556. A. φιλοεπής Suid. s. Κῦρος, βαναυσόεργος Eustath. 753. ὀλιγοεξία Nicomach. Geras. I. 20. Bull. et, de quo dubitatur adhuc, παντοεπής Adamant. Physiogn. II. 27. 428. αὐτέλεγκτος ap. Athanasium et Annam Comn. v. Hoeschel. ad Alex. VI. p. 165. *O H.* Praeter κακοήθης, quod in Lexica jam relatum est, occurrit etiam κακήθης in Andromach. Theriac. ap. Galen. de Antid. V. 876. B. T. III. Adde βαρβαροήθης Schol. Venet. Η. 89., γυναικοήθης Hesych. s. μαλθακός, ὁμήθεια Idem s. ὁμαιχμίη, ἀκακοήθευτος Eustath. 'Ιλ. Γ. 408., ἀκακοήθης Euseb. H. Eccl. V. 5. 215. Schol. Pind. Nem. VIII. v. 59. ὀλιγοήμερος Eustath. p. 18. ῥλοήμερος Moschop. ad Hesiod. v. 131. μεσοῆλιξ Tzetz. Posthom. 358. et ex alio genere τετραήμερος Gregor. -Naz. Or. XXV. 465. D. Μητροήθης, quod Jacobsius in Parall. Analect. reperisse sibi visus est, non uno nomine suspectum habeo. Epigramma hoc est: αὐτὴ τικοῦσα παρθένος πάλιν μένει, καὶ μὴ θροηθῇς· ἔστι γὰρ τὸ παιδίον θεός· ubi μὴ θροηθῇς dictum est, ut solent recentiores, pro μὴ θαυμάσῃς. *O I* non confluunt in diphthongum, sed prior nonnunquam ejicitur; ψευδιερεύς et + ψευδοϊστορεῖν Eu-

---

φέρων κλέος. Postea mihi nescio quid scrupuli injecit Spitznerus meus Observv. in Quint. p. 259. locutionem φέρειν κλέος Epicis vel inauditam vel certe insolitam esse affirmans. Unde vero nomen epicum Φέρεκλος, nisi a φέρων κλέος compositum est?

stath. p. 363. Duplex OO, praeterquam in vocabulis cum πρό compositis, raro occurrit vel apud poetas non contractum: ut ἀστεροόμματος, λευκοόπωρος, neque tamen idcirco summe necessarium erat in Hesychio: Δύςοσμος, κακόοσμος· κάκοσμος corrigi; φιλόοινος Polemo Physiogn. II. 13. 294. κακοοινία e Geoponn. χρηστοινεῖν e Strabone affertur; + κακοικονόμος Philo de Merc. Meretr. 865. A. In Diod. Sic. XII. 12. 32. 33. T. V. bis legitur κακομιλία, eodem, puto, errore, quo in Pallad. Epigr. CXLIII. p. 144. in cod. Vatic. κακήμερος scriptum est. O et Υ nunquam in diphthongum coeunt: Λινοῦφος in Glossis vel λινόϋφος fuit vel λίνυφος (ut σινδονυφής, σπάνυδρος), quod vel *linyphariorum* nomen ostendit. Textrinam ipsam + λινοϋφίον (λινουφεῖον) vocat Eusebius de Vit. Constant. II. 33. p. 553. εἰς γυναικεῖα ἢ λινοϋφία ἐμβληθέντες. Δάσοφρυς Adamant. Phys. II. 26. 421., e quo, si unam addideris literulam, λασιόφρυς emerget, tamen defendi quodammodo potest consimilibus τράχουρος, θρασαύχην. Sed ne majorem operam suscipiamus, quam causa postulat, haec transmittam aliis, si qui volent ista altius persequi, revertarque ad Artigraphos, quorum non eadem omnium fuit disciplina.

Ἡρωδιανὸς λέγει, ὡς αἱ εἰς ος ὀξύτονοι γενικαὶ συντιθέμεναι συμφώνου ἐπιφερομένου ἢ διὰ τοῦ ō λέγονται, θριπὸς, θριπόβρωτος, ἁλὸς, + ἁλοθήκη, ἢ διὰ τοῦ ῑ, Αἰγίπαν, πυρίχαλκος (?), νυκτικόραξ· οὕτως οὖν, φησί, καὶ + ἁλοπώλης, ἁλοθήκη. Ὁ μέντοι διὰ τοῦ ε̄ ἁλετρίβανος †) μήποτε δώριόν ἐστι. Eustath. p. 183.

---

†) Asianis hoc nomen adscribit Scholiastes Aristoph. Pac. 258. neque Helladius p. 969. diffitetur, δοίδυξ proprium esse Atticorum nomen. Ceterum, sive ἀλετρίβανος scribitur, sive ἀλότριβανος, neutrum huc pertinet, sed rectius ἀνδρεφόνος ap. Eustath. l. c. et θηρεφόνα, quod Etymologus ad illustrandum πελαινεφής apponit, huc retuleris.

Ergo illud jam perspicuum est, has res in nobilissimorum Grammaticorum disputationibus versatas esse, aliosque alio modo tradidisse, nullum autem quaestionem a rebus singulis et fortuitis ad universi generis rationem traduxisse. Communes igitur rerum summas si quis nosse cupiat, sic habeto. Si genitivus in ος purum terminat, vocalis praecedens, si radicalis non est, abjicitur, tum in adjectivis: ἀσθενοποιεῖν Appian. Num. p. 518. ἀληθοποιεῖσθαι Schol. Ven. Φ. 34. ἀκριβόλεκτος Gloss. N. T. p. 204. ed. Albert. παδηροφορεῖν Clemens Paedagog. II. c. 1., tum in substantivis: θαρσοποιός Eust. 1344. 12. γλαγόδωρος Tzetz. Anteh. 224. Posth. 380. (γλαγεόχρους s. γλαγόχροιος rescrib. Posth. 527.) σκοτοποιεῖν Schol. Ven. Υ. 38. ῥακοφορεῖν Schol. Arist. Pac. 759. ξιφοφορεῖν Theophil. Inst. Reg. II. 10. 205.; exceptis, quae vel usus vel necessitas numerorum huic legi contraria finxit, ut ἐλεόθρεπτος †), ὀρεοπολεῖν, ἀλγεόδωρος Tzetz. Anteh. 245. quae pauca sunt. Nunquam contra fit. Τεκεκτόνος apud Orpheum, quod Hermanni aciem effugit, ad reliquorum similitudinem traducendum est. Si radicalis est litera, servari debet. Sed tum σ casuale quot mutationes subeat, dictu memorabile est. Primum abjicitur in substantivis verbalibus in ις, iisque ad similitudinem futuri I. activi expressis: λεξιθηρεῖν, σηψιδακής, ῥησιμετρεῖν, ὀνησιφορεῖν, φανσιβολεῖν, πραξικοπεῖν, ταξίαρχος, Στησίχορος. Quae in hoc numero non sunt, retinent formam declinationis antiquam: ὀφιόδηκτος, ἐχιόδηκτος, στασιοκοπεῖν, + στασιοποιεῖν Joseph. Antt. XVII. 5. 839., αἱρεσιομάχος (non αἱρεσιμάχος) Philo de Vit. Mos. p. 606. C. ὑβριοπαθεῖν, πολιοφυλακεῖν. Sed et hic intelligi potest, quam saepe consuetudo a curriculo deflexerit, eo praesertim tem-

---

†) Hoc recte. Harpocratio pag. 99. interpositu literae ε effectum dicit.

pore, quo sermo nondum ad artem et praecepta revocatus erat, sed libere adhuc generosae stirpis instar in omnes partes crescebat: quod ostendunt homerica illa πτολίπορθος (quod quidam corrigere conati πτολέπορθος scripserunt 'Ιλ. Β. 278.), πορτιτρόφος, μαντιπόλος, θεμισκόπος, numeris epicis unice destinata, et si quid postea eadem forma percussum est, φυσιγνώμων, ὀρχίπεδον (quicum vereor, ut ὀρχοτομέω consistere possit, vitiose ambiguum), + ὑννιμάχος Max. Tyr. XXX. 96. + ὑβρίγελως Maneth. IV. 446. Secundo ō casuale abjici potest, sed raro abjicitur in genitivis in ῡος, δρυτόμος, ἰχθυβόλος, φιτυποίμην, χελυκλόνος, σταχυμήτωρ, quorum utraque forma utuntur pro numerorum diversitate poetae, pleniore et legitima pedestres scriptores, σταχυολογεῖν, δικτυοβόλος, δρυοτόμος, exceptis vocabulis tritis et vulgaribus, quod genus multum variare solet usus. Δρυτόμος Pollux VII. 109. δρυοτόμος Aesop. Fab. CLXXV. p. 108. Galen. de Comp. Medic. per Gen. IIII. 2. 710. + δρυοτομέω Schol. Venet. IV. 487. δαφνίδες δρυοπετεῖς Dioscor. I. 50. 22. quam formam et ipsam negligunt Lexica. Δρυοκολάπτης Theophr. H. Pl. L. IX. c. 9. Aristot. Hist. An. VIII. 5. 7. unde hoc citat Antiattic. Bekk. p. 89. et Aelian. H. An. I. 45. δρυκολάπτης Aristoph. Avv. 480. 979. Strabo V. p. 182. T. II. quae diversitas nonnunquam multum dubitationis habet. Ex hoc genere et δικτυοειδής Galen. de Venar. Arter. Dissect. IX. 237., ἰχθυοφόρος Symm. Job. XI. 26. Lexicis accedant.

Quando ō casuale vel abjiciatur vel retineatur, dictum est; sequitur, ut de mutatione exponamus. Sunt vocabula, quae semper illud mutant, sunt, quae nunquam, sunt denique multa in utramque partem proclivia. Sic θυοπόλος, quod sciam, nemo dixit; θυηπόλος Plutarch. V. Arat. LIII. 347. θυηπολεῖν permulti, v. Pausan. IV. 9. 487. et Ruhnken. ad Tim. pag. 143.

+ θυηχόος Eustath. 1601. 3. Unum, ut arbitror, in usu est ἀνθοφόρος Theophr. H. P. I. 6. et ἀνθοφορεῖν Aristot. H. A. IX. 27. 465. ἀνθηφόρος, quod Stephanus ex Epigrammate citat nescio quo, quodque Musgravius Euripidi Iph. A. 1544. restituit, tanto majorem suspicionem habet, quod ἀνθεςφόρος jam erat praeformatum. Sic σακεςφόρος et + σακοφόρος ap. Hesych. ubi Lex. Ms. Albertii σακοςφόρος exhibet; τευχεςφόρος et τευχοφόρος, non etiam τευχηφόρος. Στεφηφορεῖν hac una forma occurrit, quam a poetis depromtam recentiores assumserunt, Anna Comn. XV. 10. 497. E. Nicet. Ann. XV. p. 295. + στεφηφορία Niceph. Greg. XV. 11. 497. E. Κυητροφίη, quod et ipsum omittunt, legitur Hippocr. de Diaet. Sal. II. p. 5. T. II. ed. Mack. ubi alii κυοτρ. alii κουροτρ. scripserunt. Pro στεφηπλόκος Plut. de Audit. p. 139. T. VII. Vatic. στεφοπλόκος, nec fulcro, praeterquam in versibus comicorum, opus est. Verum non ἀχθοφορεῖν solum occurrit, sed etiam ἀχθηφορεῖν; hoc quidem usurpant Dio Cass. LXXII. 12. p. 1212. Nicet. Ann. VII. 3. 119. D. Aesop. Fab. III. idque Rochefortius passim in suo codice pro ἀχθοφ. scribi affirmat, quo loco Schaeferus haec adnotat: *In Dion. Hal. Ant.* IV. *c.* 81. *T.* II. *p.* 831. *pro ἀχθοφοροῦντας cod. ἀχθηφ. quam formam praetulerim*, p. 146. Contrarium est Reimari judicium, qui in Dion. Cass. LXII. 6. 1002. cod. Palatini auctoritate, aliisque ejusdem scriptoris exemplis commotus ἀχθοφόρος pro ἀχθηφ. substituit. Ἀχθοφόρος Aelian. H. An. II. 25. 97. Themist. Or. I. 10. Dion. Hal. VIII. 87. 1725. T. IV. Phrynich. App. Soph. pag. 10. Schol. Aristoph. Rann. 1453. ἀχθοφορεῖν Hippocr. Vict. Acut. XV. 279. Philo de Plantat. Noe pag. 215. C. de Migr. Abr. p. 402. C. Plutarch. de Tranq. An. X. 16. T. X. Themist. Or. X. 138. A. Lucian. Dial. Mort. XXIV. 217. T. 3. Porphyr. de Abst. III. 3. 220. Polyaen. Strat. II. 1. 17. pag. 45. Cor. Maxim. Tyr. II. 24. Sext. Emp. c. Astr. V. 553. Synes. de Regn. p. 16.

B. Theodoret. Or. V. p. 573. T. IV. Nicet. Ann. XVIII. 4. 550. B. + ἀχθοφόρημα L. II. 3. 40. C. Eustath. 1927. 11.; praetereo Lucianum, Polybium, aliosque, quorum indices prostant. Itaque nihil rationis video, cur in hac quidem causa Schaefero potius quam Reimaro credendum existimem, quum praesertim non modo alios aliam formam, sed ne eosdem quidem unam atque eandem usurpasse reperiam. Sic Herodianus modo ξιφοφόρος, modo ξιφηφορεῖν dixit. Atque hoc genus genitivorum in εος omnium facillime hanc formam induit, ζευγηφόρος, σκευηφόρος, στελεχητόμος, + βελεηφόρος Anthol. Parall. p. 725. Ep. 184. + ψευδηλόγος Lex. Bibl. Coisl. p. 477. atque centena alia substantiva; adjectivum, praeter ζαμενηχόλος, vix ullum, v. Passow. de Emend. Ratione Lexicc. p. 89. raro genitivi in αος, qui non contrahuntur, σελαηγενέτης, unus, quod sciam, in οος, βοηνόμος, non ita multi in υος, + δρυηκόπος Lycophr. 1379. + νεκυηπόλος Maneth. I. 330. συηβόλος, σταχυηλόγος, βοτρυηφόρος, (quae Eustathius mirabili errore epenthesi effecta credidit,) a pedestri sermone remotiora, licet Philo de Legat. ad Caj. p. 1028. A. σταχυηφόρος admiserit, quocum rursus pugnat σταχυοφορεῖν ejusd. de Charit. p. 711. E. Unum scio genitivum in ιος hoc modo productum, πολιήοχος et πολιανομεῖν, v. Mazochi ad Tabul. Heracl. p. 205. quorum alterum poesi, alterum orationi propinquius est. Sed haec modica et illustria.

Si genitivus terminationem casualem consonae intergerinae adnexam habet, omisso sigma finali cum aliis conjugatur vocabulis, ἀγκωνοειδής Mechan. vett. p. 110. αἰγιδοειδής Eust. p. 602. αἰωνοθαλής Euseb. de Vit. Const. M. I. 1. 498. αἰωνοτόκος Synes. Hy. VII. 12. ἀκριδοφαγεῖν Basil. Ep. ad Chilon. p. 7. C. ἀνατριχοφυεῖν Galen. de Comp. Med. p. Loc. I. 2. 258. D. ἀσπιδοφορικός Eustrat. in Nicom. I. p. 5. b. ἀῤῥενοφθόρος Leonis

Imp. Orac. in Rutgers. Var. Lectt. L. V. 476. v. 89. ἀρσενόθυμυς Nonn. XXXIV. 51. μελανόφυλλος Chaeremon Athen. XIII. 87. p. 202. †) quae pauca ex infinita exemplorum copia idcirco excerpsi, quia a Lexicographis plane sunt omissa. Horum autem omnium nullum est, quod non modulamentum illud productionis, si aures poscant, recipiat. Sed sunt etiam quaedam ambigui flexus; nam quum vulgo et a plurimis γραμματοφόρος dicatur, Polyb. IV. c. 9. 27. c. 26. 70. IX. 99. aliisque locis in indiculo notatis, Plutarch. V. Pelop. IX. 259. T. II. Dion. XXVI. 193. Caesar. XXVI. 390. Cato Min. LXI. 127. Cimon. XIX. 274. de Gen. Socr. 29. 360. T. X. Philostr. V. Soph. II. 1. 562. Lucian. Rhetor. Praec. c. V. 223. T. VII. Dio Cass. LXXVIII. 14. 1322. 34. 1342. Polyaen. IV. 3. 19. 118. 9. 142. Cor. Basil. Epist. III. 47. Hesych. s. Ἄγγαρος, Eustath. p. 1854., hoc igitur quum ita sit, in suspicionem venire possit altera forma γραμματηφόρος, a Lexicographis praetermissa, nisi et similium contentione, suisque exemplis firmaretur: Dion. Cass. LXXVIII. 4. 1312. Plutarch. V. Galb. VIII. 537. T. VI. V. Pompej. XLI. p. 191. T. IV. Zosim. Hist. IV. 32. p. 337. Suid. s. Ὡραπόλλων, Anecd. Bekk. p. 325. T. I. γραμματοκομιστής Euseb. H. Eccl. I. 13. 36. Niceph. Greg. IX. 1. 241. C. Anna Comn. III. 97. B. Hujusmodi est στιγματηφορεῖν Lucian. de dea Syr. 59. pag. 131. T. IX. + στιγματοφόρος Polyaen. Strat. I. 24. p. 17. His est proxima cognatio cum genitivis in δος et κος, quos poctae potissimum hoc modo suis usibus aptare solent, χλαμυδηφόρος, σελιδηφάγος Even. Epigr.

†) In elegantissimis illis versibus salutari Hermanni et Jacobsii opera ad pristinum nitorem reductis unum superest grave mendum ὑπτώμεναι, quod Schweighaeuserus, nulla aut metri aut Grammaticae reverentia tactus in ὑπτιώμεναι diffingit. Remedium ex propinquo petendum: ὑπνωμέναι.

XVI. κλιμακηφόρος, quorum nonnulla etiam in quotidiano sermone usurpantur, ut τριποδηφορεῖν Strabo IX. 2. p. 596. ἀγκαλιδηφόρος Poll. II. 139. σκιαδηφόρος, λαμπαδηφόρος, ἀσπιδηφόρος Niceph. Bryenn. L. II. p. 52. A. quas formas illi jactatores lectionis antiquae cupidissime appetunt. Ἀχραδηφορεῖν Nicet. Ann. VII. 3. 119. D. addendum Lexicis, quae pro λαμπαδηκόμος Synes. Encom. Calv. pag. 74. D. errore λαμπηδοκόμος exhibent, quasi a λαμπηδών s. λαμπεδών tale quiddam existere possit. Horum autem omnium contrariae concurrunt formae, nec raro uno eodemque loco, v. ad Poll. l. l. et VII. 174. unde σκιαδηφόρος et σκιαδοφορεῖν addi debet Lexicis. Ἀσπιδοφόρος, quod sine auctore citatur, est in versione Theodot. 4. Regg. XI. 4. 20. ἀσπιδοφορούντων cod. Vatic. Joseph. Antiqq. VIII. 12. 453. pro ἀσπίδας φορ. qua commutatione nihil est frequentius. Ἀσπιδηστρόφος Aeschylum scripsisse vix mihi persuadeo. + Μελανηφορεῖν in Tzetzae Schol. ad Lyc. 366. codices pro μελανοφορεῖν consulentibus obtulerunt T. II. p. 566. ab alio capite idem + ἐμελαμφόρησε repetiit Chil. III. 853.

§. VII.

Vocabula a dativo composita et δοτικοφανῆ.

Τὰ ἀπὸ δοτικῆς τῶν εἰς ος οὐδετέρων συντιθέμενα γίνεται τοῦτον τὸν τρόπον. εἰ μὲν φωνῆεν ἐπιφέρηται ἢ ἓν ἁπλοῦν σύμφωνον, φυλάττεται ἡ ει δίφθογγος, οἷον ὀρείαυλος, ὀρειγενής (τὸ δὲ κύριον Ὠριγένης), ἐγχείμορος. εἰ δὲ δύο σύμφωνα ἐπιφέρηται, ἀποβάλλει τὸ ε, ἐγχίκτυπος, ὀρίτροφος. χωρὶς τῶν παρὰ τὸ κάλλος καὶ τὸ ὕψος, οἷον καλλιπάρθενος, ὑψίθρονος. Etym. M. 630. 20. quae fere eadem habet Eustathius ad Ἰλ. Δ. 460. In his exemplis ἐγχείμορος licet magnam habeat cum ἐγχεσίμωρος similitudinem, tamen ἐγχείμαργος apud Eustathium rectius videtur; ἐγχίκτυπος haud puto reperiri, sed huic simile ὀρίκτυπος Nonn. XIV. 29. quocum pugnat Pindaricum

ἐγχείβρομος. Poteram equidem hanc quaestionem silentio praetermittere; pertinet enim potissimum ad poetarum lectionem; neque ego non vereor, ne tota disceptatio sine exitu futura sit, quum alii, ut Hermannus (Addend. ad Metr. p. 740.), Grammaticis acquiescant, alii, in quibus Porsonus nomen suum profitetur, diphthongum integram retinendam putent. Pro correptione autem diphthongi video duas rationes afferri posse; unam, quod in commissione duorum vocabulorum notae casuales plerumque mutationem quandam subeunt; alteram, cum priore conjunctam, quod, augescente per compositionem et derivationem syllabarum numero, ad accelerandam prolationem sonus quodammodo extenuari solet, vocalibus latius sonantibus in exiliores versis, *placet*, *displicet*, *emit*, *redimit*, *pango*, *pepigi*, *calco*, *conculco*, *culeus*, *culullus*, ἤλειφα, ἀλήλιφα. cf. Denina Clef des Langues T. I. p. 11. Si vero exempla opponimus, potior pars Grammaticorum sententiae refragatur; maximo illis praesidio est Nonnus, qui omnibus his dativis literam ε, sequente duplici consona, ubique subtraxit. Sequente simplici consona vel vocali, integram diphthongum servandam esse, ipsi illi nos docent magistri; ex quo conjecturam facere licet, nullum eos ejusmodi vidisse exemplum, in quo syllaba, de qua disceptatur, non positione sed natura longa esset, neque ulla excogitari potest ratio, cur Graeci, si ὀρίκτιτος et similia dixerunt, non etiam ὀρίαυλος et οὐρινόμος dixerint. Etymologus autem, posteaquam illa enumeravit, quae jam retulimus, addit etiam esse quosdam, qui ὑψίθρονος non ab ὕψος, sed ab adverbio ὕψι derivatum velint, quod veritati propius, certe ad artis rationes accommodatius videtur, ut ea, quae a substantivo componuntur, ο genitivi servent, ὑψόπρωρος, ὑψόπρυμνος, ὑψόφωνος, praeter quae nulla commemorantur. Si quis autem quaerendum putet, quid haec ab illis differant, (si modo trias illa stare po-

test) erit nullum artis praeceptum, ex quo id judicari possit. Quod Schneiderus ὑψίπρωρος e Strab. L. IV. p. 53. T. II. affert, non hoc, sed ὑψόπρ. ibi legitur; ὑψόφωνος extat quidem in Hippocr. Epidem. p. 72. D. sed id Galenus legisse non videtur; nam e quatuor illis, ὑψόφωνος, ἰσχνόφωνος, τραχύφωνος et τραυλός, cetera repetens Comm. II. p. 72. F. ὑψόφωνοι non repetit et pag. 73. τραχύφωνοι primo loco scriptum esse dicit. †) Ὑψιρεφής, quod etiamnunc Lexica turpat, ex editionibus Hom. 'Οδ. Ν. 5. Aristoph. Nub. 306. jam diu sublatum est; locum ejus postmodo occupabunt ὑψίθωκος Synes. Hymn. I. p. 314. ὑψίνοος Nonn. VIII. 376. ὑψιφάεννος Philo ap. Euseb. Pr. Ev. IX. 37. p. 453. ὑψίνομοι αἶγες Eustath. p. 472. et fortasse eaedem ὑψιβάδες Hesychii sunt, truncato capite in νιβάδες transfiguratae. De reliquis conjunctionibus in ῐ, unum, quod meminerim, ἄγχι controversum est; de quo Etym. τὰ παρὰ τὸ ἄγχι, ἄρι, ἔρι (adde ἄρτι, μάσι, μάψι), διὰ τοῦ ῐ γράφεται, ἀγχίθεος, ἀγχίμαχος, τὸ γὰρ ἀγχέμαχος ἐτράπη δι' εὐφωνίαν. p. 14. 50. Itaque quaeri potest, utrum recte Schneiderus ap. Xenoph. Cyr. I. 2. 13. pro ἀγχέμαχα ὅπλα dederit ἀγχίμαχα; ἀγχέμαχος Philostr. Iconn. L. II. 17. 834. Jul. Afric. Cest. c. 1. pag. 277. ἀγχέμαχα ὅπλα Niceph. Bryenn. II. p. 48. A. + ἀγχεμάχως II. p. 50. C. cf. Sturz Lex. Xenoph. T. I. 45. eaque forma etiam in Homero invaluit, paucis dissentientibus 'Ιλ. π 248., unde recentiores poetae asciverunt, Christodor. 'Εκφρ. 116. pag. 165. Epigr. Jul. Aeg. XXXI. p. 201. T. III. Paralipp. Anall. 47. p. 654. Nonn. 34. p. 565. 1. Pro ἀγχίμαχος tamen propugnat Lex. Rhetor. Bekk. p. 332. quae scriptura in Homerico ἀγχιμαχητής, in recentiore + ἀγχίγαμος Parthen. ap. Eust. p. 327. et reliquis ab hoc adverbio compositis summa constantia servata est. Sed

†) Adde Lexx. οἰκτόφωνος (s. οἰκτρόφωνος) Schol. Venet. Ρ. 5. μιμόφωνος Phot. Bibl. p. 284. δευτερόφωνος Nonn. II. p. 48. 5.

redeo ad dativum; cujus exempla apud prosaicos scriptores perpauca sunt, velut ὀρειβασία apud Strabonem, θερείνομος apud Dionysium, ἐλειβάτης Suidae s. v., + ὀρείβατις Theodor. Prodr. Γαλεομ. v. 207. et + ὀρειθαλής Lycophr. 1425. In Codd. illa multimodis confunduntur, ὀριμαλίδες et ὀρομαλίδες, ὀροβάδων et ὀριβάδων, ὀριπέδιον Strabo II. 2. p. 269. et ὀροπέδιον; similiterque etiam ea, quorum genitivi in ος exeunt non purum. Sed de his quoque singillatim aliquid praeceperunt Grammatici.' Etym. M. 'Αρηίφιλος, ὄνομα σύνθετον ἐκ δύο τελείων, ὡς χειρίσοφος, δορίκτητος, δουρίκλυτος, in quo parathesin agnoscit Schol. Venet. K. 215. Apud Lucianum et χειρίσοφος et χειρόσοφος legitur, eademque diversitas est in caeteris monosyllabis, ἅλς, αἴξ, νύξ, πῦρ, κήρ, θήρ, πούς. Apud Theophrastum H. Pl. VII. c. 14. ἔν τε τοῖς ἀλοπέδοις τοῖς ἐπὶ (l. τοῖς τε ἐπὶ) τῶν τοίχων ἀνδήροις, Schneiderus formam dativi ἁλιπέδοις reponi vult, quae et in hoc vocabulo (v. Ruhnk. ad Tim. pag. 22.) et in ceteris compositis obtinet. Reliqua incerta vagantur. In H. Hom. in Pan. XIX. 2. Hermannus αἰγιπόδης pro αἰγοπόδης edidit ob vicinum αἰγιπ. v. 37. cui congruunt αἰγιβάτης Nicarch. Ep. VIII. 6. T. III. et αἰγινομεύς Leonid. Tar. Ep. LVI. 168. Πυρολαμπίς, quod Schneidero corruptum videbatur, praeter Hesychium usurpat etiam Nicet. Ann. XVI. 2. 313. B. + πυριεργής Tzetz. Hom. v. 54. et + πυροφεγγής Sibyll. VIII. p. 757. ἱαρίδρεπτος et ἱαρόδρεπτος. Νυκτίφοιτος, si ex uno Aeschylo afferretur (Prom. 662. ubi Robortellus νυκτίφαντος edidit), dubitari posset; sed idem habet Synes. Hymn. II. 3. p. 316. Lexicis adde porro νυκτιπραξία e Schol. Venet. K. 215. νυκτοφαής Nonn. XLIV. 758. 10. pro quo mox νυκτιφαής p. 760. 21. ἡμέρα νυκτίμορφος καὶ νὺξ ἡμεροφανής Eustath. p. 729. et νυκτιπορία (νυκτιπορεία), quod in cod. Flor. Polyb. V. 97. pro vulgato νυκτοπ. servatum est. Similis est in iis, quae ab ἀήρ

et γαστήρ †) componuntur, librorum dissensio; quae nisi dijudicetur, de multorum locorum lectione dubitari necesse est. ††)

De usu dativi pluralis nihil necesse esset adnectere, nisi Jacobsius de voc. ἰχθυσιληιστῆρα, quod Brunckius in Epigr. Leonid. Tarent. XCI. p. 178. e duobus conflavit, suspicionem injecisset; quod negat analogiae legibus respondere. Nescio, unde istud suspicari viro praestantissimo in mentem venerit; namque ratio ab eo reddita nulla est. Nec tamen fieri potuit, ut, hoc quum pronunciaret, communium illorum, μελεσίπτερος, πασιμέλουσα, + πασίδηλον Eustath. p. 688., ἐρυσίπτολος, κηρεσσιφόρητος †††), ὀρεσσίβατος, δακρυσίστακτος, ἀνθεσίχρως, ποσσίκροτος, ναυσίπορος, non recordaretur. Sed haec nostra fortasse ille dicet apertam dativi significationem prae se ferre, neque se obstare, quominus quis ad illa exempla ἰχθυσιλήιστον vel simile quiddam, in quo dativi ratio quaedam appareat, effingat; sed qua ratione illud componendum sit, monstrare Theocritum ἰχθύος ἀγρευτῆρα et Manethonem ἰχθυοληιστῆρα dicentes. Mihi vero, in hoc totum genus intuenti, Graeci praesertim recentiores nonnunquam a similibus dissimilia, a dissimilibus similia errore quodam analogiae deduxisse, neque vim solum sed etiam formam casuum licenter dila-

---

†) Cf. Hemsterh. ad Thom. p. 182. Lexicis infer γαστριμαργεῖν Philo de Abrah. 371. A. Quod Hermannus in Prooem. Hymn. Orph. v. 33. pro περίφοιτος reponit ἠερίφοιτος, id ἠερόφοιτος plerumque dici puto.

††) Ἀλκιμάχος, δαΐσφαλτος, λαϊβολία, ληιβότειρα, ad genitivum pertinent.

†††) Hanc geminationem literae sibilantis in priore compositi parte Grammatici negabant alio poetae exemplo firmari posse; in secundam induxisse Epicharmum γυναικάνδρεσσι ποθεινοί Schol. Venet. VIII. 527. de quo mire tricatur Heynius. Ceterum ex hoc dativo Lexicographi nominativum barbarum γυναικάνηρ effinxerunt, similem illis, quos nuper retulimus, εὐρυγάστηρ, παμμήτηρ etc.

tasse videntur. Velut illud ipsum μελεσίπτερος quantam adhibet notionum junctarum confusionem? quod non significat τὸν μέλεσι πτερούμενον, sed fallaci quadam reciprocatione τὸν πτεροῖς μελῳδοῦντα. Μακεσίδρομος, μακεσίκρανος, ὑδασιστεγής formam retinent dativi, vim repudiant; sed ne forma quidem legitima servata est in πρωτεσίλαος, κοεσίτροφος, τηλεσίφαντος. Hoc postremum scio viris doctissimis, qui paucos abhinc annos de Argonauticis Orphicis commentati sunt, v. Huschkii Comment. de Orph. Arg. p. 22., ne graecum quidem visum esse; quos non sequar, neque concedam, ut vel hoc vel quidquam aliud hac analogia munitum e scriptis Graecorum auferatur. Verum hactenus evagari satis fuerit; nos enim quaerebamus oratorios numeros, quorum modestia ab hac in componendo libertate plurimum distat. Magnum id argumentum est, Platonem Legg. VI. 633. B. non scripsisse ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλους χερσιμαχίαις, neque fidem habendam esse Moeridi, hoc χερσιμαχία pro Platonico vocabulo venditanti. Et hic mihi vestigia videor agnoscere obsoletae hodie prosodiae, quae tum alia quaedam portenta lectionum tum illud Pindaricum peperit ἁρματωίκη Pyth. VI. 17. ut plurimi scripserunt ad significandum hyphen. Illis aequiparanda sunt Aeschyl. Choeph. 277. νόσους ἐπεμβατῆρας ἀγρίαις γνάθοις, Orph. H. XXX. 3. ἐπεμβάται ἴχνεσι κούφοις, H. II. 9. παίκτειρα διώγμασιν ἠεροφοίτοις, Pind. Pyth. II. 185. καυτὴρ χαλκέῳ ταύρῳ, Maneth. IV. 570. χαλκοτύποις τέχνῃσι κολοσσοπόνους, neque illud Theocriteum multum distat, κατ᾽ ἄντυγα νυκτὸς ὀπαδοί.

§. VIII.

Vocabula ab accusativo composita. Declinationis atticae usus.

Quum e divisione tripartita duas partes absolverimus, una nobis et perexigua ad perfectionem operis pars superest. Restat enim quartus casus, qui tum raro in

vocabulorum textura adhibetur, tum iis speciem magis suam quam vim et proprietatem imprimit. Schol. in Dionys. Gramm. p. 116. Anecd. Villois. p. 700. Bekk. κατὰ τὸ ἄρχον συντίθεται καὶ ἡ εὐθεῖα, Ἀστυάναξ, καὶ ἡ γενική, Ἑλλήςποντος, καὶ δοτική, Ἀρηίφιλος, καὶ αἰτιατική, νουνεχής. Hoc solitarium, nec cujusquam, nisi sui simile est. Etymologus autem, quem in hoc toto itinere ducem habuimus, uniuscujusque casus inclinamenta enumerans, accusativi formam in nomine Ποδαλείριος apparere affirmat, in quo derivando Grammatici laborem perdunt. Nobis vero, qui nomina hominum propria non ex jugi sermonis perennitate sed ex abditis et desuetis fonticulis hauriri animadvertimus, non videtur ab hoc genere exemplum duci oportere, praesertim cum alia subsint notiora, ποδάνιπτρον et κυνάμυια, utrumque ab illo fonte et capite, Homero, derivatum; illud binis Odysseae, hoc totidem alterius carminis locis fultum, quibus abesse non potuit quin se vulgarior forma immisceret. Ποδάνιπτρον et ποδανιπτήρ pluribus testimoniis confirmavit Schneiderus ad Arist. Polit. p. 67. †) qui non obstare videtur, quominus ποδόνιπτρον Philoni de Vit. Cont. p. 890. D. et Josepho Antt. VIII. 2. 420., ποδονιπτήρ Plutarcho Conv. Sap. VI. 16. Athen. IV. 155. relinquatur. Sed Stesichoro Athen. X. 74. 155. XI. 32. 251. epica forma conveniet magis. Κυνάμυια, quod quidam retroacto ordine μυιάκυνα (i. e. τὸν ἀναιδῆ Hesych.) dixerunt, in oratione soluta raro occurrit, v. Athen. III. 10. 486. (ubi Vett. Edd. κυνόμυια) IV. 4. 111. multo saepius legitima forma Phil. de Vit. Mos. p. 622. D. Lucian. Gall. 31. 358. Aelian. H. An. IV. 51. VI. 37. Joann. Zonar. Ann. I. 54. D. dubitabilis illa apud poetas, Tryphiod. 421. Epigr. Ἀδεσπ. CVII. Illis haud intempestive subtexturi videmur σινάμωρος in.

---

†) Verbum ποδανιπτιάω, quod hoc loco commemorat, fluxit ex Sophoclis Oed. T. 468. φυγᾷ πόδα νωμᾶν vel alio simili loco.

eadem varietate positum; σινόμωρος Hipp. de Artic. III. 591. C. 592. E. T. XI. quod Galenus et Erotianus sic scriptum repetunt; alteram formam apud Herodotum et Aristophanem obviam Photius et Etymologus Atticis tribuunt, neque aliter Pausan. II. 52. 502. et Plutarch. de Educ. p. 9. T. 8., ubi tertia syllaba brevi ο scribitur, ut in Etym. Quo loco et illud adnotare succurrit, ποδάνιπτρον et in comicorum testimoniis legi a Polluce et Athenaeo XV. 6. 431. citatis, et Photium eam scripturam Atticis tribuisse videri. Cum κυνάμυια Etymologus M. p. 102. mutabilitatem nominis proprii Πανταλέων, quod et Παντολέων scribitur, v. Interpp. ad Poll. IV. 23., comparat, eademque ratione φλήναφος ortum esse tradit, aut suo aut novitii cuiusdam magistri, Ori, puto, vel Choerobosci, errore circumductus, paragogas figuras a significativis discernere nescii. Quae in Lexicis proferuntur huius generis exempla, πανταεθνής, παντάμορφος (pro quo Brunckius nescio quo consilio πεντέμορφος invexit, a Sophoclis mente alienissimum), παντάφοβος, partim intestata partim mendosa et vel ob hanc causam intoleranda sunt, quod Graeci non videntur commissuri fuisse, ut ambiguum esset, utrum aliquem *omniformem* an *plane informem* dicerent. Quae ambiguitas in *Pantaleontis* nomen haud cadit. Huic si quid apponere velis, id erit homericum ἀταλάφρων, quod Schneiderus errore, sed antiquo, introductum dicit. Mihi potius illi homerici libratores laude et praedicatione digni videntur, qui priscum poetam et secum ipso et cum usu et ratione discordare dolentes tamen hunc obsoletum nitorem abstergere pepercerunt, non ignari, opinor, eiusdem literae in contiguis syllabis, praesertim liquidis, iterationem nonnunquam cum sensu quodam suavitatis in aures influere. Quid? ἀκαλάῤῥοος et ἀκαλαῤῥείτης, si quis sensum suum percunctetur, nonne intelligat, quantam habeant cum rebus ipsis, quas repraesentant, similitudinem, quam

veluti in ore legentis liquescant? Quare a dithyrambo-rum poetis inter alia aurium blandimenta etiam hanc parechesin, sive, ut nostri homines vocant, assonantiam, cupide affectatam videmus, velut *τὸν ἀλάδρομον ἀλάμενος* Aristoph. Av. 1395. *ὑγρᾶν νεφελᾶν στηεπταίγλαν δάϊον ὁρμάν* Nub. 325. et eodem artificio effectum *κυλλὸν ἀνὰ κύκλον κυκλεῖς* Avv. 1379. quae omnia sunt cycliorum poetarum imitamenta.

His perfectis poteram vasa colligere. Sed semel adhuc (ut abeuntibus mos est) circumspiciens, numquid neglectum praeterierim, video de declinatione attica etiamnum nullum verbum factum esse. Itaque de ratiuncula quod restat pauxillum, persolvam, primo de substantivis neutrius generis in $\bar{\alpha}\varsigma$ dicturus, quae Apollonius de Pron. p. 3. hac regula comprehendit: *τὸ ᾱ τῶν οὐδετέρων ō γίνεται, γηροκόμος, κρεοπώλης, χρεοφειλης*, quorum ultimum ab hoc loco alienum est; nam ut nomen *τὸ χρέας* olim in usu fuisse concedamus, tamen in *χρεοφειλης* alpha non in omicron mutatum, sed vocali succedentis verbi locum facere coactum est. †) Triumphet licebit, qui ulcus illud sic sanaverit, ut cicatrix non maneat. In diversum tendit Etymologus: *τὰ παρὰ ἀττικῶν γενικῶν σύνθετα διὰ τοῦ ω̄ μεγάλου γράφεται, οἷον ἡρωφόρος, κερωφόρος, γηρωκόμος*, p. 230. 58. Primum horum vocabulorum, a Lexicographis praetermissum, Argo significare videtur, *θεῶν φίλα τέκνα φέροισαν*. Catalogi Hesiodii partem iam dudum in literatura, quam

---

†) + *Χρεοφειλέτης* brevi ō scriptum in Harmenopuli Man. Legg. L. III. 5. 189. sed *χρεωφειλέτης* Plutarch. V. Galb. VIII. 357. T. VI. Aesop. Fab. CCLXXXIX. p. 189. Schol. Arist. Vesp. 657. Dio Cass. LV. 8. 779. cf. Schaefer. ad Plut. 488. Zonaras p. 1858. *Χρεωφειλέτης· ὅσα παρὰ τὸ χρέος συντίθεται, μεγάλα, πλὴν τοῦ χρεοδότης, χρεοκόπος καὶ χρεολύτης* etc. *Χρεοφυλάκιον* in Reines. Synt. Inscript. VII. 28. Lexicis debetur.

vocant, graeca Ἡρωγονίας s. Ἡρωογονίας elogio inscribi novimus. Sed urbis *Heroopolis* nomen, ἡρωολογεῖν et ἡρωολογία certis auctoribus constant. His conjunctum est λαγωοφόνος Oppian. Cyn. I. 154. Atticam formam impressam habent: λαγωβόλον, λαγώφθαλμος, λαγώχειλος Galen. Introd. III. 362. E. T. I. Lexicis omissum. Λαγωφόνος Aristot. H. An. IX. 21. 442. 52. quo ex loco Schol. Ven. Ω. 305. praeter alia diverse scripta λαγοςφόνος citat; ionicam λαγοδαίτης, λαγοσφαγία Agath. Ep. XXVIII. 4. pro quo cod. Vat. λεγωσφαγίη dat.

Γηρωκόμος Liban. Decl. p. 749. et 750. T. IV. et quae hinc descendunt: γηρωκομία Plutarch. V. Cat. Maj. V. 592. γηρωκομεῖν Joseph. Antt. IV. 8. 245. Lucian. Toxar. 22. 85. T. 6. Max. Tyr. V. 74. γηρωβοσκεῖν Liban. l. c. 749. et cetera hujus formae exempla nondum a Lexicographis commemorata sunt, neque dubito fore, qui, si apud eosdem scriptores γηροβοσκεῖν Liban. p. 621. 748. γηροκομεῖν p. 746. Aelian. H. An. X. 16. 561. Joseph. Antt. VII. 11. 397. Procop. Anecd. XXIV. 71. C. (βρεφοκομεῖν Eustath. p. 565. deest Lexicis) γηροκομία Plutarch. de Gen. Socr. XIII. 322. T. X. et haec quidem multo saepius μικρογραφούμενα reperiri, ceterum de brevitate secundae syllabae ex multis poetarum locis liquido constare acceperint, alteram scripturam nulla interposita mora abdicandam putent. Nihil moror. Dummodo haec censura non in quemlibet unum, sed in antiquos et exploratae bonitatis scriptores exerceatur. Hos enim communem consuetudinem et aurium judicio notatam et proprietate quadam universi generis satis firme perceptam habuisse, credere summa ratio est. Nam haec omnia, quorum secundam positionem Attici a dissimili principio in ως deflectunt, si cum aliis vocabulis connectuntur, ad antiquam formam redeunt, neque, ut πόλεως, Ὀρφέως, πελέκεως, sic πολεωφυλακεῖν, Ὀρφεωτελεσταί, πελεκεωφόρος dicitur, sed

ad initia recurritur, quibus consequens est, ut genitivorum γήρως, κρέως, κέρως, nullus esse possit in vocabulorum compositione usus.

Hic quum multa contra nos veniant, tutissimum erit Porsoni auctoritate uti, cujus egregiam observationem sermoni meo tanquam emblema includam, Praef. ad Hec. IX.

„In compositis a κέρας nunquam ω admittitur, sed „aut κέρας servatur integrum, quod fit ante labiales β „et φ, aut nunc ultima syllaba abjicitur a veteri genitivo „κέρεος, κερεαλκής, nunc ultima litera a veteri nomina-„tivo κέρος. †) Dicunt igitur Attici κεροβάτης, κεροτυ-„πεῖν etc. Similiter in compositis a κρέας sese res habet. „Nunquam enim κρεωδαισία, κρεωκοπεῖν etc. dicunt At-„tici, sed brevem semper vocalem adhibent. Et ne „quis obiiciat, editos libros hanc legem saepe migrare, „sciat lector, nusquam haec aut similia verba apud Pol-„lucem occurrere, quin in uno saltem Ms. ο pro ω sub-„stituatur.“ Iudicium examussim factum diceres, si generatim expositum neque in ambiguo relictum esset, utrum κρεωδαισία et κερωτυπούμενος pariter vitiosa, an hoc Graecis in universum, illud singillatim Atticis abjudicandum sit. Praeter plurima exempla in Lexicis citata, κρεωπώλης legitur Theophr. Char. IX. κρεωπωλική (quod illic neglectum) Plutarch. Symp. II. Quae. X. 1. 98. sed id nuper demum a Wyttenbachio ex Edd. vett. resumtum pro vulgato κρεοπ. — κρεωδαισία Synes. Ep. CXXXVI. 274. A. Themist. Or. II. 28. A. κρεωδαίτης Plut. Lysand. XXIII. 163. T. III. κρεωφάγος Aristot. de Part. Anim. L. IV. 12. 596. Liban. Declam. p. 180.

---

†) Barkerus in Diar. Class. A. MDCCCXVI. N. XXVIII. 289. rejecta Porsoni sententia κεροβάτης ex κερατοβάτης, ut κυμοδέγμων ex κυματοδέγμων, contractum esse statuit. Nos ab utroque discedimus, neque nominativum componendis vocabulis aptum, neque genitivum nominum in ες contractioni obnoxium esse existimantes.

T. IV. κρεωφαγία Hipp. de Intern. Affect. XXX. 660. E. T. VII. de Diaet. San. I. 13. 31. Mack. Jamblich. V. Pyth. III. 14. 36. ubi cod. Ciz. κρεοφ. exhibet, Porphyr. de Abst. I. 15. 17. κρεωνομεῖν Philo de leg. ad Caj. pag. 1026. A. Haec igitur quum, tribus ad progrediendum viis propositis, nulli affixa reperiantur, jam in deliberationem cadit, utrum ipsa sibi semitam fecerint, an a librariis in transversum acta fuerint. Hic nobis facem praefert Etymologus, alpha neutrorum in ῶ verti, distincte tradens, quod nobis satis est ad intelligendum, hanc scribendi consuetudinem a librariis non invectam sed retentam esse, prosatam ab iis, qui in componendis vocabulis genitivi formam respicere adsueti, pro antiquo genitivo usitatum et novitium apprehenderunt. Quando autem haec consuetudo venerit et quousque dimanaverit, repertu difficile; sed in veteres nobilesque auctores suspicionem conferre non ausim, praesertim quum exempla alterius generis tanto superent, ut, quandocunque a ratione et a se ipsis descivisse reperiantur, remediis suis non solum cedere sed favere videantur. Apud Hippocratem tum κρεοφαγία legitur de Intern. Affect. VII. 642. E. tum saepissime κρεηφαγίη Epidem. V. 346. E. de Vict. Acut. IV. 169. E. T. XI. κρεηφαγεῖν Diaet. San. III. 6. κρεοφάγος Scylax Peripl. p. 55. κρεοφαγίη Herodo. IV. 185. Diod. III. 30. Clemens Strom. VII. 6. 850. κρεοφαγεῖσθαι Diod. II. 54. ubi Wesselingius communis erroris particeps κρεωφαγ. praestare iudicat; κρεοκάκκαβος Athen. IX. c. 35. ubi Schweighaeuserus ad eundem scopulum offendit. Κρεοβόρος Nicet. Ann. V. 6. 95. A. κρεωπώλης Lucian. Epigr. CXXVII. 698. Paralipp. Lexicis ignota, tum saepissime κρεανόμος Eur. Cycl. 244. κρεανομία Joseph. Ant. XIX. 1. 928. Liban. Decl. T. IV. pag. 297. Lucian. Encom. Dem. 35. 165. T. IX. Synes. Καταστ. p. 301. B. κρεανομεῖσθαι Sopater Athen. XV. 64. 573. similiterque ap. Poll. III. 67. pro κρεωνομία, et Porph. de Abst. I. 13. 27.

pro κρεηφαγία scribendum. Notum est Creophyli nomen, quod vulgo Κρεώφυλος, apud Clementem Κλεόφυλος, apud Jamblich. V. P. II. 11. Κρεόφυλος scribitur, ubi Kuesterus „hunc, inquit, alii rectius Κρεώφιλον vocant.“ Huic obstat celebre Callimachi epigramma, in cujus primo versu Κρεωφύλου molossi mensuram habet, in quarto, si trinis syllabis legitur, item molossi, si quaternis, epitriti primi, sic ut utrique, nisi de jota penultimae Kuesterus fallitur, Κρειοφίλου conveniat. Nec dubitari potest, quin Apollonius etiam pro χρεοφειλής vel κρεόφιλος adjectivum vel Κρεόφυλος posuerit. Sed de hoc et de Callimacho non nimis laboro. Quae autem a γῆρας componuntur, γηροτρόφος, γηροκόμος, γηροβοσκεῖν etc., adeo magnam habent et a multitudine testium commendationem et a gravitate auctoritatem, ut prorsus dubitari non possit, quin haec scriptura in tota antiquitate viguerit. Interveniunt quidem nonnunquam γηρωβοσκός et γηρωβοσκεῖν in codd. Xenoph. Oecon. VII. 12. et 19. (ubi pro τοῦ μὴ ἐκλιπεῖν leg. τοῦ, i. e. ἕνεκα τοῦ) Joseph. Antt. VII. 8. 385. γηρωκόμος Ib. I. 13. 42. ubi Bernardus γηροκόμος a cod. oblatum superbe reiicit, et in codd. Alciphr. Ep. III. 16. Gregor. Naz. Or. XV. 294. D. γηρωκομηθῆναι Aristid. de Conc. Rhod. p. 568. T. I. eique scripturae ex professo patrocinantur recentiores Grammatici (Zonaras: Γηρωκομεῖον μέγα.); verum haec omnia apud Atticos nullo modo, apud eos, qui Atticorum similes videri cupierunt, aegre et repugnanter feruntur. Quae cum κέρας componuntur, si poetas praeterimus, perrara, apud illos ea mensura sunt, ut ne librarii quidem ō longum obtrudere conarentur, unum κερωφόρος, ab Etymologo commemoratum, a Polluce usurpatur V. 76. quo ipso loco codd. κεροφόρος praebent.

Locum perdifficilem sine molestia praetervecti sumus, neque jam veremur, ne, si cursum ad Ὀρεωκόμος flexerimus, rationes nostras tanquam ad scopulum

aliquem appellamus. Exempla hujus scripturae sunt apud Xenophontem Hell. V. 4. 42. Dion. Hal. Antt. IV. 59. 740. Lucian. Lapith. 15. 58. Liban. Declam. T. I. p. 135. Eustath. p. 656. 25. et legitimae ὀρεοκόμος Plato Lys. 208. B. Polyb. XXXII. 12. Diod. XVI. 93. ubi Basil. Ed. ὀρεωκ. praebet, Aelian. H. An. VII. 41. Dio. Chrys. Or. XXXV. p. 69. (ὠρεοκ. hic, ut passim, scriptum) Liban. Epp. CCCII. 146. Gemist. Pleth. II. 23. C. eamque formam tum Hesychius suo loco tum Pollux VII. 183. in tribus continuis vocabulis, ὀρεοκόμος, ὀρεοκομεῖν, ὀρεοζεύκτης, insignivit, ne tantilla quidem tot codicum discrepantia. Verum jam hoc loco controversiam movit Hemsterhusius, ὀρεωκόμος atticum, ὀρεοκόμος vulgare esse pronuncians, quam in rem Aristophanis versum affert Thesm. 493.

Οὐδ' ὡς ὑπὸ τῶν δούλων τε κὠρεωκόμων
Σποδούμεθ', ἢν μὴ ἔχωμεν ἕτερον, οὐ λέγει.

Eodem testimonio usus Piersonus ad Herod. pag. 449. Platoni ὀρεωκόμος restituit, cujus hoc judicium sequutus est Heindorfius ad Lys. p. 16. Quaeritur, an recte. Analogiam si consulimus, vulgatam haud paullo meliorem esse judicabit. Sed forsitan huic vocabulo ideo aliquanto plus concessum fuerit, ne genitivi ὄρεος et ὀρέως ridicule confunderentur? Ita nos Suidas docet, aliud ὀρεοκόμος, aliud ὀρεωκόμος esse, neque idem sonare ὀρεοπολεῖν et ὀρεωπολεῖν †); quae hinc in Lexica permanarunt. Quasi vero intelligi possit, quaenam detur montium cura aut quid rerum agant ii, qui ὀρεωπολεῖν dicantur, quum ne τοῦ ἱπποπόλου quidem ulla occurrat ejusmodi actio, quae in verbo ἱπποπολεῖν insigniatur. Vellem mihi omnia tam explorata esse, quam est hoc novitiorum Grammaticorum figmentum, qui quum ὀρεωκόμος, ut γηρωκόμος, κερωκόμος, in exemplaribus

---

†) Ὀρεωπολεῖν in Lucian. Dial. Deor. VII. 63. pro ὀρεοπ. in uno cod. exaratum.

suis saepius scriptum vidissent, non quieverunt, priusquam ratiunculam aliquam exsculpsissent. Aristophanis autem loco plura remedia admoveri possunt, ut leviter aegrotantes qualibet curatione consanescunt: unum ex communibus illis et panchrestis, qualia nos circumforanei medici in nartheciis nostris promta et parata habemus, ut affectis scriptoribus ex tempore medeamur:

> *Οὐδ' ὡς ὑπὸ τῶν δούλων τέως κωρεοκόμων*
> *Ἐκοδούμεθ', ἦν μὴ —*

interim, si nemo alius ad manum est, mulionum opera utimur. Alterum paulo reconditius neque in triviis repertum: *δούλων τε κωρεακόμων.* Etenim nomina plurium syllabarum, quorum genitivus in εως exit, ut inter plures celeres una stabilis emineat, in exitu alpha longum recipiunt, *γενεσιαλόγος* Artemid. II. 69., quod nuper in *γενεσιολόγος* perverterunt, *πολιανόμος*, *πολιανομεῖν*, de quo supra admonitum est, et, quod ad illud nostrum *ὀρεακόμος* proxime accedit, *ἀμφορεαφόρος* Synes. de Regn. pag. 23. v. Pierson. ad Moer. pag. 62. Si igitur Graeci longitudinem quaerentes huc potius descendere maluerunt, quam *πολεωνόμος*, *ἀμφορεωφόρος* dicerent, profecto mihi concedi debet, atticam genitivi speciem a compositorum fictura plurimum abhorrere, et tum Eustathium p. 716. 57. *ὀφεωπλόκαμος* scribentem contra analogiam peccasse, quam *ὀφιομάχης* Philon. de Opif. p. 39. et + *ὀφιοκέφαλος* Athanas. c. Gent. IX. 9. C. ostendunt, tum *ὀρεωκόμος* ex Platonis Aristophanisque texto potius ejiciendum quam extrinsecus arcessendum esse. Finiam, si addidero, *ὀρεωπώλης*, quod Lexicographi ab eodem Suida acceperunt, ex *ὡραιωπώλης* ortum esse, solita horum nominum confusione.

Terminationi in ευς proxime conjuncta est flexio in ης tum ceteris rebus tum etiam genitivi ambiguitate. Triplex reperitur scriptura nominis *Ἀρεοπαγίτης*

Dinarch. c. Dem. pag. 58. T. IV. Aeschin. c. Timarch. pag. 104. Lucian. Hermot. c. 64. Athen. XIII. 21. 46. Lex. Bekk. p. 444. Hesych. etc. ἀρειοπαγίτης Suid. sub Ἄρειος πάγος, et ἀρειοπαγιτικός, v. Upton. ad Dion. Hal. de Comp. XXIII. p. 360. Schaef. denique ἀρεωπαγίτης Lucian. Anachar. c. 19. bis iteratum; quam differentiam Suidas notavit: Ἀρεοπαγίτης διφορεῖται. Quo usus et ratio inclinet, nemini obscurum esse potest, neque nunc vacat haec minutius scrutari, sed quod restat viae citerioribus peragrabimus gressibus. Genitivi nominum per omnes casus attice declinatorum etiam in composita permanant: λεωφόρος, νεωκόρος, Λεωκόριον, χρεωκοπεῖν, χρεωλυτεῖν in Nott. ad Phrynichum commemorata; quo etiam referri debent τυφωμανία Hippocr. Epidem. IV. 315. E. et Gloss. pro quo Schneiderus τυφομανίη in tabulas retulit, ἐρωμανής, et quae transpositione quantitatis ex trochaicis iambica evaserunt, γαῖα, γεωμέτρης, λεῖος, λεωπέτρα, et ex diverso: γαιομέτρης, Λειοκόριον ap. Harpocr. Μινώταυρος usu concrevit, ut νεώσοικοι, κυνόσβατον. Contra quae ulla in parte brevitatis significationem dant, hanc etiam in junctura recipiunt: Πυθόκραντος, αἰδόφρων.

De praepositionum productione haec, ut in brevi, dicenda habeo. Expeditissima est ratio prisci nominis Jovis Elicii καταιβάτης, cujus formam in summa antiquitate natam etiam firmatior aetas integram intactamque custodivit; quod ostendunt exempla a Burmanno sparsim exposita, cf. Aristoph. Pac. 42. Athen. XII. 23. 442. nec prohibitum interim, eam scripturam referre, quae, nisi antiquitati inservitum esset, sola valuisset. Itaque si qua est inter libros discrepatio, ut v. c. in Paus. I. 14. 64. cf. Wyttenbach. ad Plut. S. N. Vind. p. 55. pro uniuscujusque scriptoris aetate, consuetudine, voluntate consilium capiendum, aut etiam tota res in medio relinquenda erit. Ac similiter παραιβάτης et παραβάτης tum alias tum in libris Diodori XII. 70.

146. confusa sunt, quorum quantum alterum vetustatis auctoritate commendatur, tantum alteri a multitudine testium et a conservatione aequabilitatis ponderis accedit. Plus difficultatis habet alterum genus productionis, quod et ipsum paucis verbis concessum est: ἐπήβολος, διήβολος, ὑπήβολος s. ὑπώβολος, v. Suid. Eustath. 1405. 21. et Porson. Adv. pag. 261. κατηφερής in nullo Lexico memoratum, unde κατηφέρεια καὶ παχυτής Eustrat. in I. Nicom. p. 15. 6. Primi vocabuli certa et indubitata sunt exempla, quae si quis contempletur, vix sibi temperet, quin etiam κατηβολή, ut apud Hippocratem scribitur, sic etiam ab Atticis scriptum esse contendat, praesertim ea significatione, quam Coaca familia concelebrat. Sed, sive aestus consuetudinis hanc formam absorbuit, sive stylus librariorum depavit, Demosthenes (Philipp. p. 118.), Plato, Aristides (v. Ruhnken. ad Tim. p. 154.) accessionem febris καταβολήν vocant. Sed hic dubitatio incessit, utrum syllaba, quae primi vocabuli extrema, secundo proxima est, producta, haec autem productio errore quodam analogiae ad alias praepositiones dissimilis structurae translata, utrum igitur Graeci antecedentem adjectivorum κατηφερής, ἐπήβολος, memoriam sequentes, huc etiam ὑπερηφερής, συνήβολος et porro δυσήβολος reflectere ausi sint, an potius sic statui oporteat, eta illud extrinsecus assumtum esse, vel quia aures nominibus per hanc literam consociandis adsuetae erant, vel ex alia quadam obscura ratione, ut in δυσηλεγής, τανυηλεγής, ὑπερηφανής, εὐηγενής, cujus enormitas veteres doctos non mediocriter sollicitavit. Quae autem Fischerus ad Vell. I. 67. ad illustrandam hujus literae παρέμπτωσιν affert, πολιήτης, (πολιήτωρ Sibyll. V. p. 540.) ἱππηετανός, haec et inter se dissimillima et a prioribus longe disjuncta sunt. In hoc transcursu notabo, apud Stephanum Byz. p. 532. Ἰουλιήτης, ὡς Πολεμηΐτης, non Πτολεμαΐτης, ut Holstenio videbatur, sed πολιήτης scribendum esse, quod idem Ste-

phanus p. 36. cum Ἰουλιήτης et μυθιήτης componit, quorum alterum adversus Scaligeri suspicionem βυθιήτης scribentis tuetur Apollonii locus Lex. Hom. p. 558. Ex eodem genere sunt μητιέτης, λοφιήτης, ὀφιήτης, πωγωνιήτης, οἰκιήτης, quod Herodianus Eustath. p. 468. cum πολιήτης et nominibus gentiliciis Μασσαλιήτης, Ἀπολλωνιήτης confert, quae vulgo in ωτης terminantur, Ἀσιώτης Suid. s. Ἴωνες, Ἰταλιώτης etc. Quemadmodum Hermannus Orpheo Argon. 1360. Μαλεᾶτις sive potius Μαλεῆτις pro vulgato Μαλεῶτις reddidit, ita solutae orationi propiora sunt Μασσαλιώτης etc. quam Μασσαλιήτης, quod subinde apud historiarum scriptores occurrit, v. Schweighaeus. ad Appian. p. 149. et ad Athen. Animm. T. V. 599. praesertim quum appellativa quoque huic formae adhaereant, στασιώτης, στρατιώτης, ἐπαρχιώτης, νησιώτης, κεφαλιώτης (unde apparet etiam κεφαλίτης, non κεφαλήτης, scribendum esse), quam et epicorum sermo huic generi tribuit, ἀγγελιώτης, σπαργανιώτης, μηχανιώτης, ἀμμοδυώτης, ἀσπιδιώτης etc. Substantiva in εωτης, βαλανεώτης, ταξεώτης, sero, ut videtur, in usum venere. Sed haec et Fischerum ipsum, qui nobis hanc moram injecit, dimittamus, veniamusque ad Boeckhium, qui eta illud in ἐπήβολος, κατηβολή, ἐλαφηβόλος (hoc quidem aliorsum pertinet) antiqui verbi ἐβάλλω residuum esse statuit ad Min. p. 149. Difficilis sane et ad assentiendum et ad contradicendum ratio, quam falsam esse dicerem, si imitari sustinerem criticos μειαγωγούς, qui, si de re in conjectura posita duae aut etiam plures sententiae propositae, et forte una probata sit, continuo erratum esse asseverant, non quia altera ratio probabilior, sed quia vacua est. Verum et hoc transeatur.

Quum commissis inter se duobus vocabulis non solum ultima prioris, sed etiam prima sequentis syllaba extendi possit, jam nobis pars ex duabus, quas modo

fecimus, secunda tractanda est, sed breviter, quoniam studium commentandi refervescit.

Infinitam productorum copiam in duas partes dividam: huc verbalia, illuc nominalia, suo quaeque ordine procedant. Primum genus augmenti temporalis speciem assimilat, tum simplicibus, ἤλυσις, ὤδυσις, ὠλεσίκαρπος †), ἠλιτόμηνος, cui ex altera parte ἠνεμόεις, ἠνεμόφοιτος respondent, tum multo magis compositis insignitam, διηνεκής, ἔπηλυς, πανήγυρις, δυςήκοος, et quidem stabilem, si a stirpe generis ingenerata est, neque eam transgressio quaedam quantitatis abolivit, ἐπένεγξις, Ἔλευσις, ἐπακουός, ἀλιτήμερος, cujus transgressionis vis et ratio apparet in multis aliis, πυλήορος et πυλάωρος, συνωχαδόν et συνοχηδόν. Sed de compositis aliquanto plus dicendum est, quo appareat, quando longa vocalis tracta e transitu perfecti, sive vero, sive simulato, aut retineri aut rursus elevari soleat; a qua disputatione segregabuntur ea, quae a poetis in praesentem usum protenduntur et rursus pro loco et tempore attenuantur, ἐπημοιβός, ἐπαμοιβός, eo syllabarum modulo, ut longam brevis, brevem longa excipiat et sustineat, ἐπήρατος et ἐπέραστος, ἀνέγερτος et ἀνήγρετος, unde suspensa sunt νυκτεγερτεῖν et νυκτηγρετεῖν Themist. Or. XXI. 260. C. Aristaen. Ep. II. 15. 92. Schol. Ven. Σ. 495. Hic mihi causam quaerenti, cur non ἀνέγρετος scriberetur, quod ad aures explendas per se sat ponderis habiturum esset, praecautum esse videtur, ne praepositio ἀνά in similitudinem particulae negativae incurrens ambiguitatem pareret, dubiumque esset, utrum *inexcitabilis* an *resuscitatus* significaretur; eamque etiam causam fuisse conjicio, quare *inauditum* ἀνήκυστον diceretur, *exauditum* contra ἀνάπυστον, et cur praecipue illa particula cum vocali initio etiam tunc

†) Ὀλεσίοικος Liban. Decl. T. IV. p. 143. ad hanc formam redigendum est.

in hemiphthongum concresceret, quum proxime sequeretur syllaba positione aut natura longa, ἀνήκεστος, ἀνήκουστος, ἀνήρεικτος, sic ut vocabulum quaternis syllabis textum duplici fastigio insurgat, brevibus circumjacentibus. Cui generi unam legem dare videtur Grammaticus Bekk. p. 396. Ἀνείληπτος (ἀνήλειπτος) ἐστι τὸ ἑλληνικόν, οὐχὶ ἀνάλειπτος, οὐδὲ ἕτερον τοιόνδε τι, quam legem alia constanter servant, alia minus constanter, sive rariora, quam ut formam principalem usu capere, sive recentiora, quam ut eam sibi adrogare potuerint.

Illa vero ratio, quam paullo ante caussatus sum, effugiendae ambiguitatis, neque ab omnibus acerrime animadvertitur, neque interest uniuscujusque ea discriminare, quae ne confundi quidem nisi a calumniantibus possunt, ut latina *infucatus*, *infractus*. Ita quum ἀναρίθμητος pro innumerabili diceretur, nullum periculum erat, ne quis renumeratum intelligeret, neque necesse erat, aut porro aptum, illum ἀνηρίθμητον dici, quum haec productio jam pridem in desuetudinem venisset, neque adhiberetur amplius, nisi a principio infixa aut ad fugiendum plurium brevium syllabarum concursum necessaria esset. Utriusque rationis exempla ponam. Longa vocalis necessario servatur in iis, quae thematicis perfectis (ἤλυθα, ἤγορα) affinitate innexa sunt, ἔπηλυς, συνήγορος etc. Ut, quae ab hoc derivantur, omnia naturalem suae stirpis notam servant, ita non intelligo, quomodo haec productio in formas secundarias intromitti possit, neque recte arbitror apud Herodotum ἐπηγορεύω pro ἐπαγορεύω scriptum perhiberi. Ἐπαγορία et ὑπαγορία apud Hesychium dorica sunt; ὑπαγορία ab eodem ad interpretandum Μακρηγορία appositum in ὑψαγορία mutari debet. In Lexico Herm. pag. 551. Προσηγορία λέγεται ἡ ὀνομασία, προσαγορία δὲ ὁ χαιρετισμός, secundo loco προσαγόρευσις scribendum est. Verbi, unde haec descendunt, totum veluti stemma in Novo Thesauro adumbratum, omnesque ejus ortus,

meatus et cum aliis congressus notati sunt, sic ut mihi non necesse sit pluribus demonstrare, Graecos nunquam ἐπαγόρας, ὑπαγόρας, ἐπηγόρας, ὑπηγόρας, aut simile quidquam dixisse, non magis quam προςάγορος, κατάγορος, quorum quae sit inter se relatio, facile, si quis semel huc aciem intenderit, perspiciet. Neque nunc mihi operae est Schweighaeuserum refellere, cujus nota ad Herodo. I. 90., a doctis Thesaurariis delibata, cumulum continet errorum aliorum super aliis acervatorum, quum modo ἐπηγορεύειν cum κατηλογεῖν componit, modo argumenti loco κατηγορεῖν pro καταγορεῖν usurpari contendit. In Etym. Ὑψήγορος, ἐκ τοῦ ὕψους καὶ τοῦ ἀγορῶ γίνεται ὑψάγορος καὶ τροπῇ (adde: ὑψήγορος), apparet, a Grammatico nomen ὑψάγορος oeconomiae technicae causa fingi, neque fieri posse, ut sic scripserit, quemadmodum illi suspicantur p. 641. — γίνεται ὑψήγορος καὶ τροπῇ ὑψάγορος, quod, nisi doricum est, nihil est. A nominibus secundae declinationis vel usitatis vel suppositis derivantur ὑψηγορεῖν Philo de Cherub. p. 115. A. ὑψηγορία Socrat. H. Eccl. I. 1. 5. Nicet. Ann. III. 6. 61. σεμνηγορεῖν Philo de Conf. Ling. p. 320. B. λαβρηγορεῖν Schol. Hesiod. p. 114. ab altera declinatione ὑψαγόρας (Menand. Prot. p. 99. D. Lucian. Icarom. VIII. T. VII.) procedunt ὑψαγορεῖν, λαβραγορεῖν. Pro λαβράγορος Adamant. Physiogn. L. II. 16. 395. potius λαβραγόρας, pro ὑψηγόρας apud Suidan, ut et capiti congruat, ὑψαγόρας scribendum videtur. Κενεαγορία, quod ex Platone citant, certum est a poeta dorico sumtum esse. Sed quoniam semel ex hoc genere specimen compositionis captum est, non praetereundum videtur ne illud quidem, falso nonnullis in ὑψαγόρας alpha natura longum poetarum licentia breviatum videri. Qui error fortasse ex eo natus est, quod in ἀκρωνυχί, †) χαλκήλα-

---

†) Utrum ἀκρωνυχί ab ὄνυξ derivetur an, ut Passowio placet de Lex. Graec. p. 84., a verbo νύσσω, de eo cum nemine pugnabo; est

τος et similibus productio nonnunquam cessat. Verum hoc poetarum arbitriis tribuendum est, neque in oratione soluta admittitur, nisi consuetudine et inscitia prave loquentium. Thomas M. p. 244. Διφρηλάτης, οὐ διφρελάτης· ex quo conjecturam capimus, a recentioribus sophistis nonnunquam in hanc partem peccatum esse. Forte evenit, ut nostri libri hunc scopulum evitarent, διφρηλάτης, ἱππηλάτης et quae his finitima et propinqua sunt, firme tenendo. Sed casum magis quam rationem accurate perceptam librariorum cursus direxisse, argumento est, quod in aliis nominibus, ejusdem moduli et longitudinis, ἐρέτης, ὁμότης, ἀρότης etc., non eandem constantiam praestiterunt. Ὑπηρέτης quidem crebro usu irroboravit inveteravitque ita, ut non videretur a statu suo dejici posse; sed pro ξυνηρέτης et ἀντηρέτης alter Photii codex formas minus distinctas exhibet, quarum secunda stabili principio usa adjacentes syllabas obscurari non moleste patiebatur. Hinc mihi aliquis disceptet, utrum Thucydides αὐτηρέτης scripserit, an, ut vulgatum est, αὐτερέτης, v. Interpp. ad Poll. I. 95. Codicum quidem consensus non obstabit, quominus, utrum velit, eligat: nam mirum sit, si in tanta consuetudinis corruptela librarii non aliquid suo ingenio indulserint. In pari cum librariis culpa pono recentiores scriptores, neque firmiter contendam, Cyrillum verbi causa c. Julian. VI. 187. D. ✝ ψευδωμοτεῖν scripsisse, non, ut vulgata fert, ψευδομοτεῖν, praesertim quum συνομοσία compluribus versionis Alexandrinae locis, apud Priscum Rhet. p. 54. A. aliosque inferioris ordinis auctores legatur, quibus ut Platonem Rep. II. 365. D. p. 44. Ast. et Pollucem VIII. 39. adjungam, haud facile quis a me impetraverit. Ξυνηρετμεῖν Soph.

---

enim communis utriusque vocabuli origo; sed si graece scribentibus verbi memoria inhaesisset, ἀκρονυχί potius protulissent, ut ὀπισθονυχίς.

Aj. 1516. negavi mihi a poeta profectum videri, non testibus aut auctoritatibus ullis, sed mea privata persuasione ductus, quae interiore substantivorum et adjectivorum ratione nititur, ad componendum non aeque habilium. Forma ipsa hujus verbi et adjectivorum poeticorum ἐπήρετμος, εὐήρετμος, quibus non putaram quenquam contra me usurum esse, aliam mihi cogitationem injicit ipsa rei natura cum superiore conjunctam, de quadrisyllabis tres breves, unam ancipitem habentibus. Horum inconstantiam exemplis aliquot, ut forte affluxerit, coarguam, confusis rursus pro re nata nominum et verborum ordinibus; nam ut omnia membratim et articulatim exigam, tempora mea non patiuntur. Eustathius igitur ad homericum hemistichium: ἀπήμονας ἠδ' ἀνολέθρους, haec breviter adnotat: κοινότερον, οὐ μὴν ἀττικῶς, p. 958. 57. Hujus auctoritate si stamus, apud Platonem quidem Epinom. p. 264. ἀνόλεθρος in ἀνώλεθρος mutabimus, quod plurimis Atticorum testimoniis nititur, Arist. Avv. 1239. Plato Tim. 348. πανωλεθρία Thucyd. VII. 314. pro quo πανολεθρία scribitur Joseph. Antt. X. 1. 512. Aristid. Panath. pag. 118. de Concord. p. 550. T. I. de Pac. II. 404. Poll. VI. 162. ἀνόλεθρος Galen. Hist. Phil. IV. 27. δυσόλεθρος Theophr. H. Pl. III. 7. et rursus δυσώλεθρος III. 12. κακώλεθρος, + ἀξιώλεθρος Procop. Bell. Goth. IV. 30. 651. C. κανθαρώλεθρος apud Strabonem, quod nonnunquam dubitavi an etiam Antigono Mirab. Ausc. XIV. reddi debeat. Verum sacramento non contendam, id ita se habere, multoque minus pro certo decernam, utrum idem c. XX. αἰγώλεθρος scripserit, an, quod nunc legitur, αἰγόλεθρος; primum quia ab hujusce aetatis scriptoribus illa constantiae et integritatis ratio abjudicari debet, quam veteres illi tacito quodam sensu sequuti sunt, deinde quia antecessu longae syllabae inconcinnae brevitati jam occursum erat; ψωμόλεθρος certe, [illegible]λεθρος, μητρόλεθρος, ἀνθρωπόλεθρος atque alia p[illegible]

articulata, hanc rationem confirmant, et aperte Zonaras p. 1874. τὰ διὰ τοῦ ὄλεθρος ξυγκείμενα διὰ τοῦ ω γράφεται, οἷον ἀνώλεθρος, βιώλεθρος, ἐπώλεθρος (?) καὶ τὰ ὅμοια, πλὴν τοῦ ψωμόλεθρος καὶ ψυχόλεθρος. Quanquam quae Phrynichus producit App. p. 46. et 61., κριθώλεθρος et φινώλεθρος, opinionem nobis afferunt, etiam in hac re Atticorum aures a vulgi judicio dissensisse. Illud asseverantius dicam: ὑπώροφος, παρωροφίς, ἀνώροφος Procop. Bell. Gotth. I. 10. 334. B. caeteraque, quae hoc modo dicuntur, ab omnibus, qui aliquid auris haberent, propter fortiorem pulsum antehabita esse; in quibus quum raro a librariis titubatum sit, quia quatuor continuae breves etiam imperitis ad reprehensionem notabiles videbantur, major illic licentia est, ubi a fortiori initio ad finem decurritur, ὑψόροφος Athen. V. 14. 230. T. II. Nicet. Ann. XXI. 9. 408. Χρυσόροφος (male χρυσοφόρος editum) Lucian. Cyn. IX. 204. T. IX. Plutarch. V. Lucull. VII. 285. T. III. de Fort. Alex. VII. 39. T. IX. et quae eadem ratione decurrunt. Hinc accidisse videtur, ut ἀνήμετος apud Hippocr. Epidem. II. 152. E. T. II. suum statum teneret, εὐήμετος contra consuetudini cederet. Quanquam et δυσέμετος, et χολεμεσία invaluerunt, quae apud veteres secundam longam habuisse tanto credibilius est, quod etiam trisyllaba ab hoc verbo propagata ad longitudinem inclinant, δυσημής et εὐημής, quae non solum apud Medicos Mosquenses, ut Schneiderus refert, prope constanter hoc modo scribuntur, sed etiam apud Hippocratem quasdam reliquias habent: δυσημεῖν de Nat. Mul. 224. 38. a Foesio ejectum, et εὐημής Aphor. V. 136. C. quod in fine ejusdem paginae et aliis locis in εὐεμής mutatum est, de Morb. Mul. II. 15. 804. D. Galen. de Comp. Med. p. Loc. II. 1. 370. B. Alex. Trall. I. 15. 91. δυσεμής Galen. Comm. in Epid. VI. 546. E. Diosc. IV. 155. 241. a. Schol. Arist. Ach. 584. Hos fluctus contrarii veteris et novae consuetudinis motus civere, quorum tumultum obscure

quasi longo intervallo interjecto cernimus, vicissitudines conjectura tantum et suspicione venamur. Illis nominibus non video quid potius accommodem quam δύςηρις et δυςήριστος, quorum memoria ita exolevit, ut δύςερις, φίλερις, nunc in omnium auribus animisque haereant. Commode cecidit, ut in δύςηρις et apertum Moeridis judicium et codicum Pindaricorum P. VI. 34. suffragia et metricarum rationum momenta congruerent, quibus omnibus Boeckhius motus est, ut eam formam in veterem possessionem restitueret. Pondusculum adjicit nomen viri proprium Δύςηρις apud Anacreontem Ep. III. et Pausaniam, et Scholiastae ad Lucian. Iup. Trag. p. 276. T. VI. notatio: Ἀμφήκης γράφεται καὶ ἀμφήρης (leg. ἄμφηρις), ἵνα ᾖ ἀφ' ἑκατέρου ἔριδα ποιῶν· cui annexum est ἀμφήριστος vulgo retentum Appian. Pun. I. 366. Menand. Prot. pag. 121. et ἀνήριστος Hesychii. Hinc nobis ad multa alia suspicionis introitus ostenditur, quem callidioribus aperiendum relinquo. Nunc quidem longe abest, ut omnes hujus regionis vias et semitas tanquam in tabula designatas habeamus, neque spes apparet, in interiora perveniri posse. Nam quum quaerendae longitudinis nulla alia sit causa, quam ut auribus inserviatur, harum autem judicium non apud omnes neque omnibus momentis idem sit, fieri profecto non potuit, ut modulamentum illud aut ab initio omnibus ejusdem structurae vocabulis constanter adhiberetur, aut procedente aetate non aliquando elevaretur. Multum etiam in quoque loco universa comprehensio momenti habet, et tum praecedentium memoria, tum sequentium praeceptio efficit, ut in uno eodemque vocabulo vox modo citius erigatur modo tardius. Namque illa ratio productionis ex consimili genere sublationum et positionum judicari potest, quarum in nostrae quoque linguae vocabulis compositis sedes incertae sunt; ut v. c. in hoc, *unmöglich*, pro positura ejus modo primam modo secundam excitamus.

Qua in re quantam veterum oratorum accurationem fuisse necesse est, qui id quod dicitur in oratione numerosum, hoc est, intervallorum longorum et brevium varietates et concentus ita perfecte callebant, ut negarent sibi orationem videri, in qua una esset syllaba longior aut brevior? De quo quum doctorum rhetoricorum praecepta legimus, nobis surdastri videmur. Jam illud quale est, quod pro genere orationis momenta syllabarum ex loco in locum transferri videmus? Sic contendo: quum πυκνότερος et similis formae comparativi aliter in poetarum numeris, aliter extra versum proferrentur, hinc, prout vel ille popularior numerus, vel hic distinctior illustriorque animum subiret, modo δυςέμετος modo δυςήμετος scribentibus occurrisse. Denique in eo quoque nonnihil momenti fuerit, quod ea aetate, qua vocales longae et breves suis quaeque signis notari coeptae sunt, multa vocabula culturae intermissione exaruerant, quae quum subinde literatorum curis in vitam revocarentur, ad constantiam revocari haud potuerunt. †)

Sed praeter has et tales rationes maxima tamen, ut hoc saepius dicam, in antiquitatis praejudicio causa quaerenda videtur. Ejus observatio est in verbis διωχής, κατώρυξ, πανώλης (v. Zonar. Lex. p. 243.), ἀκρώνυξ ††), quibus consuetudo tanquam consecratis utitur. Hinc etiam derivata labuntur initiis similia, nisi qua major vis cursum inflexerit. Quod quando fiat et quibus de causis, natura, an casu, an observatione aliqua,

---

†) Hac via ἠγερέθω, ἠερέθω, ἠνεμόεις, ἠμαθόεις ab ἀγορέασθε etc. discesserunt.

††) Pro ἀκρονυχία (τοῦ ὄρους) nisi apud Nicet. Ann. XVII. 1. 325. certe apud Philostr. Imagg. II. 16. 835. ἀκρωνυχία (Niceph. Greg. VII. 6. 151. A.) scribendum et pro εὐθυόνυξ s. εὐθυόνυχος Arist. H. An. III. 9. 108. IX. 56. 488. εὐθυώνυξ etc. ut in L. VIII. 18. 379. editum est. Πεντώνυχος Philostr. V. Apoll. II. 13. 65. Lexicis addendum.

nos sero geniti incassum quaerimus, quo plurima vestigia ferunt, sequi parati. Ita et Schaefero assentior ad Dion. p. 203. πεντώροφος †) praeferenti, qui numerus in διώροφος, τριώροφος paene necessarius, in illo similitudinis causa retentus est, et διόβολος (nisi τὸν διόβλητον significat), τριόβολος, τετρόβολος passim vagantia, v. Hipp. Morb. Acut. LXVIII. 523. Galen. de Med. Simpl. VII. 4. 169. B. Athen. VIII. 1. 219. Dioscor. II. 202. 129. Poll. I. 33., modice eloquentibus eximenda ac ne Hesychio quidem unius Ed. Basil. auctoritate ἐξόβολος, quod Albertius meditabatur, inculcandum duco. Atque illa similitudinis ratio cum aurium judicio congruens persaepe totam familiam a contagione pravae consuetudinis defendit. Nam ἀνώνυμος, δυςώνυμος, ἀνώμαλος etc. quum semel aures perbibissent, congenera εὐώνυμος, ἀγχώμαλος etc. non permiserunt a communitate sui generis desciscere. Ἀγχόμαλος apud Hesychium, si poeticum est, hanc justissimam excusationem habet; Dionysio Antt. V. 14. 878. ἀγχώμαλος reddendum. Neque non apertum est, pro δυςάνεμος in Lexicis, quae commu-

---

†) Πεντόροφοι Ann. Comn. XV. 502. B. et in Appian. Pun. VIII. 95. 436. receptis διώροφοι, τετρώροφοι ab aliena manu breve ο superscriptum est. Ὀμόροφος Aesop. Fab. CIL. 89. Hesych. quod quidam quasi ad compensandam longitudinis jacturam ὁμόῤῥοφος scribere constituerunt, Synes. Ep. CXLVII. 286. C. Athen. X. 48. 101. ex quo errore ὁμοῤῥόφος, *compotor*, in Lexica transfluxit, et + ὁμοῤῥοφεῖν Aesop. Fab. CIL. 346. et ὑψόῤῥοφος Athen. V. 230. T. II. Pro ὁμορόφιος Philon. de Charit. p. 697. A. Plutarch. Symp. II. Quaest. X. 1. 99. T. XI. L. VIII. Quaest. VII. 3. 371. Strabon. IX. 504. Galen. Theriac. I. 2. 931. F. T. XIII. Diog. La. VIII. 7. Synes. de Insomn. 149. C. Epist. LVIII. 205. A. Liban. Decl. pag. 9. T. IV. iidem et aequales etiam ὁμωρόφιος exhibent, Philo Quod omn prob. lib. p. 878. B. Synes. Ep. LXVI. 207. D. Athen. X. 48. 101. Lucian. Phal. I. 1. Aelian. II. An. I. 52. 55. quo Demostheni certe c. Mid. 555. de Cor. 321. et omnibus aetatis laudisque illius consortibus omni modo adserendum et, si vis facta fuerit, restituendum est.

nem Graecitatem repraesentant, δυςήνεμος scribi oportere. Nam posteaquam Jungermannus ad Poll. I. 101. κατάνεμος ad ordinem revocavit, nullum fere in hac amplissima familia discordiae vestigium relictum est, απήνεμος, προςήνεμος, ὑπήνεμος, δυςήνεμος, quod supra vulgarem usum esse quisque sentiet veterum non infrequens lector. Et huic contrarium quoque nomen Etymologus inter selectiora reponit: Εὐήνεμος, ῥητορική· et ex hoc porro propagatum εὐηνεμία Lucianus ut elatius et affectatum perstringit Lexiph. XV. 195. T. V. Idem Pseudol. XXIX. 85. T. VIII. ἀνηνεμία reprehendit, cujus judicii hanc Scholiasta reddit sane ineptam rationem: inutile esse hoc vocabuli, quia nihil afferat, quod non in νηνεμία contineatur. Itaque ergo νήκουστος, νήκεστος, νώνυμος, νώδυνος (v. Boeckh. ad Pind. Pyth. II. 11.) dicendum erit, quia imminuta eundem intellectum faciunt, quem integra. Absurdum foret hoc dicere. Lucianus ipse si interrogaretur, cur ἀνηνεμία improbasset, nihil aliud nisi usus auctoritatem obtenderet, ratione carentem. Νήνεμος Arist. H. An. VI. 12. 272. de Divin. II. 110. A. T. II. Theophr. Caus. Pl. V. 16. Polyaen. II. 50. 11. νηνεμία Plato Theaet. 153. C. Phaed. 77. E. Polyb. XXXIV. 11. Ἀνηνεμία in Diod. III. 49. ἀνηνεμεῖν Strab. VII. 5. 388. codicibus relictum neque in locum receptum est: Plutarcho consultum ivit Xylander Symp. VII. Quaest. VIII. 4. 351. T. XI. νήνεμος reponens, quanquam de his dialectorum miscellionibus lubricum est voluntatis judicium facere. De Atticis autem confirmat idem Pollux II. 106. ἀνηνεμία tacite excludens. Contra eosdem Atticos oratores ἀνηλεής potius quam νηλεής dixisse, tum Pollux uti credamus facit, illud saepius, hoc nunquam memorare dignatus, tum exemplorum potior auctoritas, ut, si quid inter codices discrepet (v. Schweighaeus. ad Appian. T. III. p. 713.), non difficilis sit electio. Ἀνελεής recte Boeckhium ex Platone excerpsisse, manifestum facit Grammatici Ba-

stiani notatio Add. ad Greg. p. 880. Ad νηλεής, νήνεμος etc. quod attinet, clarum est, ἀνηλεής, ἀνήνεμος, omni pondere in commissuram inclinato, syllabam initialem obscure et tenuiter praesonantem missam fecisse. Auctor mihi est Blomfieldius, qui ad Prom. 127. tirones meminisse jubet, νηλεῶς per aphaeresin formari, non autem ex particula νή, *quam, si me audias, inquit, a Graecia abjudicabis. Valkenarius, vir longe eruditissimus, sed qui in etymologia parum videbat, aliter sentiebat, putabatque, νηλεῶς a νή et ἔλεος componi, ut νῆστις. Quod si verum est, quid fiet ἄνηστις? Quinimo νηγρετεῖν et ἀνηγρετεῖν, νήνεμος et ἀνήνεμος, νήκεστος et ἀνήκεστος promiscue adhibentur.*

Invidiosam illam Valkenarii laudationem silentio transmittamus. Hoc unum a Blomfieldio quaeram, unde νήκερος ortum putet? An ab ἀνάκερος? Non poterit aliter dicere. At hoc vanum et nihili vocabulum est. An igitur Valkenario assentientes particulam νή inter communia graecae linguae formamenta referemus? Ne id quidem. Si me interrogas, res ad hunc ferme modum est. Quum νήκεστος, νήνεμος, νήριθμος, et talia multa in consuetudinem sese immersissent, quorum rationem paullo ante, ut facultas tulit, explicui, mox hebescente etymi sensu etiam alienigenis transitus in hanc familiam datus est, νηκαθής, νήκερος. Verum de his satis. Ἀνήριθμος an ἀνάριθμος Atticis familiarius sit, vix operae videtur quaerere; nam utroque ἀναρίθμητος praestat, quod Xenophonti Cyr. VII. 4. 8. recte e cod. redditum est pro ἀνάριθμος Porphyr. de Abst. II. 5. 106. Stob. Ecl. Ph. I. 2. 24. Themist. Or. IV. 60. C., Joseph. VIII. 6. 436. quam mensuram etiam ἐνάριθμος, ἰσάριθμος, + εὐάριθμος Nicet. Ann. XVII. 10. 350. habent. Ἀνήριθμος (ut ἀνώλεθρος) Pollux III. 88. Athen. VI. c. 64.

Illa vero similitudinis ratio, cujus vis in graeco sermone tanta fuit, quantam in omnibus linguis expe-

rimur, caute sequenda est, ne nimis urgendo ultra, quam impune liceat, provehamur. Nam ubi ὀνομασία in usum venit, relictis adjectivorum vestigiis ex hoc ἀντονομασία, κατονομασία, παρονομασία etc. composuerunt, quae non ignoro nonnunquam longa syllaba scribi et quidem ea inconstantia, ut non raro utriusque scripturae exempla in eodem inciso sibi occurrant. Sic etiam compositum περιοδυνάω non aliter, ac simplex scribitur, scribendum videtur, licet adjectiva paronyma ἀνώδυνος et + κατώδυνος Hesych., ἐπώδυνος (ἐπωδυνέστερον Hipp. de Artic. III. 595. E. T. XI.), et quae ab his rursus redundant, in longitudine tuenda sibi constent. Sed eorum perplexior ratio, quibus et simplex breve et compositum productum praestructum est, quorum ab altero composita, ab altero derivata videri possunt, velut ἀνομαλίζω et ἀνομαλόω. Sed ἀνόμαλος apud Strabonem et ἀνομαλία Prisc. Rhet. pag. 50. B. Anna Comn. XV. 498. A., in quibus Grammatici distincte tradunt secundam producte pronunciari, v. Etym. M. p. 15., perinde ut ἀνόχυρος Diod. XIII. 108., quod Zeunius Sturziusque Xenophonti tribuere conabantur Agesil. VI. 6., ablegranda sunt. Denique, ut ad extremum perveniam, adjectiva παρόρειος, ὑπόρειος Callistr. XIV. 906. eodem modo in secunda syllaba dicuntur, quo simplex ὄρειος in prima. Sed si ex iisdem antiquo more substantiva feminina finguntur, ὑπώρεια, παρώρεια, his etiam mensura augustior et robur antiquum redditur. Id a Suida significatum: Ὑπόρειος καὶ ὑπόρειον τὸ ὑπὸ τοῦ ὄρους, ὑπόριον δὲ τὸ μικρὸν ἀκρωτήριον (+ παρόριον Schol. Ven. Ἰλ. Υ. 490. Χ. 190.), ὑπώρεια δὲ καὶ ἀκρώρεια διὰ τοῦ ῶ μεγάλου. Ἡ παρορία Strabon. II. 191. VII. 5. 340. duobus vitiis laborat, quibus caret Mosquensis lectio παρώρεια. Ἀκρόρεια Orph. de Lapid. Argum. v. 65. poetica licentia correptum est, ut ἀνόλεθρος, αἰγελάτης; neque enim Jacobsio, viro doctissimo atque humanissimo, accesserim, exempla correptionis ab ἀβία-

τος et Ἰόνιον repetenti, Animadv. ad Anth. T. XII. 232. quorum prius a βίοτος compositum et tantum in annominationis quodam genere receptum est, ἄβιοτος βίοτος, alterum dubitant omnino an vitium sit Ἰώνιον scribere. Quemadmodum igitur in oratione soluta ὑπόρειος, παρόρειος longitudinem respuunt, ita ἀκρώρεια, πρυμνώρεια breviari nequeunt. Eustathius p. 780, 24. τὸ ὑπωρόφιος κρᾶσιν ἔχει δύο ō, τὸ δὲ αὐτὸ γίνεται ἐν τῷ ἀκρώρεια καὶ ὑπώρεια. Falsum hoc esse, apparet ex homerico παρώρεια et iis, quae supra probavi.

CAP. V.

DE AORISTIS PRIMIS VERBORUM AUTHYPOTACTORUM.

AD PHRYN. ECL. p. 287. et 364.

Quod Phrynichus praescribit, ἐκλιπών dicendum esse, non ἐκλείψας, hoc, si censum habeamus exemplorum atque id solum, quod plerique et optimi dixerint, probandum ducamus, ratum atque firmum erit, licet hunc aoristum neque antiquis scriptoribus insolitum et recentioribus frequentatum esse reperiamus. Apud Hesiodum quidem, ut quam longissime regrediar:

Ὅς κεν τὴν ἐπίορκον ἀπολείψας ἐπομόσσῃ·

Theog. 795. alii ab ἀπολείβω, ab ἀπολείπω alii derivatum volunt; pendet animi Wolfius; mihi propter quaspiam rationes significatio verbi ἀπολείπειν, aoristo praesertim tempore, ab hoc loco aliena, libandi autem ei convenientissima videtur. Sic Homerus Ὀδ. Ξ. 332. ὤμοσε δὲ πρός μ' αὐτὸν ἀποσπένδων. Ipsam formam aliquando in usu fuisse tum ex recentiorum epicorum scriptis apparet: μὴ καλλείψῃς Quint. Smyrn. X. 299. καλλείψας Nonn. Dion. XXXII. 531. 18. XLIII. 749. 10. XLVI. 780. 10. λείψειεν Oppian. Cyn. II, 33. Manetho I. 153. tum e

Grammaticorum notis. Etymologus: Ἐλελείφασκεν ἰωνικῶς. Macrobius de Diff. Verb. p. 724. „Ἀπὸ τοῦ λείβω ποιεῖ ἀόριστον ἔλειψα (Ὀδ. Ο. 149.); *item* ἀπὸ τοῦ λείπω *fit* ἀόριστος ἔλειψα." Sed fortasse dixerit quispiam, nos perverse Phrynichi sententiam interpretari, neque ab eo primum verbi λείπω aoristum simpliciter condemnari, sed compositum illud ἐκλεῖψαι. Huic affinis fuerit Buttmanni sententia, qui, quum Heindorfius ap. Plat. Gorg. p. 505. καταλείψωμεν in καταλίπωμεν demutasset p. 202., factum haud improbavit; verumtamen non in universum se de hoc aoristo dubitare ostendit; esse enim nonnullum ejus usum; sed compositum καταλεῖψαι sibi sublectae fidei videri, v. Auctar. Animm. p. 525. Huic rationi sic occurritur. Tum simplicis verbi tum compositorum omnium aoristus prior tam raro deprehenditur apud veteres, ut necesse sit huic inclinamento aliquid maculae et labis adspersum fuisse; Phrynichus autem, qui de plerisque rebus brevius adstrictiusque, quam causa desiderat, disserere solet, uni certo exemplo, quod forte in Sophistarum scriptis occurrisset, notam apposuit; quod pro eo habendum est, quasi de toto genere pronunciasset. Nunc exempla producam. Λείψας pro λιπών Aristophanem usurpasse testis est Antiatticista Bekk. p. 106. Sed his solitariis exemplis negabit Phrynichus magnam auctoritatem tribuendam esse; dummodo adsit aliquid usitatius, quod item valeat; neque sponsorem admittet quamvis honestum; saepe enim tempore fieri, ut in magnis quoque auctoribus incidant aliqua vitiosa, dum aut necessitati pareant cuipiam aut animum ad analogiae conservationem non attentum habeant. Pro λείψας praeterea nullus Atticorum intercedit, sed Luciano illud excidit de Paras. c. 42. 152. T. VII. et Tzetz. Chil. V. 428. In compositis nullum est quod exemplo careat; pleraque, si recentiores in consilium adsumimus, paria fere habent auctoritatis momenta: Ἀπολείψας Basil. Ep. CCCCII. 419. D.

Pythag. Aur. Carm. v. 70. †) qui versus in Empedoclea Sturz. p. 596. translatus est; εἰ δ' ἀπολείψῃς Philodem. Ep. CXXI. 693. Paralipp., ἀπολείψειε Themist. Or. XXV. 310, D. Ἐγκαταλεῖψαι Heliod. II. 18. 76. In Aeschinis Or. de Fals. Leg. p. 288. Reiskius e cod. Helmstad. edidit οὓς δ' ἐγκαταλείψας ἀδικήσεις, χρήσει ἐχθροῖς μείζοσι, pro vulgatis ἐγκαταλείψεις, ἀδικήσεις, χρήσει δ' —. Concinnius, ut arbitror, scribetur: οὓς δ' ἐγκαταλείψεις, ἀδικήσας χρήσει ἐχθρ. μείζ. *quos destitueris, hos, quippe injuria affectos, inimicos habebis.* Ὅπως — μήτε ἐλλείψῃ Aristot. Polit. I. 9. 34. corrigere promtum est. Verum ἐλλείψας Olympiod. ad Meteor. I. 10. a. ἐνέλειψε Apoll. de Synt. II. 8. 117. Sylb. de Adverb. p. 576. Eustath. p. 539. suis auctoribus non indigna sunt. Ἂν ἐκλείψωμεν, ἂν καθήμεθα Dio Cass. XXXVIII. 181. Ἐκλείψας Liban. Ἐκφρ. T. IV. 1089. Ἐπιλεῖψαι, quod in Dem. de Cor. 324. codici Aug. relinquendum est, suo jure utitur Zosimus IV. 10. 297. Omnium frequentissimum est καταλείψας, cujus exemplum ab antiquo auctore, Charace, proditum in Schol. Nubb. 508. plurimos imitatores habuit: Lucian. Dial. Meretr. VII. 227. Philostr. II. Vit. Soph. I. §. 11. p. 561. Plutarch. Parall. XXXIV. 432. T. VIII. Choricius in Anecd. Villois. pag. 21. Euseb. H. Eccl. V. 10. 220. Socrat. H. Eccl. I. 6. 11. Theophyl. Simoc. III. 15. Nicet. Ann. XVII. 3. 334. Schol. Eur. Phoenn. 1061. etc. Hesychius: Ἐάσαντες, καταλείψαντες, unde mihi suspicio suborta est de Coluthi v. 113.

Δειμαίνων δ' ἀνόρουσε —
καὶ χορὸν εὐκελάδων δονάκων ἐπὶ φηγὸν ἐρείσας
μήπω πολλὰ καμοῦσαν ἑὴν ἀνέκοπτεν ἀοιδήν.

Codicum et Edd. veterum consentiens scriptura est ἐπὶ φυτὸν s. φυτῷ ἐάσσας, cujus nec pes nec caput in recepta lectione apparet. Neque placet h. l. fagi mentio sensim illata. Itaque suspicari licet, illum ἐπὶ οὔδει ἐά-

---

[†) V. not. ad Poet. Gnom. p. 148. *G. H. S.*]

σας scripsisse, *fistula humi abjecta*, quam significationem seriores, ut dico, huic verbo dederunt. Quod superest, eodem modo Nonnus Dion. VI. v. 288. σύριγγα ἐάσας. Καταλεῖψαι Theophil. Institt. I. Tit. XI. 5. 114. Postremum esto παρέλειψα Polyb. XII. 15. Sopat. Διαιρ. p. 307. Schol. in Dion. Gramm. p. 972. Bekk. Tzetz. ad Lyc. v. 207.

Haec ad tuendam Phrynichi sententiam satis poterant videri. Sed quoniam paullo plus professi sumus, proponam breviter, quid veteres magistri de aliis authypotactorum aoristis praeceperint.

'Υπεξαιρῆσαν ἀντὶ τοῦ ὑπεξελὸν, ἀνελλήνιστόν ἐστι. Καθόλου γὰρ τῶν διὰ τοῦ αἱρῶ περισπωμένων ῥημάτων, οἷον καθαιρῶ, ἀναιρῶ, διαιρῶ καὶ τῶν ὁμοίων, ἐκλέλοιπεν ὁ πρῶτος ἀόριστος καὶ τὰ τούτου κινήματα Hort. Adon. p. 167. quae fluxerunt ex Etym. M. p. 577. 52. hinc corrigendo. Ad fidem huic decreto praestruendam valet inprimis, quod exemplorum contrariorum maxima pars etiam alio nomine et causa suspecta est: ὅπως ἐξαιρήσωνται Aristid. Panath. T. I. p. 137. ὅπως ὑφαιρήσῃ Plutarch. V. Lucull. XI. 291. T. III. ὅπως μηδὲ ἄλλοι ἀναιρήσωσι Jamblich. V. Pyth. XXIV. 108. 233. Nonnunquam conjunctivi geminata plaga prosternendi sunt, ut in Lucian. pro Imagg. XII. 35. T. VI. σκόπει ὅπως μετακοσμήσῃς καὶ ἀφαιρήσῃς, et Plutarch. de S. N. V. c. XVII. 255. οὐκ ἂν προείμην — εἰ μή τις ἀναιρήσῃ καὶ διαφθείρῃ. Neque, si subjunctivi indicativis intermixti sunt, id expavescendum est, ut ap. Sopatr. Διαιρ. Ζητ. p. 306. κοινῇ τοὺς συκοφάντας αἱρήσωμεν, κοινῇ τὴν ἐπιβουλὴν ἐλέγξωμεν — ζητήσωμεν — παράσχωμεν, quo loco diversi modi facile inter se coeunt. Ταῦτα πάλιν — συνθήσομεν καὶ τάξομεν καὶ διέλθωμεν Arist. Rhet. ad Alex. XXXVI. 14. 'Επεμελήθη ὅπως — ἀποστήσεται ἢ ὅπως — μὴ ἀπόληται ἢ ὡς — δύνηται Xenoph. Ages. VII. 7. ubi Edd. nonnullae δυνήσεται praestant. Atque ejusmodi locis librarii, modorum discrepantia offensi, paronychii tollendi causa saepe vulnera inflixerunt letalia, ut illi Pindarico Ol.

VI. 40. ὄφρα βάσωμαι ἴκωμαί τε, ac multa in eundem modum. Neque raro in hoc verbo, de quo agitur, infinitivi futuri aoristorum speciem induerunt. Dion. Hal. Antiqq. VII. 63. 1461. ἠξίωσεν ἀφαιρήσασθαι, pro quo nihil impedit quominus futurum reponatur, quod non rarenter contra Atticistarum praeceptum cum verbo ἀξιοῦν construitur; sic apud Dionysium ipsum V. 61. 993. οὐδὲν ἀξιώσουσι συγχωρήσειν. Arrian. Alex. I. 12. 34. οὐκ ἀπαξίωσας ἐμαυτὸν καταστήσειν. Polyb. IV. 47. 116. ἀξιοῦντες καταλύσειν. †) Verum de Dionysio ejusque aequalibus non nimis sollicitus sum. Nam neque fieri potest, ut id, de quo Atticistae tam diligenter caverint et monuerint, non fuerit aliquando admissum, neque nos dubitare sinunt Hesychii Glossae: Αἱρήσαντες — Αἱρήσασθαι — Αἱρησάμην — Ἀφαιρήσασθαι et Lexici Coisl. p. 251. (p. 356. Bekk.) Προῃρήσαντες (sic), θελήσαντες· Αἱρησαμένων, βουλευσαμένων. Gravissimum vero illud Hesychii: Κασαιρῆον, κάθελε. Λάκωνες, ut emendat Koenius ad Gregor. p. 301. Ita ἀναιρῆσαι Polyaen. VII. 40. 242. Schol. Lucian. Merc. Cond. XI. 280. διήρησεν ἐς τρία Schol. Ven. K. 6. non in dubium devoco, quanquam idem in Epist. Theanus II. p. 57. ἐὰν ἀφαιρήσησθε vitii suspectum habeo, non ut philosophiae elegantia indignum, sed quia conjunctivos praesentis et aoristi primi confundere librariis insitum et innatum fuit. Apud Liban. Decl. Achill. p. 78. T. IV. ἀλλ' ἂν αἱρήσω sensus exigit ἀλλ' ἀναιρήσω, *sed esto, occidam Hectorem*. Philoni de Nom. Mut. 1046. A. τοῦ μὴ ἀφαιρῆσαι αὐτοὺς — perite Mangeyus ἀμοιρῆσαι ex altero loco restituit p. 580. Pro πάντα μόνος ἐξηρήσατο Dion. Cass. XLV. 23. 436. aliud aptius codd. praebent. In Mechann. vett. p. 69. συνθεὶς καὶ συναιρήσας invita sententia pro συναιωρήσας, neque recte a Blancardo Arrian. Tact. p. 53. ὑπεραιρήσας pro ὑπεραιωρήσας scriptum est. His breviter disputatis sic argumentor: si recentior

[†) Cf. not. ad Poet. Gnom. p. 16. *G. H. S.*]

Graecitas, tot seculorum hereditate aucta, et remotissimi cujusque cupidissima ostentatrix, tam pauca nobis hujus aoristi exempla praebet, veteres aut nunquam aut perraro eo usos fuisse necesse est. Isocratis locum c. Lochit. 12. 698. (p. 400. Cor.) ἢν περιαιρήσησθε τὸ τῆς οὐσίας ἀφαιρεῖν — καὶ — ἡγῆσθε —, si nihil gravius peccarunt librarii, ejusdem syllabae geminatio corrupisse videtur, ut passim δυνήσησθε, εὑρήσησθε scribitur. Apud Platonem de Rep. IV. c. 2. (422.) οἴει αἱρήσασθαι priores recte in αἱρήσεσθαι mutarunt, a quo Astium recessisse nollem. Exempla ista, quibus probat, cum verbo οἴομαι aoristum infiniti construi posse, ad id, quod quaeritur, nihil conferunt. Unus restat Aristophanis locus Thesm. 760.

Ταλαντάτη Μίκκα, τίς ἐξεκόρησέ σε;
τίς τὴν ἀγαπητὴν παῖδά σου 'ξηρήσατο;

quam lectionem Scholiastas ante oculos habuisse patet. Verum ad meum sensum nihil languidius fingi potest hac epexegesi τίς ἐξηρήσατο, mihique ita persuadeo, si quis prioris versus sententiam pluribus et planioribus verbis comprehendere velit, vix cum alia esse reperturum, quam quae hoc versiculo continentur. Utrum vero totus versus spurius habendus, an pro ἐξηρήσατο aliud verbum quaerendum esset festive ambiguum, ut ἐξετρήσατο aut simile quiddam, (notum est, quem in sensum τρῆμα, τρυμαλιά et τρυπᾶν ferantur,) hoc igitur quum mecum constituere non possem, Hermanni sententiam sciscitatus sum, qui mihi respondit, sibi difficile videri aoristum illum ex Aristophanis loco evellere, seque dubitare etiam, an Aeschylus Agam. 671.

Ἤτοι τις ἐξέκλεψεν ἢ 'ξητήσατο.

eodem modo scripserit. De Aristophane igitur quiesco. In Quinti Smyrnaei loco IV. 40.

Τοὺς εἴθ' ἀργυρότοξος ἀναιρήσειεν Ἀπόλλων·

et facilem emendationem reperio, ἀϊστώσειεν vel (quod

mihi verisimillimum videtur) ἀμαυρώσειεν, nec difficilem vulgatae excusationem. Namque apud epicos poetas multa aoristorum exempla inveniuntur, a quibus pedestris sermo declinat: Ἔθρεξα Hom. Ἰλ. N. 409. Σ. 599. Fischerus ex subditicia Iphigeniae Aulideae parte et ex titulo sepulcrali protulit. Οἰήσασθαι Arat. Diosem. 896. et 1006. e cod. Vratisl. restituendum, quo in prosa abutuntur Porphyrius de Abst. II. 24. 144. Eustrat. in I. Nicom. p. 8. a. Ἐπέλησε homericum Ὀδ. Υ. 85. λήσειε Nicand. Alex. 281. λήσασθαι Quint. Cal. III. 99. XII. 460. Nonn. Dion. XXXIII. 544. 15. XLVIII. 860. 13. Thucydidis λήσωσι et Xenophontis λήσαντα, quod Matthiae denuo inserit, jam Fischerus sustulit Animm. ad Vell. T. III. p. 127. codicum ille auctoritate ductus, nullis grammaticis rationibus. Itaque etiam Isocrati διαλήσῃ reliquit, quod non magis tolerari potest, quam μὴ λήσῃ Plat. Rep. IV. 421. E. Dion. Hal. Antiqq. VI. 58. 1170. ὅπως λήσῃ Schol. Eur. Phoenn. 987. etc. Epicis aoristis, hoc est iis, qui antiquitus communiter cum secundis usurpati, mox vero, his praevalentibus, a scriptorum usu remoti et ad certum genus restricti sunt, etiam ἕψασθαι Theocriteum IX. 2. adnumerari posse videtur, quod et Pindaro tribuit Pauwius Ol. XIII. 59. et recentiores etiam in communi sermone usurpant: συνέψασθαι Anna Comn. II. 61. B. Certum est, aoristum δυνήσασθαι Homero ejusque imitatoribus, Arat. Phaen. 375. Epigr. Ἀδεσπ. DCXVIII. 248., proprie assignatum esse, neque hanc circumscriptionem excedere. Δυνήσασθαι Demosth. c. Eubul. 1501. 2. Taylori inventum est; δυνήσησθε de Fals. Leg. p. 445., quod Matthiae commemorat, Reiskius ex codicillo nescio quo pro δύνησθε seu δυνήσεσθε in textum transtulit. Idem in Dion. Chr. Or. VI. 209. Venetae mendum ὅπως ζῆν δυνήσωνται instauravit, quum Morellius, quem ille graece scire negat, recte δυνήσονται edidisset. Similiter in Diod. Sic. II. 26. scriptor codicis Mut. ἐὰν μὴ δυ-

νήσωνται pro δύνωνται invexit. Neque plus tribuendum est iis, quae Fischerus p. 74. in medium affert. Haec praemuniuntur reliquo sermoni nostro, ne quis in cursu hujus disputationis, ubi aoristorum commenticiorum turmae profligandae erunt, haesitet ob eam causam, quod conjunctivos aoristi cum inclinamentis futuri et praesentis a librariis commutari nesciat. In Demosth. Prooem. 1458. 16. ὡς ἀγαπητὸν εἶναί μοι δοκεῖν, ἄν, ὅπως μὴ πείσεσθε κακῶς, δυνήσεσθε φυλάσσεσθαι, ubi plures apertae sunt emendandi viae, una brevissima est, ἐὰν δύνησθε. Ex eodem errore scribendi ἐὰν πεισθήσησθε Athen. VI. 89. 517. κἂν πεισθησώμεθα Philo Quis rer. div. haer. 519. C. (ubi κἂν πεισόμεθα, quod Mangeius p. 513. T. I. e codd. edidit, propius abest a vera scriptura.) ἐὰν ἁμαρτήσησθε, quod cod. Paris. in Dem. Or. de Pac. 57. 14. offert, ἐὰν εὑρήσητε Id. Prooem. 1442. ἂν δὲ μὴ εὑρήσωμεν Sopat. Diaer. p. 384. ἐξευρήσειεν Synes. Encom. Calv. p. 82., pro quo jam Porsonus Advers. p. 192. e Suida ἐξευρεῖν emendavit, et similia nata sunt. Quorum multitudinem si quis pertimescat, is trepidare et verecundari desinet, si illa respexerit, quae ne summus quidem codicum consensus a ferro vindicare potest: ὅπως μὴ ἔσωνται Dio Chr. VIII. 285. ὅπως μηδέποτε γενήσωνται Aristid. Or. de Societ. I. 482. ὅπως δεήσωνται Liban. Decl. I. 184. ὅπως μὴ πεύσηται Lys. de Caed. Erat. 24. pro quo Jacobsius Emm. in Athen. p. 28. πευσεῖται proponit; ὅπως μὴ πείσωνται Demosth. Olynth. III. 28. quod vitium in Dion. Hal. Antiqq. IV. 30. 719. a Sylburgio invectum, ex Plat. Gorg. 513. A. ab Heindorfio sublatum est; ὡς μὴ κείσηται Hippocr. T. I. 618. Lind. ἐπανελεύσηται Galen. de Humor. p. 152. B. T. III. ἢν φανήσησθε Isocr. c. Callim. 18. 663. εἰ μὴ συνήσωμεν Artemid. I. 2. 7. ὅπως γνοίη καὶ παραδώσῃ Strabo I. 20. quaeque alia afferri possunt plura. Unde haec serpserint, non obscurum est. Alia librariis tribuenda sunt, qui, a teneris unguiculis in sordi-

bus caducae Graecitatis volutati, cum aliis erroribus, quos cum lacte nutricis suxerunt, etiam futura subjunctivi in veteres transfudere libros. Μὴ — ἐνθήσῃς — ὑφέξῃς — δώσῃς gregatim occursant in Epigr. Ἀδεσπ. DCXCIV. 266. ἐὰν βάλῃς — δώσῃς Geoponn. X. 54. 722. ὅταν δώσῃ Tzetz. ad Lyc. v. 447. Moschio de Aff. Mul. p. 20. Anecd. Bekk. p. 472. ἵνα προςθήσῃς Schol. Arist. Lys. 445. ἂν ἐπιθήσῃ Eumath. Hysm. III. 86. Ἵνα ἀποκαταστήσῃ καὶ ἀποδώσῃ Harmenop. Proch. II. 11. 157. ἐὰν ῥέξῃ — προςθήσῃ — ἐπιθήσῃ II. 4. 144. ὅπως παραλλάξῃ καὶ ἐκδώσῃ Aesop. Fab. XLIV. ἐὰν εὑρήσω Id. CXXXI. p. 335. ἐὰν δηγχθήσωμαι Fab. XXV. ἵνα ἕξωσι Schol. Thucyd. III. 21. quod etiam Lysiae inserere ausus est Taylorus Epitaph. p. 106. T. V. ἵνα παρέξῃ Schol. Arist. Avv. 1521. ὡς ἂν ἕξῃς Aesop. CCLXXII. 178. γενήσωνται metrum tuetur in Jo. Geom. H. in Θεοτ. I. v. 57. ἕως ἂν αἰσθήσηται Schol. Arat. 418. Sed iidem etiam recentioris Graecitatis alumni aoristos nulli veterum cognitos in usum intromiserunt: ἀνθέξασθαι Anna Comn. IV. 114. B. ἠνέξατο Nicet. Ann. XIX. 6. 372. ἀνέξασθαι Eustath. p. 133. θήσαντες Constant. Porph. Adm. L. III. 148. C. μεθήσας Coluth. 125., unde elucet, qui factum sit, ut pro παρεῖσαν, ἀφεῖσαν toties παρῆσαν, ἀφῆσαν scripta reperiantur, Aristid. Or. Plat. II. 137. 140. 151. et in locis a Schneidero citatis ad Hell. VI. 5. 19. τοῦ εὑρήσαντος Etym. s. Ἑρμώνειον. Ἐλεύσασθαι autem Charitoni I 3. auferendum est. Ex hoc nemo dubitaverit, unde illa vitiorum multitudo libros nostros occupaverit. Ac nonnunquam etiam librarios de temporum congruentia sollicitos fomenta ex proximo quaesivisse apparet, ut in Dion. Hal. Antt. VI. 61. 1179. πάντων ἂν εἴητε ἀφρονέστατοι, εἰ ὑμᾶς παραδώσαιτε, concinnius esse crediderunt quam παραδώσετε, quod hoc loco reponendum est. In eandem plagam Reiskius incidit in Lys. c. Eratosth. p. 222. εἰ τὰ χρήματα δημεύσετε, καλῶς ἂν ἔχοι, contra codd. δημεύσαιτε corrigens, v. Jacobs. Emendd. in Athen.

p. 29. Heindorf. ad Phaedon. 218. Alia ab editoribus ἀγραμματικεύτοις introducta sunt: ὅπως μὴ δώσῃ Theophr. Char. XXVI. εἰ παραθήσῃ Geoponn. XIII. 12. 958. alterum Camotio, alterum Needhamo debetur; ὅπως φανήσωνται Dem. c. Phaenipp. 1047. Reiskius, ὅπως παραθήσωνται — παρασχήσωνται Athen. XII. 35. 458. nescio qua ex membrana arreptum Schweighaeuserus vulgatis praetulit. Ὅπως μηδὲν ἐνδεήσωμεν Thucyd. VI. 78. ὅπως μὴ διαφήσωσι VII. 32. invitis codicibus subrepserunt. Ἵνα παραδώσῃ Joseph. Antt. VII. 1. 366. ἐφ' ᾧ ἕξωμεν VI. 14. 555. μὴ οἰχήσηται Gregor. Naz. VII. 214. doctis Theologis, qui novissimas editiones adornarunt, nemo justus rerum aestimator exprobrabit. Sed quod ὅπως φεύξωνται Jamblich. V. Pyth. c. 31. 206. 400. et ἢν καθέξῃς (leg. καθέλῃς) Plat. Gorg. 461. D. p. 51. Heind. etiamnunc se oculis ingerunt, molestum est. Quid rationis novi Testamenti auctores et diasceuastae sequuti fuerint, vix serio quaerendum; sed pro cetera textus tralaticii conformatione καυθήσωμαι et σταθήσωμαι, praesertim in Matthaei et Pauli libris, ferri non possunt, v. Abresch. Dilucc. p. 795. Wakefield. Sylv. Crit P. III. 59.

Cum illo librariorum errore, quem modo exagitavimus, conjunctum est, quod fatiscens Graecitas subjunctivis aoristi significationem futuri tribuit. Qua de re inprimis memorabile est Lesbonactis testimonium: Τῶν ἀττικῶν τὸ συντάσσειν τὸ μή μετὰ μέλλοντος χρόνου — — ἡμεῖς δὲ τὴν μή ἀπαγόρευσιν καὶ τὴν οὐ ἄρνησιν ὑποτακτικοῖς ῥήμασι συντάσσομεν, οἷον οὐ μὴ διαλεχθῶ, οὐ μὴ εἴπω. Ἀνακύπτει δὲ ἐκ τούτου τοῦ σχήματος καὶ ἕτερον Δώριον, ὃ γίνεται τῆς αὐτῆς συντάξεως χρεοκοπουμένης, οἷον, οὐκ εἴπω σοι, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἐρῶ σοι, καὶ, σήμερον οὐκ ἴδῃς, καὶ τὸ Οὐ γάρ πω τοίους ἴδον ἀνέρας οὐδὲ ἴδωμαι. p. 187. Homerica exempla omnibus nota et promta esse debent. Oratoribus in tali constructione οὐ μή convenit. Aristid. Rhod. 551. T. I. οὔτε καθῄρηκεν, οὔτε οὐ μὴ καθέλῃ ποτέ, οὔτε σεσύληκεν, οὔτε μὴ συλήσει. ubi illud

οὐ vel in οὖν mutandum vel (quod probabilius) expungendum est. Idem Or. in Jov. p. 2. οὐκ ἐκινδύνευσε, οὔτε μήποτε κινδυνεύσῃ· et p. 6. οὐκ ἐκώλυσε οὔτε μὴ κωλύσῃ· utroque loco futurum indicativi reponendum. Plato Phaedr. 260. E. οὔτε ἔστιν, οὔτε μήποτε γένηται. Rep. X. 287. T. VII. οὔτε ἐφυτεύθησαν, οὔτε μὴ φυῶσι, cujus generis exempla plura collegit Schaeferus Melet. p. 110. In Aristot. Rhetor. ad Alex. XX. 95. οὐδὲ γὰρ εἰπεῖν ἂν τολμήσαιεν, οὐδ' ἂν φήσωσιν· scrib. οὐδὲ φήσουσι, ut in Apsin. Τέχν. 723. μηδενὶ συμβαίη, ἀλλ' οὐδὲ συμβήσεται. Plato Legg. XI. 155. ὃ μήποτε γένοιτο, οὐδ' ἔσται. Eodem modo Demosth. c. Mid. 581. et Diog. La. V. 12. 275. ὃ μὴ γένοιτο, μηδὲ ἔσται. Non magis οὐ cum subjunctivo in enuntiationibus simplicibus apud veteres occurrere videtur; οὐδὲν πάθῃς Lucian. Dial. Mar. VI. 5. et id genus alia in suspicione ponuntur. Sed quo magis per devexum ire coepit Graecitas, tanto apertius haec gliscit constructio. Οὐδέποτε ἀποφύγῃ pro ἀποφεύξεται Cynosoph. XXX. 44. ἐπιδῶ pro ἐπιδώσω Aesop. Fab. XVIII. 290. (ubi hoc ipsum restituit Corayus) προςενέγκω pro προςοίσω, ἔλθω pro ἐπελεύσομαι, v. Coray. Prolegg. ad Aesop. p. 42. †) cujusmodi, puto, exempla Hermannus requirebat ad Vig. p. 742. Hac quotidiani et vernaculi sermonis pravitate infecti Glossographi futura conjunctivis reddere solent. Photius: Συντεύξομαι, συντύχω. Περιτεύξεται, συντύχῃ. Σχήσουσι, σχῶσι. Πείσονται, πάθωσι. Τίσωσι, τιμωρήσονται. Πρόωμαι, παραχωρήσω. Hesychius: Πόρωσι, χαρίσωνται, δώσουσι, ubi perperam δώσωσι emendant. ††) Παροίσομεν, παρενέγκωμεν. Οὐχ ὑποίσω, οὐχ ὑπενέγκω. Schol. 'Ιλ. Β. 141. Αἱρήσόμεν, λάβωμεν. Eustrat. in VI. Nicom. p. 80. 6. διέλωμεν ἀντὶ τοῦ διαιρήσόμεν. Tzetz. ad Lyc. 881. αὐδάξει καὶ εἴπῃ etc. Quae res

[†) Add. Append. ad Aristoph. Plut. p. 517. *G. H. S.*]

††) Quis non miretur, Albertium, hujus emendationis auctorem, alio loco: *Προϊέμενος, προδώσας*, aut *προδούς*, quod Suidas exhibet, aut *προδώσας* scribendum censuisse?

tum alios fefellit, tum Heynium ad 'Il. Δ. 237. ita scribentem: „Γῦπες ἔδονται *Scholiastes reddit* φάγωσι, *ac si* ἔδωνται *ante oculos habuisset.*" Nihil minus. Hinc etiam clarescit, quid Technicos Byzantios permoverit, ut particulam εἰ cum subjunctivis authypotactorum componi concederent; quippe εἰ μάθῃ ex istius aetatis consuetudine idem est quod εἰ μαθήσει. Deinde etiam hujus rei observatio ad correctionem depravatorum aliquid utilitatis habet. Apud Photium Συνοίσει, συνενέγκει, apud Hesychium Πείσονται, καθοῦσι, omnes mihi concedent συνενέγκῃ, κάθωσι scribendum esse. Suidas: Καθαιρήσεται, καθελεῖται, aut καθαιρήσετε, καθελεῖτε, ut Kuesterovisum, aut, illo servato, καθέληται corrigi oportet. Idem: Προεῖται, ἐφήσει· leg. πρόηται. Lexicon Bekk. p. 288. προεῖσθε, προδώσετε· leg. πρόησθε. Hesychius: 'Αποίσει, ἀπενέγκει· leg. ἀπενέγκῃ· ἀπενέγξει, quod passim substituunt, ex confesso barbarum est. Idem: Οἴσει, ἐνέγκει, προσφέρει, κομίσει· leg. ἐνέγκῃ, et, quod his interpositum est προσφέρει, ad praesens οἴσει refer, ut apud Suidan: Διοίσειν, προσφέρειν. cf. Valcken. Diatr. Eur. p. 224. Apud eundem Hesychium: Συμφέρον, συνοῖστον, non illud in συμφερτόν, sed hoc in συνοῖσον mutandum. Idem: Περιπεύξεται, συντύχῃ ἢ περιπέσηται· dubitari non potest, quin περιπεσεῖται scripserit. Licet enim recentiores Graeci nonnunquam ad aoristum ἔπεσα deerraverint, tamen considerandum est, ne culpa in immeritos conferatur. 'Ενέπεσαν Sext. c. Phys. I. 642. κατεπέσαμεν Achill. Tat. III. 17. 290. περιεπέσαμεν Id. 19. 294. προςπέσασα Charito I. 9. 18. συνέπεσαν Hermog. Tars. in Bibl. Vet. Lit. et Art. P. IX. p. 5. ἀνάπεσαι Luc. Ev. XVII. 7. XIV. 10., ubi codd. ἀνάπεσε praebent, liberum opinantibus arbitrium relinquunt. Apud Aeschinem de Fals. Leg. p. 337. cur Wolfius ἐνεπέσαμεν in ἐνεπέσομεν deformarit, negat se videre Reiskius et velut ominatus, *saepe*, inquit, *ingenium humanum vel in planissimis ruit.* Apud Hesychium: Διαπεσόντες, δι-

ἐκτρώσαντες, recte restituerunt διεκπαίσαντες. Verum pro altero non διεκδράσαντες, sed διεκτρήσαντες, i. e. διατρυπήσαντες, *furtim elapsi*, scribendum. Idem: Διαττερίσαι, διαδράναι· mihi διατρᾶναι scripsisse videtur. Illud praeterea Pausaniae restitui debet VII. 16. 291. τότε τῷ Καλλιστράτῳ παρέσχε τόλμα διεκπαίσαι διὰ τῶν πολεμίων, ubi παρέστη scribendum. Postremo non alienum est admonere, Glossographos non raro etiam alios aoristorum modos ex quolibet verborum genere futuris aequiparare. Quod quidam parum considerantes in Hesychii locis Παρεισκεῖν, παρακεῖσειν, παραλογίσασθαι, et Παρακελεύσεσθαι, παρατρέψασθαι, aoristos substituerunt. His multa opponi possunt: Suidae: Προςήσεσθαι, δέξασθαι. Hesychii: Προκαταθήσεσθαι, προκομίσασθαι, Πείσεσθαι, παθεῖν, atque hoc validissimum: Μάρψαι, συλλαβεῖν, καταλήψεσθαι. His rationibus ductus Hesychio s. Μεταπείσασθαι, μεταπεισθῆναι, pro vitioso aoristo futurum reddendum judico.

Si cui autem incredibile videatur, librarios aoristum αἱρῆσαι suo Marte, nullis veterum librorum indiciis, Aristophanis textu infarcire ausos esse, hunc ego experiar an alio argumento ab ista cunctatione et verecundia deducere possim. Huic eidem poetae illi aoristum nullius pretii et auctoritatis, χῦσαι, obtruserunt Avv. 210. χῦσον δὲ νόμους ἱερῶν ὕμνων, quam locutionem aptis exemplis illustrat Jacobsius Emm. in Athen. pag. 350. Verissimum est (ne quis de κλῆσον cogitet) id quod Suidas hoc loco legit, a Brunckio neglectus, λῦσον δὲ νόμους, *solve cantum somni vinculis constrictum*; praecedit enim: παῦσαι μὲν ὕπνου. Ἀποχύσας quidem apud Hippocratem legitur de Morb. Mul. I. 89. 784. E. T. VII. c. 118. 509. Lind., sed circumfluentibus undique legitimae formae exemplis superfusum et oppressum; διαχῦσαι in Xenoph. Memm. IV. 3. 8. editum, sed ex additamento Meermanniano, quod non hoc uno nomine suspectum est. Dehinc, si forte προςέχυσε excipias in

Incert. Exod. XXIV. 26., per plura secula hic aoristus quiescit, donec sub extremam fere tempestatem, tanquam agro verfefacto, laetius repullulat. *Διαχύσει, dissolvet*, Geoponn. VII. 8. 479. et apud Hesychium διαχύσει, ἁπλώσει, quod et pro dativo nominis haberi potest; ἐκχῦσαι Eumath. Hysm. II. p. 44. Hesych. et Phot. s. Ἐκεῖσαι; ἐπέχυσε Schol. Lucian. Conviv. V. 72. ἐγχύσομεν Mechann. Vett. p. 186. προςέχυσε Metaphrast. Hom. II. III. v. 10. ed. Villois. et simplex χῦσαι Tryphiod. 205. Alia verbi forma est χύνω a Luciano reprehensa Pseudos. XXIX. 85. Nam quod de ἐκχύνειν dicit, valet et de simplici verbo et de compositis omnibus; quanquam ἐγχυνόμενον ipsi censori elapsum est Pro Imagg. fin. p. 54. T. VII. quod Heroni restituendum pro ἐγχυόμενος Spirit. p. 169. Ἐπιχύνειν Hermes Stob. Ecl. Ph. I. 52. 1092. χύνονται auctor Anon. in Bibl. Matrit. p. 455. ἐγχύνεσθαι Mechann. vett. p. 177. et 204. συγχύνεσθαι Apoll. de Pronom. p. 132. διασυγχύνω Id. de Adverb. p. 616. ὑποσυγχυνόμενος Joseph. Antt. XVI. 4. 795. Sed si quis forte recordatus, nomina χύμα et χεῦμα diverse dici, hinc etiam verba χῦσαι et χέαι s. χεῦσαι (κακχεῦσαι Suid.) inter se differre colligat, ista significationum diversitas nulli eorum exemplorum, quae paullo ante commemoravi, excusationi esse potest, neque ea in aliis nominibus biformibus intelligitur, veluti φύξις et φεῦξις Soph. Antig. 361. quo in loco Heindorfius ad Plat. Soph. 341. conjecturam periclitatus est editoribus incognitam, φεῦξιν οὐκ ἐπεύξεται, ceterum neque necessariam, neque exemplis istis, quae affert, consentaneam; ἀπόφευξις Aristoph. Nubb. 874. Vesp. 562. 558. ubi memorabile est in omnibus libris ἀπόφυξις scribi, quam antiquiorem scripturam esse, tum Homeri exemplo patet, tum frequentissimo adjectivi ἄφυκτος usu, Plato Euthyd. 276. E. Theaet. 165. B. Aeschin. c. Ctesiph. p. 404. Arist. Nub. 1047. plurimisque Tragicorum et Epicorum locis; quo longe contemtius est ἄφευκτος, neque tamen ita con-

temtum, ut Phalaris et quisque huic simillimus scriptor eo uti nequiverit. Lennepio ad Ep. CVI. 302. unum ἄφυκτον probanti obviam eunt Philo Quod Det. Pot. insid. p. 182. B. Plutarch. V. Lys. XXIX. 172. Gregor. Naz. Or. II. 61. D. cum Suida et Hesychio; δύςφευκτος e Philone de Merc. 864. D. et Glossariis Albertii ad Hesych. s. Δυςάλυκτον Lexicis addendum. Quibus exemplis etiam Luciani locus Quom. Hist. conscr. LXII. 217., ubi omnes libri in ἄφευκτος conspirant, sustineri posse videtur. Sed Barnesius, qui in Hom. Il. XVI. 128. φευκτόν invexit, facile refellitur tam Homeri consuetudine quam recentiorum Epicorum. Δυςδιάφυκτον autem, quod Schneiderus nescio unde sumtum apposuit, prosae minus convenit quam δυςδιάφευκτον, δυςέκφευκτον, ἀνέκφευκτον, quibus solis Attici usi videntur. Ἀπόφυξις Plato Legg. VI. 715. E. fortasse magis atticum quam διάφευξις Thucyd. III. 23. VII. 38. quod et Antiatticista Bekk. p. 90. ex priore loco enotavit, κατάφευξις VII. 41., quae aliis consocianda relinquo. Φύξιμος Hippocr. de Intern. Aff. II. 640. E. T. VII. Soph. Antig. 780. Plutarch. Praecc. XXI. 195. T. II. Quaest. Rom. pag. 374. T. VIII. Polyb. IX. 29. apud recentiores et quidem eosdem, Plut. de Superst. IV. 61. T. VIII. Polyb. XIII. 6. φεύξιμος scribitur, qui et substantivi formam latiorem haud dubie praetulerunt. In eadem causa periclitantur etiam ῥύσις et ῥεῦσις, quae apud eosdem scriptores tam saepe alternant, ut, si codd. dissonant, vix, cum utro stes, adjudices. Et dissensiunt illi persaepe: Plut. Symp. III. Quaest. V. 2. 129. Strab. VIII. 5. 90. (347.), ubi Casaubonus ῥύσις praetulit, quod in universum probatius, Straboni vero usitatissimum est. Lexicis adde ἐπίῤῥευσις Hipp. de Locc. in Hom. IX. 152. T. II. Mack. ἐπέκρυσις Diog. La. IX. 52. ἀπέκρυσις Strab. VIII. 8. 321. ubi codd. ἀπέρασις offerunt. Πεῦσμα Philo Quod Det. Pot. insid. p. 166. B. et ἐρεύθημα Galen. Def. Med. 268. E. (uterque multo saepius πύσμα et ἐρύθημα)

adeo rara sunt, ut in Lexicis nondum compareant, quod ipsum est eorum novitatis documentum. (Pro ἐρυθριόωσαν Mus. v. 161. jam dudum restituimus, quod Epographo convenit, ἐρευθιόωσαν.) Item Grammatici, κύστις inter Thucydidis Glossas referentes, satis indicii dant, πεῦσις sibi suisque aequalibus familiarius esse; illo etiam Aeschylus, Plato, Euripides, hoc rhetores potissimum utuntur, Philostr. Iconu. X. 876. Longin. c. 18. Synes. Ep. LXVI. 206. C. Apollon. de Pron. p. 54. Zosim. Hist. IV. 21. non raro illi ad antiquiorem formam relapsi. Lexicis adde πευστικῶς Apollon. de Adv. p. 625. Schol. Ven. P. 299. φιλοπευστικός Eustath. p. 592. πευστέον Plato Soph. 244. B. et ex superioribus generibus τεῦγμα Dosiad. Ara, (ἐπιτετευγμένον saepius apud Alex. Trall. III. 7. 196.) τύξις Hesych. ἔκφυξις Symmach. Ps. 54. 9. et ἀνάφυκτον Themist. Or. XXI. 261. B. Sed hic ἄφυκτον correctum esse quis non probet? Non cadit ista insolentia in oratorem tam sani et temperati coloris. Nec semel in hac re peccatum est, sed crebrius quam quis inexpertus credat. Ἀνάγνωστα γρᾰφόμενα Dion. Cass. XL. 80. 229., i. e. δυςανάγνωστα, difficilia lectu, Reimarus contra Oddeyum, ἄγνωστα corrigentem, defendit Homerico exemplo ἀνάεδνος; qui etiamsi plura ex hoc genere proferret, ἀνάπυστος, ἀνάελπτος, + ἀνάθεσμος Maneth. III. 154., tamen de Dione non obtineret. Ἀνάπυστος, non illud ὑπερστερητικόν, quod Grammatici comminiscuntur, sed pro inaudito (quae significatio Lexicis ignota) in Homeri loco accepit Pausanias IX. 5. 17. (v. Gesner. ad Orph. Arg. 1160.), vix probaturus, si quis in sermone hoc uteretur. Neque puto ullum inveniri exemplum, quod non librariis tribuendum sit, saepe in fraude deprehensis. Sic in Soph. Trach. 480. pro ἀγνώμονα MS. Harlej. a Porsono collatum Adv. 155. ἀναγνώμονα dat. In Joseph. Antiqq. XVI. 2. 788. pro ἄεργον uni cod. ἀνάεργον adhaesit; quod nos ad aliam quaestionem ducit non tam

solvendo maturam quam praeparari dignam, de particulae negativae varietate et inconstantia. Nam idem nomen apud eosdem scriptores literam ν̄, alpha privativi consortem, modo remittit, modo servat: Ἄοπλος Plato Protag. 320. E. 321. C. Xenoph. Hell. III. 37. ἄνοπλος Hiero. VI. 4. Euthyd. 299. B. H. Stephanus, qui nullum hujus scripturae exemplum notaverat, tantum, quantum memoria suppetebat, decernit, prius magis usitatum esse. Verum ne hoc quidem inusitatum dici potest, v. Plutarch. V. Pomp. 45. 195. Pelop. 27. 265. Brut. 28. 254. Philo V. Mos. 629. A. Dio Cass. 63. 17. Aelian. V. H. VII. 19. Themist. XV. 190. D. Maxim. Tyr. XXXVI. 192. Paus. I. 40. Appian. Civ. II. 203. Herodian. II. 5. Joseph. Antiqq. II. 15. quorum omnium nullus est, qui non multo saepius ἄοπλος expromat, quo Thucydides constanter, si memini, utitur. Ἄϋδρος Hesiodus et codd. Athen. III. 4. 290. pro ἄνυδρος praebent, quod nunc omnes fere locos occupat Hipp. de Aer. et Locc. IV. 66. Herodo. II. 7. IV. 173. Eur. Ion. 89. Theophr. V. Apoll. I. 41. VII. 16. Aristid. Aegypt. 352. Oppian. Cyn. 323. etc. etc. ἀνυδρία Thucyd. III. 88. Xenoph. Cyr. VIII. 6. 10. Theophr. Caus. Pl. V. 12. Diod. I. 30. Strabo III. 421. sed ἀϋδρία Plato Legg. VIII. 844. ubi recte fortasse Cornarius ἀνυδρία correxit, quo ducit vett. Edd. lectio ἀνδρία. Sic apud Basilium eodem sensu ἄϋλος Ep. CXLI. 171. A. et ἄνυλος 173. C. ἀομβρία, quod Lexica omittunt, Aristot. H. An. VIII. (IX.) 27. 399. ἀνομβρία Gregor. Naz. Or. XXI. 389. D. Lex. Bekk. p. 203. ἄνομβρος Herod. IV. 185. Eurip. Bacch. 406. neque illis insunt ἀνοινία Euseb. de Laud. Const. XVII. 771. et ἀηδονία Diog. La. II. 89. quicum pugnat ἀνήδονος Joseph. Antt. XVII. 3. Porphyr. de Abst. I. 46. 79. Schol. Eur. Phoenn. 1026. Hesych. s. Ἄποτος, et ἀνηδέως Hippocr. de Affect. XI. 632. A. et ἀνειδής Philo de Mutat. Nom. p. 1065. D. illic omissa, quae longe crebrius ἀηδῶς, ἀειδής, scribi solent, et rursus ἀνείδεος

Stob. Ecl. Ph. T. I. 510. Aelian. V. H. II. 56. Cyrill. c. Jul. I. 52. C. Ἄοσμος s. ἄοδμος Hippocr. de Vict. Acut. III. 104. E. (quod hinc repetit Galen. Comm. p. 105. A.) Aristot. de Sens. V. 71. C. T. II. Dioscor. III. 2. 136. b. ἄνοσμος Hipp. de Morb. Mul. II. 73. 838. B. de Superfoet. VIII. 864. D. T. VII. Chart. de Vict. San. II. 6. 45. Mack. Aristot. H. An. X. 1. 497. Dioscor. I. 94. 40. Eadem inconstantia ἄοζος Theophr. H. Pl. III. 8. ἄνοζος I. 13. III. 10. sic ut hic quoque certum inveniri non possit. Non minor est in adjectivis verbalibus diversitas. Ἀΐδρυτος Philo in deliciis habet Quod Somn. a Deo mitt. 594. B. de Creat. Princ. 722. D. Quod Omn. Prob. Lib. 871. A. de Praem. et Poen. 914. D. sed idem ἀνίδρυτος de Vit. Mos. 655. A. de Fort. 742. C. de Merc. meretr. 864. C. de Monarch. 814. E. de Gigant. 295. C. aliisque locis, eodemque modo Euripides, Demosthenes, Clemens Alex., cui Albertius ad Hesych. ἀΐδρυτος restituendum putabat, tanquam referret. Apud Aristophanem Lys. 809. ne quid nobis subsidii relinquatur, codices inter se discordibus lectionibus certantes judicium cognoscenti auferunt. Neque aliter Eur. Androm. 683. cod. ἀνίστορες offerens tralaticiae scripturae ἀΐστορες obrogat. Valet in vulgus ἀόχλητος Lucian. de Paras. XI. 113. T. VII. Alciphr. III. Ep. 55. Galen. Comm. III. in Hipp. Vict. Acut. 107. B. et + ἀοχλήτως Id. de Usu Part. XIII. 7. 621. E. T. IV. et ἀοχλησία illa ab Epicuro jactata in ipso ejus sermone ap. Diog. La. II. 8. 87. X. 127. Sext. Hyp. I. 4. ἀνοχλησία scribitur Diog. II. 87. quod Reitzius in Harmenop. IV. 128. sua auctoritate pro ἀοχλ. restituit. Ἀόργητος diu notum, + ἀνόργητος nuper demum e Phryn. App. init. erutum. Ἀόρατος omnibus paginis occurrit, ἀνόρατος raro conspicitur, Athen. VIII. 8. 230. Poll. II. 55. Platonem in Timaeo eo usum esse tradens, cujus in hoc libro p. 51. A. ἀνόρατος, p. 52. B. ἀόρατος legitur, sive consuetudo hanc licentiam dedit, sive librarii rem sui arbitrii fe-

cerunt. Haec, quae nobis confusa et indiscreta videntur, tractando fortasse lucescent; tantum vel prima fronte apparet, hiantem commissuram magis in antiquioribus vocabulis et simplicioribus reperiri, ἄελπτος et ἀνέλπιστος, ἄοικος et ἀνοίκητος, quorum duo priora sibi summe constant, tertium et quartum ita, ut ἀοίκητος paullo rarius, rarissime ἄνοικος reperiatur, Athen. XIII. 93. 214. cui convenit, quod apud Homerum ἄουτος quidem vocalibus indistinctis, sed ἀνούτατος et ἀνουτητί legitur, paucis codd. ἀουτητί tenentibus 'Il. χ. 371. In ceteris Homericis, ἀαγής, ἀεικής, ἄεργος, ἀέκητι, ἄελπτος, ἀηθείη, ἄϊδρις etc., vis quaedam literae aeolicae sublucet, quam quae non admittunt, illud hiatus delinimentum quaerunt, ἄναλκις, ἀνάρσιος, ἀνόλεθρος, ἀνιδρωτί, ἀνήροτος, ἀναίμων, ἀναιδής etc., exceptis ἄωρος et ἄουτος. Nec illud fortasse ad hanc causam nihil valet, quod in Herodoto pleraque vocabula, quae vulgo vocalibus hiant, in libris castigatioribus per ν scribuntur, ἄνωρος, (ἄνομβρος), ἄνυδρος, ἄνοικος; ἀνοίκητος L. IV. 31. in codd. pro ἀοίκητος legitur; hoc redit V. 10. Gemina inconstantia apud Diodorum paucis interpositis nunc ἀνοίκητος scribitur III. 37. nunc ἀοίκητος 49. quod Polyaenus III. 9. 35. nuper e libris recepit pro vulgato ἀνοίκητος. 'Ανήσσητος Theocr. VI. 46. quod vulgo ἀήσσητος dici solet.

De verbi χέω formatione illud addere juvat: Aoristi passivi antiqua forma est ἐχύθην, recentior ἐχέθην, ab Etymologo agnita s. Χεῶ, quam nimium frequenter obliterarunt Critici. Primum in Hesychio Δευτερίνας, ὁ μετὰ τὸ ὕδωρ ἐπιχυθῆναι εἰς τὰ στέμφυλα οἶνος, revocanda est pristina lectio temere mota. Tum Suidae s. Οἰωνισμός asserendum ἐχέθη, cui Kuesterus ἐχύθη substituit. Eodem errore Heynius Apollod. I. 6. 4. innocentissimum συνεχέθη exagitavit, quod etiam in Theophili Institt. L. II. Tit. I. §. 27. in veterem possessio-

nem, unde a Gothofredo pulsum est, remigrabit. Antiquissimum hujus formae, quae fere nullo loco quieta intactaque fuit, auctorem nominare possum Philonem de Migr. Abrah. p. 406. ἀναχεθῆναι usurpantem. Posthac magis ac magis increscit et fit manifestior. Χεθεὶς Galen. de Element. I. 4. 10. F. χεθεῖσα Callistratus Imagg. VII. 898. Κατεχέθη Aelian. H. An. V. 3. ubi Schneiderus κατεχύθη correxit. Ἐπιχεθεῖσα Himer. Or. VII. 522. Περιχεθεὶς Tzetz. Chil. I. 19. 509. περιεχέθη Basil. Ep. ad Monach. Laps. pag. 9. C. T. III. συνεχέθη Harmenop. Man. II. Tit. I. 107. Nicet. Ann. XVI. 5. 319. Synes. Ep. LXVII. 208. C. χεθέντων Niceph. Greg. III. 3. 38. E. cf. II. 5. 21. D. χεθῶσι V. 5. 84. D. Suidae Glossa Χεθέντος, πλατυνθέντος, pertinet fortasse ad Theologi locum Or. IV. p. 113. A. τοῦ σωτηρίου λόγου χεθέντος. Χεθήσεσθαι, *fusile fore*, Galen. Comm. in Aphor. VII. 317. B. De Apollodoro rursus erravit Heynius III. 5. 2., quum contra communem codicum omnium consensum pro μαχεσθῆναι (Joseph. Antt. VI. 9. 335. μαχεσθῶσι Metaphr. Hom. III. 254. Ed. Villois.) μαχέσασθαι poneret. Similem huic aoristum ἀπολεσθῆναι usurpat novitia Graecitas. Zonaras p. 1445. Ὄληαι, ὀλεσθῇς. Ἀπολεσθὲν Harmenop. II. 11. 158. ἀπολεσθῆναι III. 5. 189. ἵνα μὴ ἀπολεσθῶμεν Aesop. Fab. XXVIII. Lemma in Antiphan. Ep. VI. ὑποσπασθέντα εἰς τὸν βυθὸν καὶ ἀπαλεθέντα, ubi Boschius Nott. ad Antt. p. 9. ἀποθανόντα corrigit, in ἀπολεσθέντα mutandum.

Tertium erit Ἁμαρτῆσαι, quo usus est scriptor haud inelegans, Aristides Or. Plat. I. 56. ubi Scholiasta haec annotat: τοῦτο ἅπαξ παρὰ τούτῳ τε καὶ ἄλλοις, καὶ οὐ παντελῶς ἐστιν ἄχρηστον. Fischerus tamen nullum hujus aoristi exemplum reperit, atque haud scio an in vera et integra Graecitate reperiri nullum possit; recentioribus ille non infrequens est. Ἁμαρτήσας Diod. II. 14. Artemid. IV. 20. 330. (nisi οὐκ ἂν ἁμαρτήσεις scribendum) Nemes. de Nat. Hom. I. 46. Basil. Ep. LXIV. 183.

D. Athanas. Or. II. in Arian. 55. 525. Sopater Diaer. p. 333. Michael. Eph. in V. Nicom. p. 74. Olymp. in II. Meteor. p. 32. a. Phot. Bibl. CLXXVII. 396. Epigr. 'Αδεσπ. LXXIX. 133. T. IV. Schol. Aristoph. Eqq. 691. Joann. Zon. Ann. I. 62. C. si numeres, multi, si ponderes, leves. Unde autem hunc aoristum acceperint, aut a quo coeperit, haud facile quis dispexerit. Sed videtur ex eadem illa ionica dialecto proserpsisse, diversarum formarum fecundissima, quae βῆσαι, θῆσαι, λεῖψαι, ἀναγνῶσαι et similia partim diversa a secundo aoristo significatione usurpavit, partim eadem; quibus adjiciam nunc quartum οἶσαι, cujus composito ἀνοῖσαι Herodotus utitur; hinc longo intervallo post in recentiorum scriptis resurgit. Οἶσαι Philo de Nom. Mut. 1078. B. προσοίσαντος Anonymus Suidae s. Ἡρμόσθησαν. μὴ προσοίσῃς Pseudogr. Christ. Pat. 1283. Idem Glossographus: Ἀνοῖσαι, κομίσαι. Διοίσασα, διαπεράσασα. Οἶσε, προσήγαγε, συνῆξε· ἑαυτῇ γὰρ πλοῦτον οὐκ εὐκαταφρόνητον οἶσε, quae verba s. Τγρῶς Aeliano assignantur. Is fortasse ἔνησε scripserat. Reliqua nostra non ita firmiter insistunt. Suidas et Zonaras: Ἐπεισοίσας, ἐπεισβαλών· quae interpretatio verbo ἐπισείσας convenire videtur. Hesychius: Οἴσωμεν, κομίσωμεν, φέρωμεν, ἄξωμεν. Hic eadem, quae supra, occurrit dubitatio, ne οἴσομεν scripserit. Idem: Προσοίσησθε, προσδέξησθε, verum videtur προσήσεσθε, ut antea προσίεται, προσδέχεται. Joseph. Antiqq. XVII. 5. 839. μέλλει ἀποίσασθαι futuro concedet. Neque aliter fieri potest Xenoph. Anab. V. 4. 2. οἱ δ' εἶπον, ὅτι οὐ διοίσειε. †) Liban. Ep. DCCXXV. 347. σκόπει ὅπως οἴσωνται χάριν, convenit εἴσονται scribere. Apud Themistium vero Or. III. 40. D. οὕτω καὶ ἡμῖν ἀναγκαῖον πᾶσαν ἣν ἂν οἰσώμεθα χάριν, αὐτὴν ἐλέγχεσθαι, licebit quidem indicativum reponere. Quam in rem non utar exemplis notis et illustribus: ὅσ' ἂν ἔστ' ἀγαθά, v. Coray. ad Isocr. p. 76. ὧν ἂν οἴονται κρείττους ἔσεσθαί

†) Cf. not. ad Dionys. Hal. de c. v. p. 294. sq. *G. H. S.*

Demosth. c. Arist. 658. etc. Οὓς ἂν αἱρήσονται Polyb. XXXVIII. 5. ubi Schweighaeuserus tacite αἱρήσωνται edidit. Plat. XII. 947. C. οὓς ἂν ἐπόψονται· quod Astius ad Remp. p. 374. in ἐπόψωνται mutans, aoristi fere exoleti memoriam instaurat; ἂν ἴδω, ἂν ὄψωμαι (Reiskius sic pro ὄψομαι), ἂν ἐπιμνησθῶ Liban. Decl. T. IV. 611. ὀψαίμην ἄνδρας Ἄρεος μνήμονας Anna Comn. XI. 342. ὤψατο Hesychius, ὦψα Suidas servavit; ἐπιώψατο (quidni ἐπώψατο?) Etymologus e Platone Comico citat. Verum ne sic quidem ille Themistii locus satis tutus videbitur, nisi quis pervicerit, *gratiam referre* χάριν φέρεσθαι dici posse. Nescio, an ille sibi permiserit τισώμεθα pro τίσωμεν usurpare. Apud Liban. Decl. IV. 664. βαρὺ μὲν καὶ φορτικὸν καὶ τοῦτο· πλὴν οἴσω ἂν ἀνεκτῶς, Reiskius neque aoristum inusitatum neque locutionem ipsam ἀνεκτῶς φέρειν sibi placere ostendit. De aoristo ne quis scrupulus remaneat, provisum est; alterum argumentum ei extorquere in praesenti non possum; sed prae eo, quod ipse reponit, πλὴν ἦσθα ἂν ἀνεκτός, convenientius fore puto: πλὴν ἠνίασ᾽ ἂν ἀνεκτῶς, iteratis postremis vocabuli primi literis. Geoponn. XX. 25. 1258. καὶ τοσοῦτον ἂν οἴσῃς καρπόν· cod. Guelpherbitanus recte οἴσεις, cujus constructionis exempla unicuique in promtu sunt, v. Coray ad Heliod. p. 62. Bremi ad Ep. Socr. 164. Schaefer. ad Greg. p. 66. V. D. in Diario Class. Angl. T. III. 469. Werfer. in Act. Monac. T. I. Fasc. II. 255. Et in hoc ipso verbo Synes. Καταστ. p. 301. τίς δ᾽ ἂν οἴσεται καρπός. Diog. La. X. 48. 623. ἵνα τὰς συμπαθείας ἀπὸ τῶν ἔξωθεν πρὸς ἡμᾶς ἀνοίσῃ, in hoc loco non magnopere offendit. Illud autem Paulli Silent. Epigr. in Therm. Pyth. v. 91. θέλεις προσοίσω πλείω, ne quem fallat soloecismi species, indicativus est, quem recentiores in hac formula usurpare solent: θέλεις παραγγείλωμεν Lucian. Navig. p. 178. T. VIII. βούλει ἄξω Liban. Decl. T. IV. 660. βούλει ἐξετάσομαι Geminus Opusc. de Prasin. pag. 430. aliaque a Schaefero collecta ad Bos.

p. 765. quorum aliqua vitiata esse possunt, ut putantur certe illa apud Platonem βούλει ἐπίδειξιν ποιήσομαι Phaedon. 99. D. βούλεσθε ἄρξομαι Parmen. 137. B. quibus locis nunc subjunctivi leguntur a Stephano repositi, ut ap. Arrian. Epict. I. 9. 16. ἄφες δείξωμεν pro eo quod prius obtinebat, δείξομεν. cf. Hemsterh. ad Lucian. Dial. Deor. c. 16. Sed in eodem scriptore II. 6. 190. θέλεις ἀναγνῶ σοι; cod. Paris. ἀναγνώσω, quod perinde est, si Schweighaeusero credimus p. 396. Nescias, utrum hic futuro γνώσω, quo Solenses privatim utuntur, an aoristo ionico nos beare destinet. Ἀπέγνωσι in J. Stob. Ecl. Ph. I. 21. 434. Heerenius edidit, qui quae dicit, intelligi non possunt. In Hippocr. Ep. ad Democr. pag. 76. pro γνώσῃ, quod est in Aldina, Mercurialis γνώσας (f. νώσας) scripsit, quod receperunt Foesius pag. 19. et Lindenus pag. 951. Ejusdem generis sunt, quae Abreschius protulit exempla Dilucidd. p. 218. Modicae operae est, ista corrigere, si correctione digna sint. Sed ad illud quis non obstupescat, quod in Gregorii Naz. nitidissima editione Parisiensi legitur, triplicatum vitium, οὐ γνωσώμεθα αὐτοὺς, οὐ ῥίψωμεν, οὐ βλέψωμεν, Or. V. 214. nisi viderit, codices indicativos praebere? Par oscitatio Dionem Hal. corrupit IV. 24. 700. οἳ ἐξετάσωσι — καταγράψωσι — ἀφήσωσι — ἐκβάλωσι, ubi cod. Vat. futura exhibet.

Exempla aoristi ἦξα, de quo alia in parte tradere coepimus, brevissime in duo genera dividuntur. Unum genus idque ignobilissimum eorum est, quae et apud auctores sequioris aetatis inveniuntur, et ob aliam causam suspicionem recipiunt. Velut in oratione obliqua, post conjunctiones causales et conditionales, quum librarii et vero etiam editores principes assidua latini sermonis consuetudine corrupti suopte arbitrio subjunctivos inferisse reperiantur, quis pro ejusmodi locis fidem suam interponat: ὅπως κατάξωσι Dion. Hal. Antt. VI. 57. 1168. σκοπῶμεν ὅπως ἐπάξωμεν Plutarch. VII.

Symp. IX. 4. An sen. resp. ger. XVIII. 124. εἰ μὴ ἀπάξωσι Arrian. Anab. V. 19. 329. Οὐδεὶς ἔσται ὃς ἐκβαλῇ — ἀντειςάξῃ δέ Joseph. Ant. XIII. 6. 652. ubi fors fuit ut librariorum fallaciae, codd. indicativos servantibus, patescerent. Eadem est circa infinitivos observatio futurum tempus significantes: οἰομένη αὐτὸν προςάξαι Philostr. Imagg. I. 16. 788. ἐλπίδα ἔχων αὐτοὺς προςάξασθαι Dio Cass. XLVII. 34. 515. ἤλπιζε προςάξασθαι Herodian. I. 12. πεπεισμένος ἐπάξασθαι Plutarch. V. Marcell. XXIX. 329. T. II. πιστεύων ἐπάξασθαι V. Eum. III. 43. T. IV. cujusmodi exempla mediae formae Valckenarius sibi in promtu esse negabat ad Herodo. V. 588. Horum omnium perfacilis est correctio et fortasse ab ipsis auctoribus, si liberam optionem haberent, expetita.

Altero loco censemus ea, quae suspicione quidem carent, sed auctores habent partim exiguae partim nullius in hac caussa auctoritatis. Velut Dio Cass. V. 9. 780. τῷ Τιβερίῳ τὴν Ἀρμενίαν προςῆξε pro προςεποίησε s. προςῳκείωσε, significatione non insueta. Ἵνα ἐξέλῃ — ἀντειςάξῃ Liban. Declam. Argum. pag. 583. T. IV. τάχιστα (ἂν) αὐτὴν ἀπάξαιμεν Alciphr. Ep. III. 8. συνάξειας Geopp. XII. 9. 860. Basil. Exhort. ad Fil. II. 188. F. ὅταν κατάξωμεν Hero Spirit. p. 215. Κἂν τὴν χεῖρα προςάξω Aristaen. Ep. II. 10. deliberationem affert, ne ille προςάψω scripserit, ut Eur. Suppl. 361. προςάψας χεῖρα, et in eadem epistola εἰ τῇ πηγῇ προςῆψε τὴν χεῖρα. Neque satis secura est lectio Liban. Ep. MLIX. p. 502. ἐλογίζου δὲ ἄτοπον (εἶναι), εἰ ἐκεῖνος μὲν — εὔχετο, σὺ δὲ οὐκ ἐς ἔργον ἄξαις τὸν ἔπαινον, in quo temporum consequutio perpendiculo respondet. Sed ob hoc ipsum suspicari licet librarios hanc aequilibritatem introduxisse; qua culpa certe in aliis tenentur locis. Sic Athen. XII. 45. 482. ἀγαπᾷν ἔφησεν — εἰ πληρώσειεν in Ed. vet. verior fortasse lectio πληρώσει servata est. Isocr. ad Callim. p. 648. δεινὸν ἡγησάμην, εἰ περιόψομαι. Verum de hoc pro libidine quisque sua statuat. Περιάξας Mech. vett. p. 130. συνά-

ξας Herodian. II. 15. Aesop. Fab. 134. 334. κατάξατε Heraclit. Ep. IV. Ald. ἄξαι Schol. Arist. Vesp. 950.

Inter hos aoristos, censoria Grammaticorum virgula notatos, nullus est, qui aut majore antiquorum doctorum consensu condemnatus aut a recentioribus enixius defensus sit, quam is, qui ab exsoleto themate δράω derivatur. Contra hunc Phrynichus in App. Soph. p. 11. Herodianus, Moeris, Suidas et Thomas, suis quisque testibus stipati, communem sententiam tulerunt. Pro eo defensor prodiit Hemsterhusius ad Thom. pag. 93. Lysiam pariter ἀποδράς et ἀποδράσας scripsisse notans; quibus exemplis alia e Xenophonte et Andocide repetita apposuit Fischerus. Haec Seidlerum permoverunt, ut in Eur. Iph. T. 194. ἀλλάξας ἐξέδρασ' ἱερᾶς ὄμμ' ἅλιος αὐγᾶς, quum prius aliquando ἐξ ἕδρας corrigendum esse censuisset, tralaticiam lectionem loco suo relinqueret; in quo fortasse nimis verecundus fuit. Ea quidem aetate, quae severi illi seculi sui censores patriam linguam ab ingruentibus vitiis vindicare studuerunt, et imperfectum ἀπέδρων et huic similem aoristum in scriptis rhetorum volutata esse res ipsa admonet. Itaque neque postea qui fuerunt, neque qui paullo ante, hac lege obstringendi sunt, ut ea forma, quae Atticis propria asseritur, constantissime utantur. Quanquam ne his quidem quid librarii de suo largiti sint, omnibus locis definiri licet. Ἀπέδρασε Aelian. V. H. XIII 29. Tzetz. ad Lyc. 467. ἐξέδρασε Dio Cass. LXXVIII. 54. 1342. (Ursinus ἐξέδραμε), ἀπέδρασαν Joseph. Antt. III. 2. 122. Lucian. Toxar. XXXIII. 95. T. VI. Dion. Hal. IX. 9. 1759. διέδρασαν Appian. Hist. Rom. VI. 63. 177. ἐξέδρασαν Dio Cass. 58. 182. quam pluralis numeri personam sane ambiguam propter expressa Atticistarum testimonia, ἀπέδραν praescribentium, commemoratione dignam habui. Ἀποδράσας Joseph. Antt. III. 2. 122. Plutarch. Amat. XXI. 57. T. XII. ἀποδράσαντες de Herod. Mal. XLII. 541. Niceph. Bryenn. I. 8. 23. D. "Ινα δια-

δράσῃ Sopater Διαιρ. Ζητημ. p. 507. μὴ ἀποδράσωσι Dio Cass. XLIII. 38.367. (Med. ἐκδρῶσι). Ἀποδράσειε Heliod. VII. 24. 297. διαδρᾶσαι Georg. Pis. Hex. v. 380. ἀποδράσασθαι Galen. Comm. in Epid. III. 272. A. T. IX. Philo de Profug. pag. 455. E. Hos igitur et illos, quos Struvius in Lectt. Luciann. p. 17. in eandem disputationem ingressus ex multiplicis lectionis copiis libavit, liberos solutosque, quaqua velint, vagari sinamus. Hinc ad ea tempora escendimus, quibus atticae dictionis color non mutatus quidem, sed tamen exterorum commerciis infuscari coeptus est. Aristot. H. An. X. 9. 425. ἕως ἂν διαδράσῃ. Hic extremae syllabae jactura tolerabilis, in Xenophontis loco, a Fischero citato, Cyr. I. 4. 13. ἤν τις ἀποδράσῃ, codicibus ἀποδρᾷ σοι exhibentibus, paene in lucro ponenda videtur. Duobus aliis ejusdem scriptoris exemplis tertia pluralis continetur persona, pariter ut Thucyd. I. 128. In Herodo. III. 135., cujus me commodum admonet Struvius, insiticii illi aoristi ὅπως διαδρήσηται — ἀπάξωσι jam dudum exemti sunt; neque plus fiduciae participiis adhibendum, ut injuriae maxime obnoxiis, ita a suspicione corruptelae proximis. Ut brevi finiam: Atticistarum sententiae quae refragantur exempla, tam rara sunt apud veteres, tamque facile ea non dicam eluctari, sed eludere possumus, ut, quum duae rationes inveniantur, cur Attici hoc inclinamento uti fastidiverint, ab iis, qui vulgatas lectiones convellere non ausi sunt, mollius consultum videatur.

Prima ratio est, quod praesentis ἀποδράω, recentioribus adoptati, nullum occurrit in antiquitate vestigium; altera, quod, semel suscepto aoristo secundo, aut non quaesivisse videntur aliud tempus, quod neque intellectum neque ornatum adjuvaret, aut adquisitum jam et paratum ad necessarios usus reposuisse. Sic aoristus ἔῤῥευσα, quem Matthiae p. 346. Atticis indictum fuisse affirmat, magnum quidem habet assertorem Ari-

stophanem Eqq. 526. πολλῷ ῥεύσας †) ποτ' ἐπαίνῳ διὰ τῶν ἀφελῶν πεδίων ἔῤῥει, cujus exemplum pro ratione valeret, nisi necessitate quadam metri excusatum et praeterea etiam iteratione ejusdem verbi suspectum esset. Sed ῥεύσειεν Euripides scripsit in Dan. v. 52. Aeschylusque ap. Athen. X. 421. E.

καὶ ψευδόδειπνα πολλὰ μαργώσης γνάθου
ἔρυσαν οἷον στόματος ἐν πρώτῃ χαρᾷ.

Pauwio ἔῤῥευσαν, Jacobsio Emm. pag. 228. ἔῤῥευσ' ἂν scripsisse videtur. Antiqua lectio est ἐρυσίας οἷον, unde facile est reddere ἐῤῥυσίαζον, *manum* (sive potius *ungulas*) *injiciebant, raptim auferebant.*

Verum oratores attici et historici, quibus Grammatici in judicio verborum suffragium impartiuntur, hoc tempore nunquam usi sunt, recteque illud a Photio praecipitur: Προσεῤῥύη, οὐ προσέῤῥευσε, quae fortasse etiam Suidae praescriptio fuit. In Platonis Rep. VIII. 544. E. totius loci sententiae congruit ῥέψαντα, quod in cod. incorruptum mansit, ῥεύσαντα repugnat. Magis pertinaciter haeret περιῤῥεῦσαι Lycurg. c. Leocr. p. 201. T. IV. Extraneos vero scriptores si in suffragium mittimus, negabunt sibi hanc legem scriptam esse, neque ii solum, qui cum vulgo loquuti sunt, sed etiam qui se totos ad Atticorum exempla finxerunt. ἔῤῥευσε Aelian. V. H. VIII. 18. Sext. adv. Astrol. pag. 342. ἢν ῥεύσῃ Hipp. de Locc. in Hom. V. 145. VII. 148. μὴ ῥεύσῃς Phocyl. v. 180. ἢν ῥεύσειε Alciphr. III. 64. ῥευσάτω Lucian. Bis acc. XVI. 70. ῥεύσας Himer. Or. VII. 532. ἐπιῤῥεύσας Procop. Bell. Goth. II. 25. 448. ἐκρεύσας Mechann. p. 172. καταῤῥεύσας Aelian. H. An. IV. 56. Achill. Tat. 124. ῥεῦσαι Themist. Or. XXVII. 335. Philostr. Imagg. II. 27. 853. κατεῤῥεύσατο Anna Comn. XV. 475.

†) Haec excerpsit Moschopulus Sched. p. 81.

D. ὑπερεπέῤῥευσε Gregor. Naz. Or. VI. 184., nisi ex ὑπερεπερίσσευσε corruptum est, Lexicis addi meretur.

Multo deteriore conditione est aoristus ἐχαίρησα, cujus duo exempla afferunt, unum Arriani Anab. V. 20. ubi librarii pro χαιρήσει conjunctivum χαιρήσῃ, orationi obliquae servientes, intulerunt; in altero Plutarchi, ὁ πρῶτος ἀγγελίας ἥκοντα Λούκουλλον οὐκ ἐχαίρησε, ἀλλ' ἀπετέτμητο τὴν κεφαλήν, verbum illud non modo insolite declinatum, sed etiam in tali atrocitate inexspectatum et, ut circumscripte dicam, importune lepidum est: quid pro eo substituendum sit, equidem adhuc quaero, sed videtur ejusmodi verbum desiderari: εὐκλήρησε, εὐέρμησε. Utut est, aoristum illum aliquibus prae recepto placuisse, ceteram intuenti hujus generis luxuriam non incredibile videbitur. Suidas: κερδάνῃ αὐθυπότακτον, κερδανεῖ δέ. Illud in vulgus probatum, neque tamen interdictum est, quo minus a futuro, quod est κερδήσω, transitio fieret ad parilem aoristum, qui pluribus in usu fuit: Heliod. IV. 13. et 18. Jamblich. V. Pyth. III. 14. 40. Plut. Parall. XXIV. 426. T. VIII. Liban. Decl. T. IV. 662. Gregor. Naz. Or. II. 58. B. Harmenop. Man. Legg. I. 3. p. 56. Michael. Eph. in V. Nicom. p. 66. b. ἀποκερδήσας Herodian. VI. 5. 417. Atticis, ut puto, ignotus. Ita etiam, qui a publico more (1) dissentientes aoristum ᾤκτείρησα finxerunt, non hoc solum nomine reprehendendi sunt, quod incoacti, sed multo magis, quod nullo cum emolumento novam formam inseverunt. Tantum enim abest, ut ex hac copia et abundantia declinationum quidquam ad dictionis aut elegantiam aut perspicuitatem effluat, ut nulla sit pronior promtiorque via ad corrumpendam sermonis sanitatem. Ac si quid hujusmodi aut dialectorum vetus contagium aut arbitrium populi ratione potentius infudit, enixe opera danda est, ut intra modicos terminos contineatur, neque secuturis exemplum praebeat. Itaque praedicanda est Atticistarum opera, qui paeda-

(1) Psalm. 102:13 - Rom. 59:1. - Rom. 13:27.

gogorum ritu linguam effuse exultantem coercere studuerunt, non ut cursus ejus reprimerent, sed ut temere ruentem a lapsu continerent. Et quia semel nescio qua aura provectus ad elevandam Atticistarum invidiam accessi, etiam hoc admoneam: eos non imperfecto sermoni neque teneris adhuc viribus nitenti serperastra injecisse, sed jam adulto, ne in pravum elaberetur, salutariter moderatos esse. Quanquam enim lingua graeca, quamdiu viguit, tamdiu in aestu fuit, tamen aliquando in summo fastigio stetit. Quod ultra et citra est, deterius habetur, non solum Atticistarum judicio, sed omnium graece scribentium sententia. At scriptoribus multis de causis aliquid de publica dicendi ratione mutare licet, et potius boni consulendum, si linguam potentiorem facere studuerint, quam reprehendendum, si cursum tenere nequiverint. Quis negat? Refert tamen scire, ubi vestigium inflexerint et quousque processerint, et qua de caussa. Quod notum facere conantur Grammatici, Atticorum exemplum omnibus ante oculos ponentes, ad quod quisque, nisi aliqua ratione dissuadente, iter suum dirigat. Ita etiam in aoristorum conformatione (ut ad institutum sermonem revertar) quum multa novaverit senescens Graecitas, non omnibus indistinctus honor et promiscuus datur. *'Εκέρδησα*, ut vidimus, *ἔλειψα*, *ἐῤῥύευσα* non luculenta quidem sed copiosa advocatione utuntur; *ᾠκτείρησα* et paucos et ignobiles patronos habet: Libanium *'Εκφρ.* p. 1072. T. IV. (qui libellus non pro cetera hujus Atticistae elegantia elimatus multisque peregrinitatis maculis adspersus est: *γύροθεν*, *ἐμπιστεύειν*, *ὑπερνικᾶν*, *ἰνδαλματίζειν*, *χαριτοῦσθαι*). *Οἰκτειρήσας* Nicet. Ann. VII. 5. 122. B. XVII. 7. 343. *οἰκτειρήσεις* Athanas. c. Gent. c. 12. 15. C. T. I. *κατοικτειρήσας* Tzetz. Chil. I. 17. 416. VII. 510. Diu servatum est, ut verbo *'Οσφραίνομαι* substitueretur aoristus antiqui thematis *ὄσφρομαι*. Novo igitur flexum *ὠσφρησάμην* (cod. *ὀσφρ.*) Arat. Dios. v. 225.

Aelian. H. An. V. 49. IX. 54. Porphyr. de Abst. III. 7. 232. †) Ἐνεμήσατο Nicet. XVIII. 2. 357. A. XIX. 2. 366. Athen. XII. 58. 511. τὰ δὲ λοιπὰ κρέα νεμησάμενοι. Κατενεμήσατο Hesychius et Zonaras p. 1175. afferunt. Post ἔγημα (ut ἔγηρα) ἐγάμησα invaluit, quod non solum in N. F. libris, ut quidam putaverunt, sed etiam in ipsa Graecia reperitur, auctore, ut videtur, Menandro. Schol. Ven. ad I. 394. Γαμέσσεται) ἐντεῦθεν ἔλαβε Μένανδρος, Ἐγάμησεν ἣν ἐβουλόμην ἐγώ, nihil impediente pedum modulatione, quominus usitato uteretur aoristo. In idem vitium incurrerunt Artemid. II. 65. 242. Sopater Διαιρ. Ζητ. p. 447. et Apollod. III. 15. 3. ubi Heynius ambiguo quodam codicis indicio ἔγημε reposuit. Γαμηθῆναι (ut etiam hoc adjiciam) a Polluce merito reiici III. 45. tenuitate testium palam fit, Philonis de Legg. Spec. II. 780. D. Plutarchi V. Cat. XXVII. 428. V. Demetr. II. 4. Philostrati V. Ap. III. 38. 128. Anton. Lib. c. XVI. Lucian. Dial. Deor. V. 15. Dionis Cass. LVIII. 3. 578. Apollod. I. 9. 28. Hesych. s. Μνηστή, Suidae s. Ἐκγαμηθῆναι. Antiquiorem formam γαμέσαι, γαμεθῆναι, cujus similitudo in multis verbis tertiae et quintae classis perspicitur, sua quadam propria significatione praeditam esse, Hermannus docuit in Ephem. Litter. Lips. Ann. MDCCCXVII. N. 57.

Sed jam currente stylo reliquos aoristos, qui in Atticorum scriptis aut nunquam aut perraro inveniuntur, enotabo. Ὠλίσθησα, cujus exempla memoravit (non sine gravi errore) Fischerus ad Vell. III. 141., longe latius fusum est, v. Philostr. V. Apoll. IV. 3. 142. Imagg. II. 17. 840. Apollod. II. 5. 4. III. 2. Nonn. Dion. V. v. 494. XXXVII. pag. 626. XLVIII. 826. Georg. Pisid. He-

†) Ὤσφραντο Aristid. Or. Pl. II. 308., pro quo tamen Nova Coll. Lit. ὠσφροντο exhibuit, eodem pertinet, quo εὕραντο et similia, quorum prima positio, quia flexuram non recipiebat, derelicta est.

xaem. v. 303. Anon. Antiqq. III. 44. D. Apud Hesychium Ἀπολησθῆναι, ἀποστραφῆναι· non ἀπολισθῆναι scribi potest, sed ἀπολισθῆσαι, ex quo ἀπολῆσαι detortum; παρολίσθησις Euseb. V. Const. II. 69. 570. Lexicis accedat. Futuri εἰδήσω Mechann. vett. p. 68. proportionem sequentes aoristum εἴδησα, cujus nullam mentionem habent Grammatici neque usum Graecis concedit Schweighaeuserus ad Polyb. XII. 10., usurparunt Hippocr. de Vict. Acut. XLVI. 306. Aristot. de Anim. I. 2. D. Theophr. Char. Praefat. Stob. Ecl. Ph. II. 52. 980. Phlegon Trall. Mir. I. p. 6. et 12. Franz. Schol. Arat. Phaenom. 107. ὅπως εἰδήσωσιν Jamblich. V. Pyth. IX. 48. 98. quorum nonnulla propter vicinitatem verborum εἰπάσαι, εἰδέναι, εἴδησαν, ᾔδεισαν (quod in Polyb. l. c. recte illi substitutum) suspicionem commovent; omnia exterminari non possunt. Ἔτεξα perspicue scriptum est apud Harmenopulum XVIII. 96. εἰ συλλάβῃ καὶ τέξῃ, ambigue in Orph. H. XL. τέξασα s. τεύξασα, quae eadem commutantur in Hipp. de Mul. Morb. I. 31. 749. A. T. VII. ἣν ἐπιτεύξῃ, pro quo cod. melius ἐπιτέξῃ, optime Lindenus I. 51. 445. T. II. ἐπίτεξ ᾖ. In Sext. Emp. V. c. Astrol. p. 342. ἕτερος δὲ προσήδρευε τῇ τεκούσῃ, μέχρις ἀποτέξαιτο, corrigi debet ἀποτέξοιτο. Plurimis inopinatus suspectusque fuit aoristus verbi ἥκω. Diog. La. I. §. 49. ἧξας εἰς τὴν ἐκκλησίαν Menagius in ᾖξας mutavit, eandemque correctionem multis aliis locis adhibuit Hemsterhusius ad Plut. 732. Etiam Euripidem Iph. A. 426. διῇξε φήμη et Aeschinem Dial. III. init. διῇξε φωνή, non διῆξε a διήκω, scripsisse volunt. Si aoristi causa, non repugno; quanquam Abreschius Animadv. ad Aesch. p. 25. huic opitulatum venit. Sed argumentum illud, quo Fischerus ad Aesch. l. c. utitur, verbum διᾴσσειν contendens vim rei subjectae prorsus exhaurire, διήκειν autem nimis languidum esse, neque satis accommodatum velocitati impetuque vocis, Herodoti exemplo refellitur, qui omissa illa velocitatis ratione διεξῆλθε τοῦ στρατοπέ-

δου φήμη scripsit IX. 17. quod et Josephi locum XIX. 8. 951. διῆξε λόγος ambiguum reddit. In oraculo commenticio, quod Cadmus Delphis accepisse perhibetur: Ἔνθα κε κέρας βοὸς — ἧξῃ τε κλίνῃ τε κέδῳ γόνυ ap. Schol. Aristoph. Rann. 1266. Eur. Phoenn. v. 641. scribendum est potius ἵξῃ ab ἵγνυμι, quam, quod Valckenari o placet, ἵξηται. Verbum ᾄσσειν, quod plerisque locis partim aptum, partim necessarium est, prorsus admitti non potest in Pausan. II. 11. 219. διαβᾶσι — καὶ — ἧξασι. Sed huic debetur tempus perfectum, Blomfieldio ignotum, qui ad Pers. 511. dubitare se profitetur, an verbum ἧκω alia habeat tempora praeter praesens et futurum. Verum ἥκασιν legitur in Phot. Bibl. CCXXII. 589. ἥκεσαν Joseph. Antiqq. XIX. 1. 925. ἧκας Liban. Ep. CXIX. 62. idemque Procop. Bell. Goth. III. 34. 545. D. IV. 23. 632. A. Gregorius Naz. Or. VI. 193. B. T. I. et pluribus versionis Alexandrinae locis. Optativum ἥξαιτε quo jure Euripidi Herc. F. 792. reddere tentaverit Musgravius, hinc facillime judicari potest. Verum hic aoristus ad authypotacta nihil pertinet.

Non negaverim interim, (nam et verbis sua fata sunt) inter illos quoque aoristos esse fortasse nonnullos, quorum origo ultra illud tempus, quo primum emergunt et apparent, repetenda sit, eosque concesserim casu magis quam consilio ab his, qui commune naufragium eluctati sunt, scriptoribus intermissos esse, aut, si tacita quoque omnium scite scribentium consensione derelicti fuerint, tamen in sermonibus vulgi et quotidiano usu occulte stillasse, donec ab his novitiae Graecitatis auctoribus in publicum producerentur. Idcirco non fastidivimus ex his quoque interdum haurire fontibus, non ignari praesertim, quantum veteris gazae in illa sentina subsederit.

CAP. VI.

DE CONSTRUCTIONE VERBI *ΜΕΛΛΕΙΝ* ET AFFINIUM VERBORUM.

AD

PHRYN. ECL. P. 336.

Quum quatuor sint sermonis principia, ratio, vetustas, auctoritas, consuetudo, eaque omnia plurimis in locis sibi repugnent, iis, qui dicendi leges statuerunt, perdifficile fuit medium quendam tenere cursum et in suum cuique tribuendo aequitatem servare. Ita Phrynichus naturalem et primum se offerentem rationem sequens, verbo *μέλλειν* infinitivum aoristi adjungere vetat; neque simpliciter vetat, sed tanquam crimen ingens expavescendum dicit. Quo veluti peremtorio edicto multos induxit, ut aoristos huic verbo subjectos quoquo modo exterminarent. Sed quum tot tantaque contraria aoristorum exempla extent, quum Thucydides *ἔμελλον ἀπολιπεῖν* dixerit VI. 31. *γενέσθαι* V. 98. *προςθεῖναι* III. 92. *σπείσασθαι* V. 30. Plato *μέλλει ἀναπλῆναι* Gorg. p. 525. A. *καταισχῦναι* Polit. p. 268. D. *δηλῶσαι* Legg. IV. 715. A. *γενέσθαι* Legg. VII. 811. A. Rep. VI. 491. B. Alcib. 150. E. *ψέξαι* Minos p. 318. E. *ἰδεῖν* Alcib. I. 132. D. II. 141. C. Aristoph. Lys. 118. *λαβεῖν* Acharn. 1160. *ἀπολέσαι* Avv. 366. *ψηφίσασθαι* Lys. c.

Alcib. *Λειποστρ*. 568. †) *ἐργάσασθαι* Xenoph. Memm. II. 7. 10. *ποιήσασθαι* Aristot. Polit. VII. 1. Phrynichum publico vitio irasci manifestum est. Taedet me plura colligere testimonia; quorum tanta est copia, ut, quamvis multa a Grammaticis proferantur, tamen longe major pars relicta et omissa sit. Vide praeter eos, quos Fischerus ad Vell. IV. 19. citat, Perizon. ad Aelian. V. H. III. 17. Porson. ad Orest. 929. Boeckh. ad Pind. Ol. VIII. 52. Coray ad Isocr. p. 210. Elmsley ad Heracl. 710. Ac ne nulla quidem ratione usi sunt, qui illa exempla prodiderunt. Nam verbum *μέλλειν* maximam habet

---

†) Hic futurum *ψηφίσεσθαι* reponere, quod in aliis locis tentatum est, tanto inconsultius foret, si vera esset Elmsleji sententia, ab Hermanno commemorata ad Soph. Aj. 557., Atticos nunquam illa communiore futuri forma usos esse. Cujus formae apud Atticos utique rara sunt exempla: *καταψηφίσεσθαι* Lycurg. c. Leocr. 240. *κατοικτίσειν* Eur. Heracl. 153. *διολέσω* Hel. 894. Arist. Avv. 1506. Plato comicus in Schol. ad Gregor. p. 48. et Athen. III. 89. 461. *κρεμάσω, οὐ μόνον κρεμῶ, Ἀλκαῖος Γανυμήδει* Antiatt. Bekk. p. 103. *ἐκπορίσουσα* Plato Rep. I. 177. T. 6. *κομίσουσι* II. 233. *νομίσειν* Thucyd. VIII. 48. *νομίσουσι* Xenoph. Cyr. III. 192. *διατελέσοντες* Plato Rep. IV. 425. v. Ast. ad Polit. p. 622. *φροντίσει* Eur. Troad. 1234. *καλέσω* et *χαρίσομαι* Aristophani evellit Brunckius ad Plut. 964. ad Thesm. 939. *νεωτερίσειν* Thucyd. III. 66. in scriptis recentiorum rhetorum minime rara: *νεωτερίσοντες* Paus. IV. 24. 542. *νομίσει* Liban. Decl. T. IV. 587. *ἀπελάσων* p. 56 . *ἐξελάσων* Plut. V. Demetr. VI. 17. T. VI. *διολέσετε* Liban. p. 659. *ἀπολέσουσι* p. 811. et Appian. Bell. Civ. I. 10. 14. *ἀπολέσων* Lucian. Asin. 33, p. 171. T. 6. *ἀπολέσειν* Dio Cass. 68. 29. Charit. V. 7. 20. *λογίσεσθε* Luc. Jup. Trag. 18. 244. T. 6. Phalar. Alt. 10. 60. T. 5. (nisi *λογίσαισθε* scribendum.) *διασκεδάσουσι* Arrian. Exp. Alex. I. p. 6. *κομίσοντι* Apollodor. III. 4. 1. *βαδίσεσθαι* Galen. de Usu Part. XII. 11. 600. F. T. IV. Neque vereor Aristot. Rhetor. III. 10. 349. *παρακαλῶν τοὺς Ἀθηναίους εἰς Εὔβοιαν ἐπισιτισομένους* pro vulgato *ἐπισιτισαμένους* reddere. Lycurg. c. Leocr. p. 149. *θεοὺς, οὓς αὐτίκα οἰήσοντας αὐτὸν ἐπικαλέσεται.* Haec inter viam sublegi, non defore sperans, qui instituta perficiant. Quibus nec illud praetermittendum erit, ex verbis in $\overline{\text{άζω}}$ et $\overline{\text{ίζω}}$ quaenam brevem habeant penultimam, quae productam.

cum verbis θέλω, διανοοῦμαι, ἔοικα, ὀφείλω, ἐλπίζω similitudinem, quorum alia communiter aoristis, alia futuris adjunguntur, nullum autem tam fixos terminos habet, ut non aliquando aut in significationem aut in constructionem alterius succedat. Quanquam ne hoc quidem satis concoquere potuerunt veteres illi magistri, qui omnia mallent ad perpendiculum directa. Hujus theorematii bona pars in Thomae Eclogis superest, qui p. 159—168. quae verba cum futuris, quae cum aoristis componi debeant, docere conatur. Ac si, quae apud illum confusa et inordinata sunt, ad genera sua revocentur, primum verba βούλομαι, θέλω, προθυμοῦμαι, ἀξιῶ, ποθῶ, et quae sunt alia voluntatis significativa, cum futuro jungi vetat. Eamque rationem et nos sequimur, et Latini, et vero etiam Graeci plerumque observant; estque ita natura comparatum. Nam qui vult aliquid fieri, id vel nunc, vel simulac res et locus tulerit, fieri cupit. Sed quum idem cogitat, rem nondum coeptam, nedum perfectam esse, atque hoc etiam verbis exprimere vult, aoristo futurum substituit. Sic Herodo. IV. 111. βούλονται ἐγγενήσεσθαι. Andocid. de Myst. p. 57. ἐβουληθήτην με ἀπολεῖν. Herodo. VIII. 25. ἤθελον θεήσεσθαι. Liban. Declam. T. IV. pag. 431. λύσειν ἐθέλοντες. Dio Cass. LXIX. 4. 1153. ἂν ἐξαναστήσεσθαι καὶ ἐξελθεῖν ἐθελήσωσι. †) Aristoph. Plut.

---

†) Praesentis cum aoristo et futuro conjuncti haec sunt exempla: ἐκεῖνον ἀποκτενεῖν καὶ τὸν Σίλιον ἀντικαθιστάναι μέλλουσα Dio Cass. LX. 31. p. 969. ὥσπερ ἔμελλον ὁρμεῖσθαι καὶ στρατοπεδεύεσθαι Thucyd. VI. 42. ὁ μέλλων νικᾷν καὶ ὁ πάντων ὕστατος γενήσεσθαι Dem. c. Mid. p. 532. 11. μέλλοντες ἢ ἀπολέσθαι ἢ δουλεύειν Dio Cass. LXV. 12. 1068. προῃροῦντο ἀποθνήσκειν ἢ ἑτέραν μεταλλάξαι χώραν Lycurg. c. Leocrat. p. 195. Vides hic verba ἀποκτενεῖν, ἀπολέσθαι, ἀποθνήσκειν, quae profecto omnia rem subito transituram significant, diversis temporibus posita. Nec Heldii regula, qui *aoristum adhibendum esse* putat, *ubicunque scriptor exprimere velit, confidere aliquem de rei cujusdam even-*

575. ζητεῖς ἀναπείσειν. Herodo. VI. 157. ἐπιβουλεύοντες ἐπιχειρήσειν. Diod. Sic. XII. 79. κεκρικότες πολεμήσειν. Idem XII. 72. ἐψηφίσαντο ἀποσφάξειν. Dio Cass. LXXIII. 2. 1226. ἐψηφίσαντο δώσειν. Haec omnia plerumque aoristi sequuntur. Similiter etiam post ἐφ᾽ ᾧτε saepissime quidem aoristo, nonnunquam etiam futuro locus est: ἐφ᾽ ᾧτε βοηθήσειν Aeschin. c. Ctesiph. p. 505. cf. Lennep. ad Phalar. pag. 268. et cum utroque tempore ἐφ᾽ ᾧτε ποιήσασθαι καὶ — χωρήσειν Zosim. Hist. V. 42. 493. Ad hanc classem etiam verba *jubendi* et *vetandi*, *permittendi* et *prohibendi* adscribenda sunt, quorum haec sunt exempla Thomae contraria: Κωλύσει καταπλεύσειν Dinarch. c. Philocl. p. 1. 92. παρακαλῶ σε μὴ ἀπιμάσειν Liban. Ep. 453. 228. ἀξιοῦμέν σε βοηθήσειν Lucian. Revivisc. 29. 146. T. 3. ἀξιῶ ἰσχύσειν Aristoph. Eqq. 182. Hic Brunckius codicum fide, illic Jensius Thomae auctoritate aoristum substituit. Δεόμενοι βοηθήσειν Polyb. 1. 10. ᾔτουν βοηθήσειν Diod. IX. 59. ubi Stephanus βοηθῆσαι malit. Ἀνάγκη πείσεσθαι Xenoph. Anab. VII. 2. 15. διατεταγμένοι ἐμποδιεῖν Polyb. V. 14. Denique Thomas verbis δύναμαι, ἔξεστι, χρή, κινδυνεύω negat futurum adhiberi; non attendens Thucydidem III. 28. οὔτ᾽ ἀποκωλύσειν δυνατοὶ ὄντες, neque Sophoclem respiciens Philoct. 1394. πείσειν δυνήσομαι (ne Theognidem memorem v. 970. χαιρήσειν δύνασαι pro δυνήσει χαίρειν dicentem); et cum majore futurorum cumulatione Zosimus Hist. III. 1. 197. μόνος ἀρκέσειν οὐκ ᾤετο δυνήσεσθαι τοῖς πράγμασι βοηθήσειν. †) cf. Hermann. de Praecept. Attic. p. XIII. [Add. nota ad Poet. Gnom. p. 16. sq. *G. H. S.*]

---

tu, *am certam ei esse spem, ut rem jam factam habeat*, Act. Monac. T. II. Fasc. I. p. 63., nobis pro septentrione erit.

†) Aeschin. c. Ctesiph. p. 540. ἐπιχειρήσειν θελήσεις λέγειν, ubi Marklandus ἐπιχειρεῖν vel ἐπιχειρῆσαι scribi vult, Reiskius diversas lectiones ἐπιχειρήσεις et θελήσεις in unum confluxisse putat. Male quidem. Plato Rep. V. 24. T. VII. ἀπέσῃ κινδυνεύσεις

Contra verba *dicendi* Thomae interdicto vetamur cum aoristo jungere. Idque praeceptum a natura ductum et consuetudine confirmatum est. Nam quod nos vel facturos vel perpessuros dicimus, id plerumque ut futurum quiddam intelligi volumus. Sed quum is, qui se aliquid facturum significat, etiam hoc animo complectitur, *velle* se hoc aut *paratum* esse ad hoc agendum, aut facere aliter *non posse*, quarum rerum tempus infinitum est, aoristo quo minus utatur, nihil obstabit. Ex hoc genere sunt: *προειρήκει ἐνδείξασθαι* Lucian. Peregr. 55. p. 297. T. 8. *οὐκ ἔφασαν δέξασθαι* Thucyd. II. 22. Xenoph. Hell. V. 1. 32. *ποιήσασθαι* Aeschin. c. Ctesiph. p. 616. *ἐπιτρέψαι* Lysias c. Agorat. 454. ubi Stephano *ἐπιτρέψειν* corrigenti consimilem quendam ejusdem oratoris locum opponit Taylorus. *Ἐφάτην ἐπιδείξασθαι* Plato Euthyd. p. 278.

Hujus constructionis impatiens Casaubonus in pluribus Polybii locis IV. 64. XI. 31. etc. pro aoristis futura substituit, quod cuilibet promptum, sed minime necessarium est remedium. Nec Schaeferus in Long. Past. II. 63. *ἔφη δέξασθαι*, etsi mallet futurum, ad Thomae praeceptum reformare ausus est. †) Ego ne desidero quidem futurum. Nam qui se aliquid permissurum aut accepturum negat, id vel nunc improbare aut recusare intelligitur. Praeterea etiam verbis dicendi saepe subjicitur *sponsionis*, *promissionis* notio, quam quae significant verba, ea et Graeci et Latini et saepissime Germani cum praesente aoristo conjungunt: *Ὡμολόγησε ποιήσασθαι*, *promisit operam dare*, Demosth. c. Phaen. p. 1042. 15. *λύσασθαι* fals. legat. p. 394, 15. (cod. *λύσεσθαι*). *ὑπέσχετο παύσασθαι*, v. Zeun. ad Xenoph. Anab. I. 2. 1. *συνελθεῖν καὶ προδοῦναι* Plutarch. Parall. XV. 421. T. VIII. *εὖ ποιῆσαι* Dion. Hal. V. 54. 973. *δέξασθαι* Ap-

---

δεήσειν χρῆσθαι τοὺς ἄρχοντας. Isocr. Trapez. VIII. 625. *ἡγούμην κινδυνεύσειν γενήσεσθαι.*

[†) Cf. not. ad Theocrit. p. 227. *G. H. S.*]

Plato Rep. V. 20. Ἐνόμισαν κρατῆσαι Thucyd. II. 3. ὑποτοπῆσαι III. 24. τραπέσθαι I. 72. v. Poppo Observ. Crit. p. 149. sq. γενέσθαι Xenoph. Cyr. IV. 3. 15. cui Schneiderus ἂν comitem adjungit; προςδέξασθαι Dinarch. c. Demosth. p. 41. quod Wolfius in futurum mutari vult; τρέψασθαι Polyb. IV. 58. ὑπολαβόντες ποιήσασθαι IV. 10. Προςδοκήσας βιάσασθαι Isocrat. Paneg. p. 69. ἑλεῖν Andocid. de Red. p. 102. Ἐλπίζοντες ἀποτρέψαι Thucyd. IV. 80. (cod. futurum exhibet.) παθεῖν Eur. Herc. F. 745. γενέσθαι Aristot. Rhet. II. 8. 210. τολμῆσαι Diod. XI. 50. πεῖσαι IV. 9. διελέσθαι Polyb. II. 45. χρήσασθαι V. 29. ποιήσασθαι I. 23. διαλύσασθαι Dion. Hal. IV. 55. 774. ἀνακτήσασθαι VIII. 68. 1671. ubi futurum infert Sylburgius; ἀπαλλάξασθαι Lucian. Conviv. 37. pag. 76. T. 9. ἀποκερδᾶναι Liban. Decl. T. IV. p. 595. πυθέσθαι Xenoph. Eph. V. 107.

In tam ancipiti causa pedem promovere non poterat Thomas, quin ipse disputationis suae laqueis implicaretur. Itaque, quum ἐλπίδα ἔχω, προςδοκίαν ἔχω, cum aoristo dici concedit, caussae suae veluti arcem deserit, neque jam rationibus pugnat, sed rei summam in exemplorum aleam committit. Nam sive haec duo, ἐλπίζω et ἐλπίδα ἔχω, re unum sonant, nulla ratio est alterum cum relatione ad futurum dicere, alterum in suspenso relinquere; sive ea aliquo inter se discrimine distant (quod quale sit, vix intelligi potest), tamen hoc concedi debebat, Graecis praesertim, constructionum desultoribus, ut hoc discrimen, quantulumcunque est, nonnunquam ex animo amittant et unum in alterius vicem substituant. Si autem ille, omissis rationibus, praesidia defensionis in testimoniorum vi et copia constituit, rem jam eo mihi adduxisse videor, ut in uno genere futurum summam, aoristus nonnullam, in altero utrumque tempus prope parem auctoritatem habere intelligatur.

Fuit autem hic locus jam dudum quasi arena quaedam criticorum, qui criminosis Thomae vocibus incitati, aoristos verbis *dicendi*, *sperandi*, *pollicendi* subjunctos aut futuris concedere aut particulam ἂν ad se recipere coegerunt, sine qua Marklandus Conjectt. in Lys. p. 564. aoristos sibi sordere affirmat. Concedatur profecto, hanc voculam a librariis saepe omissam esse. Neque Quiritium fidem implorabimus, si quis in uno aut altero loco eorum, quos supra attuli, κρατῆσαι in κρατήσειν, ἐνδείξασθαι in ἐνδείξεσθαι mutare conetur. Erit etiam, ubi omissionem verborum δεῖν, θέλειν, δύνασθαι, vel alius cujusdam, unde infinitivus aoristi suspensus sit, causari liceat. Et maxime verbum δεῖν huic suspicioni affine est, quod Wolfius in Isocr. Nicocl. p. 47. Reiskius in Dinarch. c. Demosth. p. 41. Lennepius in Phalaridis quodam loco p. 40. Heindorfius in Protag. p. 595. T. IV. librariorum incuria elapsum esse statuebat. Sed ut in Ciceronis aliquot locis ambiguum est, ipsene verbum *debere* omiserit, an librarii peccarint, ita etiam ilud nonnunquam ab ipsis scriptoribus cogitatione comprehensum, non literis expressum videtur. Sic in Xen. Hellen. V. 1. 15. οἴεσθε καὶ ὑμεῖς ταῦτα καρτερεῖν Schneiderus δεῖν intelligendum putat; similiter Schaeferus Dionys. de Comp. Verb. IV. 75. ἡγούμην τάττειν interpretatur. In Jamblich. de V. Pyth. V. 61. νομίζοντες τὴν ζήτησιν ποιεῖσθαι non assentiar Kiesslingio δεῖν inserenti, neque hoc adminiculo utendum arbitror in Zosim. IV. 34. 542. τροφὰς πορίσασθαι ᾠήθησαν. Contra ex abundanti positum est in Demosth. Ἐπιταφ. 1399. ἄξια τούτοις ᾤοντο δεῖν προσήκειν ποιοῦντες ὀφθῆναι, quorum alterutrum ablegandum videbatur Wolfio. †) Mihi vero librariorum con-

†) Hic ne quem offendat glossae species, non jam illud pervulgatum, οἷός τε δύνασθαι, commemorabo, quod injuria sollicitat Lennepius ad Phalar. p. 248., sed alia genera parallelorum minus

tinentia praedicanda videtur, quod neque hac abundantiae specie, neque inaequalitate constructionis a recta ratione abduci potuerunt. Sed, opinor, haud latuit illos, verba δεῖν, προσήκειν, χρῆναι et similia in constructione saepe delitescere. Demosth. c. Leochar.

---

exposita. *Ὁμοθυμαδὸν ἐκ μιᾶς γνώμης* Demosth. Philipp. IV. 147. *ἀθρόοι παμπληθεῖς ἄνθρωποι* c. Lept. 496. *Τἀγαθὰ ἀθρόα σωρηδὸν κεκληρονομηκώς* Philo Legat. ad Caj. p. 993. D. *Πολὺ τὸ ἐν μέσῳ διάφορον* Aristid. Or. Plat. II. 288. quorum postremum omittit P. Stephanus. *Ἐν ὀφθαλμοῖς πάντων ὁρώντων* Alciphr. Ep. III. 55. *Πεζοὶ βάδην* Aesch. Pers. 19. *στάδην ἑστῶτες* Athen. XIV. 25. 278. *ἄλλως μάτην* Eurip. Hecub. 489. quod Reiskius in Dion. Chr. VII. 266. suspectat. *σχεδὸν πέλας* Phoen. 1314. *στοιχηδὸν ἑξῆς* Philo in Flacc. pag. 987. *ἐπίσης ὁμοίως* in Epist. Socrat. I. *ἀλλὰ τὰς διατριβὰς ἐν κοινῷ ποιοῦμαι, ἐπίσης ὁμοίως ἀκούειν, τῷ ἀεὶ ὄντι τε καὶ μή*, i. e. *τῷ ἀεὶ παρόντι καὶ τῷ μή*, in quo corrigendo frustra V. D. laborant. *Et praesens et absens* significa *prorsus omnes.* Simillimus est Plutarchi locus de Ser. Num. Vind. init. *τῷ λόγῳ καθάπερ παρόντος καὶ μὴ παρόντος τοῦ εἰπόντος ἀποκρινώμεθα;* ubi oppositio *παρόντος καὶ μὴ παρόντος* declarat, prorsus nihil interesse, utrum ille adsit an absit. Sed his quoque Wyttenbachius alterum sustulit. Verum his formulis, *εἴτε παρὼν εἴτε ἀπών, ζῶν καὶ θανών, ζῶντες καὶ νεκροί*, crebra consuetudine tantum de potestate sua detritum est, ut postremo etiam tunc usurpentur, ubi mortui aut absentes nulli intelligi possunt. In Soph. Ant. 1095. *ἴτ' ἴτ' ὀπάονες, οἵ τ' ὄντες οἵ τ' ἀπόντες*, quis non videt, hoc tantum dici: *quotquot sunt.* In Ep. II. ad Corinth. V. 9. *φιλοτιμούμεθα εἴτε ἐνδημοῦντες εἴτε ἐκδημοῦντες αὐτῷ εὐάρεστοι εἶναι* significatur hoc tantum: *πάντως, διὰ παντός.* Sed prioribus exemplis haec per saturam addam: *ἐν δίκῃ — δικαίως* Aristoph. Thesm. 430. *τὰ σκεύη παραδόντες τοῖς ἀκολούθοις δῶμεν σώζειν* Pac. 730. *τοὺς φάσκοντας τῷ λόγῳ φιλεῖν ὑμᾶς* Demosth. Or. II. c. Aristog. 807. cui geminum est Eur. Hel. 1054. *λέγεσθαι λόγῳ.* *Ἐκ τῆς ἀκρωρείας τῶν ὀρῶν* Alciphr. III. 13. *ταῦτα γὰρ κατὰ φύσιν οὕτω πέφυκε* Alexis Athen. X. 17. 39. *φύσει πεφυκός* Eur. Bacch. 896. *ἐθεασάμην ἐν τῇ ἀληθείᾳ ὡς ἀληθῶς ἐπιδεικνύμενον* Plat. Laches p. 183. D. Sed in Diod. II. 68. *τῶν ῥηθέντων — ἐντολῶν* aperta est glossatoris manus, neque ferri potest Philostr. Imagg. II. 17. 838. *ἡ ἀποῤῥὼξ καὶ ἡ ἀποῤῥαγεῖσα πέτρα.* [Add. Indic. ad Hom. Odyss. p. 176. *G. H. S.*]

1089. *ἡ ἀναίδεια αὐτοῦ τοιαύτη ἐστὶν, ὥστ' ἡγεῖσθαι δεῖν τὴν πατρῴαν οὐσίαν ἐπανελθὼν ἔχειν.* Fals. Leg. 414. *ἡγούμην πρῶτος αὐτὸς περιεῖναι δεῖν αὐτῶν καὶ μεγαλοψυχότερος φαίνεσθαι.* Prooem. Demeg. p. 1439. *δίκαιον ὑπείληφα πρῶτον ἁπάντων αὐτὸς εἰπεῖν.* †) *οὐχ ἡγήσατο δεῖν — καταλαβὼν — περιιδεῖν* Isocr. Evag. 12. 314. Xenoph. Hier. 118. *Αὐτοὶ γοῦν ὡπλισμένοι οἴονται ἀνάγκην εἶναι διάγειν.* Nicol. Damasc. 272. Cor. *Ὀμβρικοὶ αἴσχιστον ἡγοῦνται ἡττημένοι ζῆν.* cf. Heindorf. ad Protag. pag. 488. ††) Sed haec extra causam dicta sunt. De prio-

---

†) Verbum *δεῖν*, quod in his locis debito honore vacat, in aliis munere fungitur non suo: *ἐβουλεύσαντο Ἀθηναίους μὴ προδεδόναι, ἀλλ' ἀνέχεσθαι καὶ γῆν, εἰ δεῖ, τεμνομένην ὁρῶντας καὶ ἄλλο πάσχοντας* Thucyd. II. 73. *καίτοιγε ἔδει, καθάπερ τὸν Λυκοῦργον τοὺς Λακεδαιμονίους, καὶ αὐτὸν πεῖσαί τινα* Athen XI. 117. 589. Sed haec est pervagata illa coeptae constructionis continuatio, cujus plurima sunt in particulis comparativis *ὡς*, *ἤ*, *εἴπερ* etc. exempla, v. c. *ἐπιδακρύοντα, ὥσπερ ἐκείνην τὴν Ταντάλου* Lucian. Amorr. init. T. 6. *πόλιν, ὡς Μυκήνας, εὐδαίμονα* Eur. Heracl. 759. *Εἰς γῆν καταβλέποντας, ὥσπερ τοὺς Ἐρέμβους* Aristid. de Paraphth. 390. T. II. *τὸν ἀνόητον τοῦ σώματος ἐκκρέμασθαι ποιεῖ, περιπεπλεγμένον ὥσπερ Ὀδυσσέα τῷ ἐρινεῷ* Plutarch. de Tranquill. An. XVIII. 30. T. 10. *Τοῖς Ἱμεραίοις ἔδοξε μὴ περιορᾷν αὐτοὺς συγκεκλεισμένους, ὥσπερ τοὺς Σελινουντίους* Diod. XIII. 60. Post genitivum: *τῆς ἀρχῆς σαλευούσης καὶ ὥσπερ νεὼς καταδύεσθαι μελλούσης* Aristid. Or. in Reg. p. 60. T. I. cf. Schaefer. ad Julian. Encom. pag. 35. *Τοῦ περιττοῦ ὄντος, οὐχ οὗπερ τῆς τριάδος* Plat. Phaedon. p. 205. v. Heindorf. not.

††) Aliorsum pertinent ii loci, in quibus pro verbo, quod nominativus sequi debet, substituitur aliud accusativum poscens, et anticipata structura retinetur, v. c. Galen. de Semin. III. 6. 227. *καί μοι δοκεῖ* (i. e. *βούλομαι*) *τὸν λόγον ἐνταῦθα ἐπιστήσας εἰπεῖν.* Longin. *Π.* *Ὑ.* XLIII. 4. *παρέκειτο αὐτῷ* (i. e. *ἐδύνατο*) *παραλλάξας εἰπεῖν.* Thucyd. IV. 53. *καὶ ἦν αὐτῶν ἡ διάνοια — κρατυνάμενοι — κακώσειν.* Idem est, quum una constructio pro altera ponitur: *Πάντων ἂν ἀτοπώτατον εἴη πέμψαντά τινα δῶρον, μισθὸν κομίσασθαι τῆς εὐσεβείας τὸ κεκρίσθαι μηδὲ τοῦ ἀνατιθέναι ἄξιος* Lucian. Phalar. Alt. 6. 58. T. 5. in quo frustra tricatur Dorvillius. *Κομίσασθαι* pro *εἴτις κομίσαιτο* dictum est. Similiter

tribus sic concludam: quum perspicuum sit, constetque inter omnes, aoristos et futura persaepe a librariis confusa esse, concedendum est cuilibet uni, ut de singulis locis, in quibus vel futurum aoristo vel aoristus futuro praestare videatur, tantum suspicetur, quantum velit; in universos autem nihil quisquam gravius statuat, neque interdicat nobis, quominus scriptores ipsos credamus nonnunquam haec tempora confudisse, quum aut alterius vim in alterius forma includerent, aut vicinarum notionum appulsu in alienum tramitem ducerentur. Quarum vis a nobis omnibus sentitur. Nam (ut in nervorum cantu saepe chorda consonat non tacta) et invocatae adsunt et incogitantes nos persequuntur, et licet ipsae non appareant, tamen orationi nostrae auram quandam coloris sui afflant. Denique quum verba *διανοοῦμαι* †), *εὔχομαι*, *εἰκός ἐστι* et similia pro varietate significationum modo futurum modo aoristus sequatur; quid tandem rationis aut argumenti afferri potest, cur *ἐλπίζω* (ne de singulis dicam), quod non solum *spero*, sed etiam *constitutum habeo*, *cupio*, *opto*, significat, cum eo tempore conjungatur, quod natura ipsa verbis hujus potestatis temperavit?

Thucyd. VIII. 48. *τοὺς καλοὺς κἀγαθοὺς νομίσειν — — ἄκριτοι θανεῖν*, quem locum a Vigero citatum de Idiot. V. 6. 9. Hoogeveenus inepte excusat reflexione illa ad nominativum praecedentem; qui nullus prorsus est. Eadem est inconsequentia L. V. 41. *οὐκ ἐώντων μεμνῆσθαι· ἀλλ' — ἕτοιμοι εἶναι* pro *ἑτοίμων εἶναι φασκόντων*.

†) *Διενοοῦντο βοηθήσειν* Thucyd. VIII. 23. *οἴσειν* IV. 121. *ἐνήσειν* c. 115. *ἀναγκασθῆναι — ἐλέσθαι* V. 36. *ἀνανεώσασθαι* c. 43. *τειχίσαι* 52.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

pag. 23. v. 2. *πάντα τὰ τοῦ ῥήματος.* Vulgatae similis est constructio p. 392. *πάντα τὰ ῥήματα τὰ μετοχικά.*

p. 24. sq. *φλεγμῆναι* Aristoph. Vesp. 647. Aristot. H. An. I. 9. 13. *ἐφυφάνατο* Themist. XXI. 250. D. sed *ὑφῆναι* XVIII. 220. A. 223. B. *κατέξανε* Achill. Tat. V. 17. 456. rectius *ξῆναι* Arist. Lys. 578. Eur. Ion, 1263. *καθάρῃ* Plato Legg. V. 220. mendosum est.

p. 36. Phrynichus App. p. 15. *Ἀγριωθεὶς καὶ οὐκ ἀγριανθείς, καίτοι τὸ ἀγριαίνομαι καὶ ἀγριαίνεσθαι ἀττικῶς.* *Ἐκτάνθη* Liban. Decl. T. IV. 497. Anna Comn. XI. 323. B. Niceph. Bryenn. IV. 34. 105. Anthol. Aenigm. XXXIV. 293. cum substantivis *κτάντης* et *ἐριδάντης*. Novitiae Graecitatis hic usus proprius est, cujus plurima exempla praebet Moschio in libro de passionibus mulierum: *ἐκτανθῆναι* p. 8. (c. 90. ed. Dewez.) *ψυχρανθῆναι* p. 19. (53.) (et Cynosoph. 23. 59.) *αἰσθανθῆναι* (Schol. Oed. Tyr. 420.) *δηθυνθῆναι* p. 14. *ηὐξάνθησαν* Constant. Porph. Adm. p. 45. *εὐξυνθήσεται μὲν τὰ θηρία* Taget. Brontosc. in *αὐξυνθήσεται* mutandum, non dirimendum in *εὖ ξυνθήσεται*, ut Rutgersio visum.

